



**Loci theologici viri clariss. D. Vict. Strigelii. : Quibus Loci communes reuerendi viri, D. Philippi Melanthonis, illustrantur, & velut corpus doctrinae Christianae integrum proponitur. In vsum docentium ac discentium doctrinam, quae est Ecclesiae Christi propria.**

<https://hdl.handle.net/1874/456830>

SECUNDA PARS  
LOCORVM  
THEOLOGICO-  
RVM VIRI CLARISS.  
D. VICT. STRIGELII.

EDITA A

*Christophoro Pezelio sacrae Theo-  
logiae Doctore.*



NEAPOLI NEMETVM  
excudebat Matthæus Harnisch.

M. D. LXXXII.



INCLYTIS AC GENEROSIS  
COMITIBVS ET DOMINIS, DOMI-  
NO IOHANNI GEORGIO, ET DOMI-  
NO OTTONI COMITIBVS IN SOLMS,  
Dominis in Minzenberg & Sonnen-  
vvaldt &c, Dominis suis reuerenter co-  
lendis,

*Christophorus Pezelius, Sacrae The-  
ologiae Doctor*  
S. P. D.



**N**GENS Dei beneficium est, quòd sepa-  
tesecit nò solùm impressis in hęc mundi  
corpora vestigiis, quæ de Deo testantur,  
sed edita etiam voce doctrinæ suæ, quam  
immensa bonitate, Prophetarũ & Apo-  
stolorum scriptis comprehendi voluit,  
& illustribus testimoniis extra naturæ ordinem in gene-  
re humano confirmavit. Hac voce colligit sibi æternam  
Ecclesiam, & in hac publicum Euangelij ministerium  
instituit, ac subinde instaurat, quod & recitat scripta Pro-  
phetica & Apostolica, & ea interpretatur.

Et quanquam ab hac norma, inde vsque ab initio, in-  
gens multitudo hominum discessit, & horribili audacia  
alij Cyclopũ more rident, omnem doctrinam de Deo,  
& de vita secutura, alij noua numina, cultus & opinio-  
nes fingunt ac stabiliunt: tamen non finit Deus prorsus

extingui lucem veræ agnitionis ipsius inter homines, ac  
semper aliquam Ecclesiam seruat, custodem veræ do-  
ctrinæ.

Nec verò nouam doctrinam Ecclesia gignit, sed velut  
Grammatica est sermonis diuini: docet artem tenentis  
& vulgus, quid vocabula significant, & distribuit ac nu-  
merat vtcunque membra doctrinæ, & adiungit testimo-  
nia perspicua, sumta ex scriptis Prophetis & Apostoli-  
cis, & reicit ac refutat opiniones pugnantibus cum hac lu-  
ce veritatis.

Nec aliud agunt scriptores probati in Ecclesia, siue re-  
centes, siue veteres, quorum monumenta extant, aut e-  
duntur, vt posteritati seruiant. Non gignunt nouum do-  
ctrinæ genus, sed vnam illam perpetuam Catholicæ &  
Orthodoxæ Ecclesiæ Dei vocem, quam sonuerunt Pro-  
phetæ & Apostoli, & quæ in symbolis expressa est, propa-  
gare ad posteros student. Et alij quidem ipsa Prophetarum  
& Apostolorum scripta enarrant, monstra to genere  
sermonis, & vsu seu applicatione ad Ecclesiam omnium  
temporum: alij methodum doctrinæ informant, ostensa  
certa quasi serie præcipuorum capitum Legis & Euan-  
gelij: nonnulli corruptelas veterum & recentium hære-  
sium taxant, refutatis erroribus, & veræ sententiæ con-  
fessione propofita.

Etsi autem enarrationes sacrorum librorum ceteris  
scriptorum generibus haud dubiè anteferendæ sunt, & cura  
omnium hominum præcipua esse debet, vt fontes  
ipfos scriptorum Prophetarum & Apostolicorum assi-  
dudè legant: tamen rudiorum animos ceu præparari o-  
portet, propofita prius doctrinæ cælestis summa, qualis  
& in symbolis initio comprehensa, & postea in puerili  
κατηχησι tradita est, cuius explicationes paulò vberiores  
sunt

DEDICATORIA.

hunc libri methodici, in quibus *τοματοποιία* dogmatum Ecclesie instituitur, adhibitis artium adminiculis, definitionibus, diuisionibus, collatione, ratiocinatione, & aliis artibus conseruandis, qui sunt velut metæ, quibus inclusa veritas conseruanda est.

Excelsit autem inter libros tales Methodicos, quales & a veteribus nonnullis, & nostra ætate ab eruditissimis hominibus scripti sunt quamplurimi, Locorum Theologicorum Domini PHILIPPI opus, non modò quia rebus optimis referuntur, & summam doctrinæ, quæ sonat in Ecclesiis Germaniæ amplectentibus Cõfessionem Auctoris, anno 1530 exhibitam (quam non dubium est, verè esse consensum Catholicæ Ecclesiæ Dei) fideliter recitatur, sed etiam quia orationis genere maximè ad docendum accommodato, hoc est, proprio, puro, perspicuo, ac minimè affectato constat.

Ac notum est, Reuerendum D. Lutherum, præclarissimi eloqui ornasse hunc ipsum librum Locorum Theologicorum D. Philippi, & pios ac eruditos plerosque eas in Philippo virtutes admiratos fuisse semper, quas in docendo maximè necessarias esse omnes sani iudicare possunt: amorem veritatis, prudentiam in delectu rerum necessariorum, modum disputationum, studium concordiæ, candorem in iudicandis aliorum dictis, odium sophisticæ & calumniarum, artificium ordinis ac methodi, detradenda proprietatem orationis, qua in primis opus est in Ecclesiis. Quamdiu etiam huius summi viri cetera scripta ad erudiendam iuuentutem vtilissima, tum liber Locorum Theologicorum in præfatione annis superioribus: & minùs monstrorũ habitus est, & maior inter docentes consensus fuit in Ecclesiis per Germaniam.

EPISTOLA

Fortassis autem multis puerile videri potest, quod ante hæc tempora, cum tranquillior esset status Ecclesiarum nostrarum, in plerisque Academiis Germaniæ, liber Locorum D. Philippi publicis prælectionibus iuuenturi proponi, atque enarrari solebat. Sed si vera est laus, Epitaphii charmi Epitaphio inscripta, *ἔπι τῶν χηρῶν*, *ἡμετέρας* *χρηρῶν* *καταχρησῆς*: cur non in Ecclesia multo magis fateamur, gratiam illis deberi, qui teneræ ætatis studia iuuanda putarunt, vtilissimi huius scripti crebra repetitione in scholasticis coetibus? in quibus erant non solum prouectioris ætatis iuvenes, paulò post ad ministerium Ecclesiæ accessuri, sed etiam magna multitudo adolescentum, qui hæc velut *καταχρησῆς* præparandi erant ad interpretationes sacrorum scriptorum, quæ simul in iisdem scholis proponebantur, cum fructu maiori audiendas.

Sic igitur & vir clarissimus, de Ecclesia & scholis Christianis optimè meritus, D. VICTORINVS STRIGELIVS, primùm quidem in Vitebergensi, postea etiam in Ihenensi, ac tandem in Lipsensi Academia, more & consuetudine tum recepta, atque adeo etiam iussu illorum, qui studia publica in iis Academiis gubernabant, ad reliquas, quas proponebat, prælectiones, perpetuò adiungere solebat, Locorum Theologicorum Domini Philippi enarrationem. In qua ad discipulorum caprum sese accommodans, eam in docendo rationem tenebat, quoties nouum aliquem Locum doctrinæ ordiebat, priùs ceu Ideam Loci integri certis capitibus distinctam cõplecteretur, vt auditores velut in *σύνολοις* res præcipuas, quas singuli Loci continebant, ob oculos, atque animi propositas haberent. Et hanc velut *σύνολοιν*, aut sua ipsius oratione ac stylo expositam, aut ex ceteris scriptis Domini Philippi collectam, dictando plerumq; proponere solebat.

Postea

DEDICATORIA.

Postea vero pagellas ipsas Locorum communium D. Philippi legendo percurrerebat, atque in iis, cum alia, quæ sunt penè innumerabilia, tum hæc vel maximè monere adulescentes solebat.

Primum optimæ & pulcherrimæ methodi exemplū in lingulis Locis propositum, cum quadam admiratione & studio imitandi contemplari discentes iubebat.

Deinde definitiones ac diuisiones singulorum Locorum, sumtas ex scriptis Prophetis & Apostolicis, & magno iudicio à D. Philippo compositas, diligenter commendabat studiosis, easque vt ad verbum ediscerent, hortabatur.

Tertio, tabellas selectissimorum testimoniorum Scripturæ sacræ passim asperfas locis Theologicis, in conspectu habendas esse monebat, vt de natura & volūtate Dei, & de vniuersa doctrina Ecclesiæ insigniores sententiæ, & dicta Scripturæ in promptu haberent discentes, quibus se ipsos erudirent & consolarentur, & ad precandū & cetera pietatis exercitia exsuscitarent, atque impellerent. Et quia plerumque eruditæ ac piæ enarrationes multorum doctorum intertextæ sunt operi Locorum D. Philippi, has quoque interpretationes minimè negligi aut contemni volebat.

Quarto, omnium maximè inculcabat confessionem veræ sententiæ de tota doctrina Ecclesiæ, repetitam in pagellis Locorum, & coniunctam cum refutatione corruptelarum, quas, aut impij, aut indocti doctrinæ cælesti assingunt.

Quinto, accuratè notari volebat catholica theorema, seu regulas vniuersales, quæ aut iudicium gubernant de maximis rebus, aut vitam dirigunt ad normam iustorum & honestorum operum, cuiusmodi multas in Locis D. Philippi reperire licet.

EPISTOLA

6. Sextò, considerari iubebat & historica de certaminibus controuersiarum, quæ omnibus temporibus in Ecclesia extiterunt, cum passim volumen Locorum moneat, quomodo doctrina diuinitus tradita, inde usque ab initio propagata, & à quibus testibus defensa sit aduersus patronos falsarum opinionum.
7. Septimò: cum in opere Locorum D. Philippi eminenti antithesis doctrinarum, ut inter stellas Hesperus eminet, præcipuè in hanc diligentiam auditores incumbere uolebat, ut quantum inter philosophiam, doctrinam Legis & arcanam Euangelij sapientiam intersit, accuratè perpendere.
8. Postremò: non aspernandas esse iudicabat Grammaticas declarationes uocum & phrasium, intertextas Logicis Theologicis. Et quoniam non est cuiuslibet artificis propriè ac disertè articulos doctrinæ celestis explicare, sedulo iubebat cõsiderare atque imitari, qua lege uerborum D. Philippus in singulis materiis ueretur, ne inepti nouitatis affectatione à proprietate sermonis Ecclesiastici auditores discederent.

Hæc ergo, cum inter prælegendū fideliter subinde moneat, & cum aliis donis eximiis, tum in primis facundia extemporanea, & suauitate dicendi, ac dexteritate in docendo singulari præditus esset: fiebat plerūque, ut in magna frequentia auditorum doceret, & plurimi ex iplo & uoce ipsius ad D. Philippi scripta per omnē uitam libenter, & uolentius legenda, atque adeo etiā ad summam doctrinæ celestis diligentius cognoscendā imitarentur, atque excusarentur. Cuius rei testes locupletes esse possunt tot uiri doctissimi, quorū plerique & ante hæc tempora, & nunc quoque in Ecclesiis aut scholis docent, quos fateri necesse est, plurimum se D. Victorini opera adiutos fuisse, ut & Domini

DEDICATORIA.

Domini Philippi scripta intelligerent rectiùs, & vniuersam doctrinam Ecclesiæ felicitiùs perciperent ipsi, & aliis vicissim traderent.

Cum autem non tantum de œconomica parsimonia, sed etiã de diligentia asseruandi in Ecclesia reliquias superfluerunt, à Christo præceptum sit: Colligite quæ obtulerunt fragmenta, vt ne quid pereat: non dubitauerunt, qui, cum Dialecticas & Ethicas scholas D. Victorini edidit, à me editas vidissent, magnoperè me hortati sunt, vt eandem operam iuuentuti nauarem in contextendis scholis Theologicis eiusdem D. Victorini mei quondam præceptoris. Itaque & paulò antè, primam partem Locorum Philippi Victorinianorum edidi, in qua continentur Loci de Deo, de creatione, de causa peccati, de contingentiã, de libero arbitrio, & de peccato: & nunc alteram partem in publicum emitto, quæ maximè insignes Locos doctrinæ Christianæ, de Lege Dei, de Euangelio, de iustificatiõne, & bonis operibus vtiliter explicat.

Nec verò ignoro, in hac opinionum tum confusione, tum perturbatione, & in tanta calumniã di libidine, quæ apud multos inualuit, qui nihil nisi quod ipsi faciunt, rectum putant, fore, vt hæc scholarum Victorinianarum editio in varias reprehensiones incurrat. Sed his omnibus oppono conscientiam honestissimi consilij, quo simpliciter studio propagandæ doctrinæ Melanthonianæ, & iuuentutis studia iuuandi causa hæc in publicum prodiscendo, quorum lectio, vt spero, multipliciter prodesse discendentibus poterit.

VESTRIS verò generositatibus, Inclyti, ac generosi Comites, Domini benignissimi, dedicare hanc secundam partem Locorũ Philippi Victorinianorum volui, quia

& amare, & præclare intelligere doctrinam Ecclesie  
 & meritaque nomen Domini Philippi venerari, & disci-  
 pulis huius tanti viri fauere vos scio. Atque est hic, vtro-  
 pinor, annus decimus octauus, quo vterque vestrum in  
 Academiam VVitebergensem venit, in qua annis aliquot  
 ita vixistis, vt non modò signa tum apparerent præclare  
 indolis, & animi in vtroque ad omnia summa nati, sed e-  
 tiam vt exempla multarum virtutum, pietatis, reueren-  
 tiæ erga præceptores, sedulitatis & studij indefessi in di-  
 scendo, castitatis, modestiæ, grauitatis coniuncta cum  
 eximia humanitate & beneficentia, in adolescentia illa  
 vestra lucerent, quibus vestri ordinis hominibus, & vni-  
 uersæ multitudini scholasticæ quasi facem præferen-  
 tis, ad cuius intuitum ceteri quoque vitam, & studiorum  
 suorum cursum instituerent.

Te etiam, Generose Comes, IOHANNES GEORGI  
 circa annum 65, in ea, quam nominavi, VVitebergensi A-  
 cademia, quæ tunc omnium in Germania florentissima  
 erat, amplissimo Rectoris munere functû esse memini,  
 cum præcedente anno (quo ego in VVitebergensem A-  
 cademiam, vt ibi priuatim ac publicè docerem, reuoca-  
 tus sum) Illustrissimi Principes, Duces Pomeraniæ, D. Er-  
 nestus Ludouicus, & D. Barninus frater, eundem magi-  
 stratum gessissent. Quibus tu successor datus, magnum  
 decus & ornamentum attulisti Academiae, vt pote in qua  
 & ciuis, & ceu socius studiorum communium vni cum  
 fratre Generoso D. OTTONE versari voluisti, atque in-  
 super scholastici magistratus labores ac molestias cum  
 dignitate Academiae, & tua laude sustinuisti.

Vt autem apud omnes bonos & doctos memoria no-  
 minis & virtutum vtriusque vestrum ex eo tempore ce-  
 lebrata fuit in Academia illa: sic ego admiratione heroi-  
 ca

DEDICATORIA.

ca in dolis vestrae & virtutum accensus, animo meo venerari vos nunquam destiti. Nec parum aucta fuit mea de virtutibus vestris concepta opinio, cum in Nassouien- si Comitatu aliquandiu versatus, semel atq; iterum Dil- lenbergum, tui, Generose Comes, Iohannes Georgi, vi- dendi & alloquendi oportunitatem nactus sum: & de v- troque vestrum ab omnibus bonis honorificentissi- mam mentionem fieri cognoui.

Quamobrem & hanc compellationem publicam, tanquam significationem meae erga vos obseruantiae in- stituere volui. Quam vt in optimam partem accipiatis, reuerenter vos oro. Deum autem aeternum Patrem Do- mini nostri Iesu Christi precor, vt Generositatibus vestris tribuar felicem, tranquillam, & salutarem gubernatio- nem, & beatam ac florentem posteritatem. Bene & feliciter valete. Fabiranae Saxonum,  
Mense Aprili, Anno Christi

M. D. LXXXII.



# ORATIO

Habita in Academia VVitebergenſi, a  
 Generoſo Comite IOHANNE GEOR-  
 GIO Comite in Solms, Domino in  
 Minzenberg & Sonnenvvaldt, &c.  
 cùm Rectoris munus gereret, & reci-  
 tarentur publicæ leges Academiæ.



**V**l graui conſilio inſtitutam, & etati teneræ neceſſariam  
 eſſe exiſtimem hanc repetitionem legum publicarum,  
 cum aliqua commonefactione de diſciplinâ, quam in A-  
 cademia uſurpari uideo, moueor non tantum auctoritate  
 Illuſtriſſimorum Principum Electorum, Academiae  
 ſcõr, quorum mandato id fit, et ſi hæc apud me, ut par eſt,  
 ac decer, maxima eſt, ſed multo magis cauſis ipſis con-

ſilij huius & moris, quas res oſtendit ad excuſandum pietatis & uirtutum  
 morem adferre plurimum momenti.

1. Duo enim agi, ſpectariq; præcipuè animaduerto: ut mentes teneræ diſci-  
 plinæ primùm legum autorem, atq; ordinis politici Architectum Deum, & non  
 tam magiſtratu, quàm ipſi Deo obligatur omne obediendi ſtadium, quia  
 quod Magiſtratus ſtatuit, atque ſancit, Deum uelle, illa declarat congruentia  
 cum Decalogo, in quo Sapientiæ ac iuſtitie ſue Ideam ac normam Deus expoſi-  
 ſit, cui conformes uult eſſe homines, in quorum mentibus hanc lucem accendit,  
 ut natura intelligant & dicat, quæ Deus, ut Paulus nouiunt, & uoluntatem ar-  
 mauit, ut regere externa membra, ſeu ut uocant, morum uoluntarium poſint.
2. rectè intelligere fontes & vim legum: & adueſtiant ad reuerentiam erga  
 tum ordinem politicum, & obedientiam.

Cùm fontes Legum in Decalogo monſtrantur, deducitur mens ad uoſ  
 tam magiſtratu, quàm ipſi Deo obligatur omne obediendi ſtadium, quia  
 quod Magiſtratus ſtatuit, atque ſancit, Deum uelle, illa declarat congruentia  
 cum Decalogo, in quo Sapientiæ ac iuſtitie ſue Ideam ac normam Deus expoſi-  
 ſit, cui conformes uult eſſe homines, in quorum mentibus hanc lucem accendit,  
 ut natura intelligant & dicat, quæ Deus, ut Paulus nouiunt, & uoluntatem ar-  
 mauit, ut regere externa membra, ſeu ut uocant, morum uoluntarium poſint.

Quare ſicut in non conformes Legi diuina, lata eſt immota ſententia: Ma-  
 ledictus omnis qui non fecerit hæc, quæ in Lege ſcripta ſunt, & a præſente  
 a uoſ, id eſt, quicquid diſcrepat ab illa norma, peccatum eſt: ita de ciuilibus  
 Magiſtratu legibus pronūtiat Paulus: Neceſſe eſt obedire, non tantum præter  
 rationem.

ORATIO.

iram, sed & propter conscientiam, que violans leges magistratum sit rea co-  
lam Pro.

Summum in homine ornamentum est, τὸ περὶ ἀρετῆς ἔργον, ἡ μὲν γὰρ ἀρετὴ  
ἡ δὲ ἀρετὴ τὸ ἀγαθόν, quia efficit homines conformes voluntati divi-  
nae, qui vltimus est finis, ad quem homo conditus est, & ornatur ingentibus pra-  
moleminibus.

Contra nihil terrius est contumacia aduersus leges, quia non deſinit ne-  
gligētia aut incuria: sed ferociter repugnat voluntati diuinae, cum quodam  
Cyclopo conſectū Dei, & horribiliter punitur ſupplicijs huius vitæ, & æternis.

Nec cum in poematis Gigantes accumulatis montibus ſtruxiſſe aditus ad  
caelum, ut Iouis bellum inferrent, & à Ioue fulmine oppreſſi ac diſiecti eſſe ſin-  
guntur, ſignificari aliud quicquam cogitemus, quàm hos manifeſtos furores,  
magiſtratu ac legibus contumaciter aduerſantium, quorum pectora ſimul  
Diabolus occupat, inſania ferociam adaugens: deinde & atrocitatem pena-  
rum, quæ ſibi talem comitantur, Deo manente in ſtatione, ac magnam par-  
tem delinquentium rapiēte ad ſupplicia ſuis manibus, quos vincire legum re-  
gula, & coercere Magiſtratum vires non poſſunt. Vt cum non puniebatur  
in iudicijs Pharaos, Alexander, Antiochus, Antonius, Caligula, Nero, & innum-  
erabiles alij, opprimebat eos Nemēſis diuina, & opprimit ſimiles alios o-  
mnibus ætatibus. Veriſimè enim dictum eſt:

Non vrbs, non regio, non ætas vlla ſeueri  
Iudicij exemplis, non domus vlla caret.

Ita cum de ordine politico dicitur, quòd ſit opus Dei, indicatur mentione  
auctori, qua veneracione hoc opus tractandum, qua ſouendum ſit, atque tuen-  
dum cura, ſcilicet tanquam res ſacra, & munus vitæ noſtræ iucundiſſimum.  
Nimiam verò ha conciones eos parerent fructus in omnium animis, qui  
queruntur.

Sed magna ingeniorum diſſimilitudo eſt. Alij infirmitate natura ruunt  
contra leges: alij ſtudio aut conſuetudine ſibi furores accerſunt, quas vbi inua-  
ſit Diabolus, furores illi creſcunt. Neque eodem modo commonefactiones acci-  
puntur à iunioribus, & à natu grandioribus, qui iam non ſolum ætate, do-  
ctrina & uſu aſſuefacti ſunt, ut propius conſiderent hanc Dei voluntatem &  
ordini pulchritudinem, ſed etiam calamitatibus ita ſunt edocti, ut iudicium  
& iram Dei metuant. Cum enim re ipſa experimur euentus certò reſpondere  
comminationibus diuinis, firmior ſit aſſenſio. Ictus ſapit, ut dici ſolet: ita nos  
penis commonefacti ac territi, ſubmittimus animos, & intra moeſtia ſines  
non recipimus.

O R A T I O.

Plato rogatus, vt Cyrenæicis leges scriberet, respondit, Difficilimum esse leges ferre secunda fortuna vt eni inibus: nihil enim indomitum magis esse & inferrum, animo rebus prosperis, & ad voluntatem fluentibus inflato, contra tractabilis nihil esse & flexibilis calamitatibus aliquantulum subacto, & condocefacto.

Idem & tenera etati accidit, quæ cum sit ignara miseriarum humanarum, atque improvida, nec magnitudinem rerum tantarum intelligat, & lasciuertium adhuc, atq; exultantium cupiditatum iuuenilibus stimulis agitur, minus odit & auersatur conciones de disciplina, quam ipsa legum vincula, cuius caput quatiens, ac frenum mordens instar equorum indomitorum, cum de officio admonetur, aut seuerius cohercetetur.

Sed hoc interest, quid et si nostra etas velut luxurians genuino succo ferretur natura impulsibus, & ferocior est, nondum obrigit tamen, sed à deterioribus ad meliora flecti ac traduci potest. Ideo in scholis doctrina excollitur, & regitur disciplina, vt cicurata & domita conuertatur ad agnitionem DEI, ad timorem DEI, ad obedientiam. De quo sine Legis Paulus grauisimè inquit, Lex est pedagogus, & additur laus amplissima, cum inquit, esse pedagogum, vt Christum agnoscamus, id est, Lex docendo & castigando rudibus instillar in itia sapientie celestis, & paulatim prouebit discentes, & compescit errantes impetitus, vt mentes admittant doctrinam de Filio, & incipiant sacri temple DEI.

Cum igitur hæ publicæ commonefactiones instituuntur præcipue nostræ causa, quibus disciplina maximè opus est, audiamus reuerenter diuinam vocem in legibus sonantem, & his magna cura obtemperemus, summam laudem in obedientia studio ponentes.

Agnoscamus etiam paternas affectiones præceptorum, qui pia sollicitudine consulunt, quibus possunt modis, etati nostræ, & vt ad opus patres sepe rotarant nonnullorum errores, aliquorum etiam ferociam, spe emendationis. Non existimate tamè, eos, qui indulgent cupiditatibus, nec desinunt peruliter dellectare autoritatem legum & præceptorum, quos Deus & suo & paternam loco nobis constituit, Deo placere: Sed tales sine omni dubio cogitate à Deo deseri, & futurum esse, vt tandem tristissimis pœnis inuoluantur. Immo etiam sunt hæc oracula: Nolite errare, Deus non irridetur. Idolatræ, scortatores, adulteri, homicidæ, maledici, auari, fures, raptores, & c. non possidebunt regnum Dei. Item, Propter hæc venit ira Dei super vos. His oraculis omnes commonefactionis disciplinam statuamus necessariam esse, & timore Dei ad modestiam animi componamus. Hoc qui facient, indies magis magisq; intelligent, quantum sit bonum, esse domicilium Dei, & regi, duci, protegi diuinitus.

O R A T I O.

Hanc, quam audiuitis commonefactionem, & leges ipsas apud modestiores, qui disciplina reguntur, qui veram obedientia laudem appetunt, qua funduntur in est, & virtutum omnium radix, seu qua verius omnes in sese virtutes continet, denique qui & esse Deum sapientem, iustum, & vindicem statuerunt, & cruciatum & penas meruunt: Apud hos ergo confido, illas hoc effecturas esse, & in cogitatione de his assidua sese exsuscitent ad hac diuina bona veneranda, & ad obedientiam Deo debitam, ac disciplina amorem. Hos adhortor, vt consuetudinem ceterorum, qui furenter disciplina repagula excutiunt, & frenos abiciunt, fugiant, eosq; velut pestes & ardeas opas vitent. Cogitate, vt recte censuram apud Xenophontem Cyrus, pietatem eorum, quibuscum verfabimini, singulare vestrum conducere, iuxta dictum, Cum bonis bonus eris, cum peruersis peruereris.

Quare vt is, qui mare ingressuri sunt, nauigare malunt cum piis, quam qui aliquid scelerate fecerunt: ita in contubernio scholastico, velut in navi, honestior potius & modestis adiungatis, quam turbulentis & inquietis, quos, vt mare sic & societas humana, & hic ordo politicus, cum tolerare amplius non potest, tandem euomit. Tales enim, certum est esse hostes Dei, & suis cupiditatibus quare infinitam licentiam, & praeberere causam dissipationibus & vastationibus in optime constituto coetu, & tandem his turbis obrui, quibus simul implicantur alij minus mali, sed horum consuetudine & societate contaminati. Oro autem Deum aeternum, Patrem Domini nostri Iesu Christi, vt seruet Ecclesias ac politias, & custodiat hoc agmen scholasticum, in quo doctrinam Filij sui Iesu Christi multi recte discunt, quos magno vsui & ornamento Ecclesiarum & politiarum futuros esse spes est. Auertat occasiones dissipationum, & pericula contagionum, & lumen doctrinae suae nunquam sinat extinguere.

D I X I.

Recitata VVitebergæ, 17 Calend. Maij.  
Anno Christi 1565.

**Series Locorum & capitum, quorum explicatio  
in hoc libro continetur.**

**LOCVS DE LEGE.**

I.	Quid sit Lex, & de discrimine inter Legem humanam & diuinam.	1.
II.	Diuisio Legis, & de sine politica Mosaica.	11.
III.	Quare Lex moralis & uoce diuina saepe repetita sit, cum natura aliquando nota sit.	14.
IV.	Admonitiones necessariae ad intelligentiam Decalogi.	11.
V.	Enarratio primae tabulae.	37.
VI.	Enarratio secundae tabulae.	50.
VII.	De promissionibus & comminationibus additis Legi.	65.
VIII.	Collatio legum naturae ad Decalogum.	74.
IX.	De triplici usu Legis.	77.
X.	An Lex in Ecclesia docenda sit.	80.

**DE PRAECEPTIS ET CONSILIIS.**

	Catalogus consiliorum, quae Monachi a praeceptis distinguunt, & fontibus suis erroris.	116.
		130.
		211.

**DE EVANGELIO.**

I.	Definitiones philosophiae, Legis & Euangelij.	221.
II.	Discrimen inter Philosophiam & Euangelium.	226.
III.	Discrimen Legis & Euangelij.	241.
IV.	Refutatio imaginationis Monasticae de triplici Lege.	256.
V.	Quod Euangelium non fuerit ignotum patribus & Prophetis.	264.
VI.	Refutatio eorum, qui faciunt confusionem Ecclesiae & Ethnicorum.	281.

**DE IUSTIFICATIONE.**

I.	Declaratio uocabulorum Iustitiae, Fidei, & Gratiae.	311.
II.	Concio penitentiae.	311.
III.	Summa doctrinae de modo iustificationis.	311.
IV.	Confirmatio verae sententiae.	311.
V.	De causis iustificationis.	311.
VI.	Discrimen iustificationis & regenerationis.	311.
VII.	Cur retinenda particula exclusiuae, Sola fide, Gratis, Sine operibus.	311.
VIII.	Refutatio errorum pugnantium cum vera sententia Pauli de Iustificatione.	355.

**DE BONIS OPERIBVS.**

I.	Qua opera sint facienda.	377.
II.	Quomodo fieri possint in hac tanta infirmitate humanae naturae.	392.
III.	Quomodo placeas Deo obedientiae, cum sit imperfecta.	396.
IV.	Cur bona opera sint facienda.	401.
V.	De discrimine peccatorum.	410.
VI.	Solutio argumentorum Papisticorum contra iustitiam fidei.	410.

# STUDIOSIS IN ACADEMIA

LIPSICA S. D.

**R**LACET mihi veterum interpretatio, qui, cum Paulus inquit, Legem per manum Mediatoris datam esse, intelligunt ipsum Filium Dei, λόγος eterni Patris fuisse oratorem ad populū, dicentem verba Legis, qui ipse postea in natura humana inquit: Non veni solvere Legem, sed implere. Et si enim in historia Stephani, & in epistola ad Hebraeos scribitur: Legem per angelos promulgatam esse: tamen hac nequaquam inter se pugnant, sed recte distributa suavisimè congruunt. Ut enim in postrema mundi die, Filius Dei veniet resuscitaturus omnes mortuos voce & ministerio angelorum: ita Legem edidit in monte Sinai, audientibus sexcentis millibus virorum, voce & ministerio angelorum usus est. Hac suo loco copiosius sunt declaranda. Cum igitur constet, ipsum Filium Dei, & ante assumptionem natura humana, promulgasse Decalogum, & in natura humana eundem repetiuisse docendo, seu sciendo, seu declarando, ut testatur concio apud Mattheum, cap. 23. & 7. non est nostrum dubitare, quin vox Legis moralis, ubicumque sonat, sedulo & diligenter audienda sit. Nam Lex in creatione fuit insita rationalibus creaturis, & postea semper in Ecclesia diuinitus repetita est, & quidem in sola Dei Ecclesia semper Lex sine corruptelis retenta est. Quamquam enim promissio de Mediatore præcipuè discernit Ecclesiam ab aliis sectis, quæ ignorant aut contemnunt Euangelium: tamen fundamentum, cuius cognitio necessaria est, complectitur Decalogum & articulos fidei. Ac certum est, in vniuersa Scriptura, duo genera doctrina summa contineri, Legem, & promissionem gratia, quæ proprie vocatur Euangelium, Non igitur est populus, Deo pla-

*cens in illis congregationibus, in quibus contraria Legi diuina  
 & Euangelio docentur. Ament etiam studiosi Decalogum, cum  
 propter commonefactiones de maximis rebus, tum propter me-  
 thodum, de qua suo tempore, Deo iuuante, dicitur. Ordinar au-  
 tem repetitionem utilissimam Loci de Lege Dei. 17. Augusti. &  
 hortor studiosos, vt explicationem Legis valde necessariam at-  
 tentis auribus audiant. Bene valete, & orate Deum, vt semper  
 in arca fœderis, id est, in Ecclesia sua seruet duas tabulas Decala-  
 gi, & Manna, hoc est, natiuam sententiam Legis & Euan-  
 gelij, nec sinat nos ab vlla parte fundamenti aber-  
 rare. Die 15. Augusti. Anno Do-  
 mini M. D. LXIII.*

Victorinus Strigelius.



3

# DE LEGE DEI.



**I**ste Locus, vt omnes norunt, est altera pars totius doctrinæ Christianæ. Nam vniuersa Scriptura Prophetica & Apostolica diuiditur in hæc membra præcipua, in Legem & Euangelium. Distribuam autem docendi causa hunc Locum in capita decem: quorum Primum docebit quid sit Lex.

Alterum quæ sit Legis diuisio.

Tertium disseret de causis promulgatæ Legis in monte Sinai.

Quartum proponet admonitiones necessarias ad intelligendum Decalogum.

Quintum erit enarratio breuis & succincta primæ tabulæ.

Sextum enarrabit alteram tabulam.

Septimum continebit doctrinam de promissionibus & comminationibus diuinis.

Octauum recitabit doctrinam de Legenaturæ.

Nonum erit commonefactio de triplici vsu Legis.

Decimum explicabit hanc quæstionem contra Antinomos: An Lex in Ecclesia Dei docenda sit.

Vt autem iuuetis maiore attentione doctrinam de Lege audiat, & domi secum repetat ac meditetur, pauca tantum præfabor de causis, cur hæc sapientia Legis magnificanda sit.

**Q**UOTIES de Lege diuina cogitationem suscipitis, non tantum respiciatis ad duas tabulas Moytis, quæ fuerunt lapideæ, & semel fractæ sunt propter populi cõtumaciam, sed referatis omnium primam mentes & oculos ad fontem Legis, hoc est, ad ipsum Deum. Nam in Deo, non solum est sapientia Legis, discernens recta & non recta, iusta & iniusta, honesta & turpia, sed etiam voluntas volens & approbans recta, & quadam lætitia acquiescens in rectis, & contra hæc horribiliter repellens ac destruens. Huius sententiæ, quæ quidẽ grauissima & sanctissima est, auctorem habetis Dauidem in psalmo 1. Non volens Deus iniquitatem tu es &c. Sit igitur hoc iam vobis in principio persuasum, Deum ipsam esse fontem Legis. Vt autem in creatione hominum transfudit notitiam suæ Legis in mentes humanas. Ac si homo nõ esset lapsus, notitia Legis multo esset illustrior

2. & minus obscura. Nunc verò quia post lapsum notitia est facta obscurior, & assensio de Lege languidior, ideo Filius Dei per ministrum angelorum in monte Sinai ante assumptionem humanæ naturæ promulgavit Decalogum, inter horrèda tonitrua & fulgura, & fragores montium. Huius asseuerationis testis est Paulus, Gal. 3. Lex data est per manum Mediatoris. Et si autem aliqui interpretes hoc dictum intelligunt de Mose, qui est Mediator typicus, tam è magis est probada veterum interpretatio, qui hoc loco Paulum intelligunt loqui de vero Mediatore inter Deum & hominem. Idem Filius assumpta natura humana apud Matthæum cap. 5. sic exclamavit, me veni solvere Legem, sed implere: quasi dicat, Nemo existimat, me esse Antinomum, id est, hostem & inimicum Legis, sed ita vniuersis que habeat statutum, me præcipuè venisse in mundum ob hanc causam, vt per meam obedientiam Legi satisfiat, & placata ira Dei, genus humanum in gratiam recipiatur, non quidem propter Legem, sed propter meum meritum & meam obedientiam.

3. Postremò illud meminerint studiosi pietatis, Spiritum sanctum, qui est Spiritus gratiæ & precum, secundum Zachariam, effundi in nostra corda, vt restituat in nobis, in hac quidem vita inchoatam, in altera consummatam conformitatem cum Lege Dei. De hac sententia concionatur Hieremias cap. 31. Dabo Legem meam in corda eorum, & in mentibus eorum scribam eam. Quid enim aliud erit vita æterna (vt de consummatione loquar, quæ est illustrior inchoatione) quàm status optimus & pulcherrimus, conformis Legi Dei, hoc est, talis, in quo nostra corda ardebunt dilectione Dei & proximi, sine vlllo peccato & concupiscentia. Si igitur magnificimus Deus fontem huius sapientiæ, & miramur & suspicimus Filium Dei, qui & protulit Legem in monte Sinai, & postea venit, vt impleret Legem pro nobis, si denique magnificimus beneficium Spiritus sancti & habemus spem vitæ æternæ, quæ erit conformitas cum Lege Dei: amemus & amplectamur toto pectore, & tantum non osculemur doctrinam Legis diuinæ, vbicumque proponitur & repetitur, siue in templis, siue in scholis.

Quid

5  
Quid sit Lex, & de discrimine inter Legem diuinam & humanam.

CAPVT I.



**N** cap. 6. Deuteronomij disertè præcipitur de assidua meditatione & repetitione Legis diuinæ: Acues eam filiis tuis, id est, non trades eam tectam squalore, vel non negligenter trades, sed limatam & illustratam propones, repetes & inculcabis. Huius præcepti cum causam quærerem, has causas inueniebam quatuor: vnam, quia Lex est norma regens disciplinam: altera est, vt hac doctrina sit speculum peccati: tertia, vt quæramus Mediatorem, qui pro nobis implet Legem: quarta, vt petamus in nobis relinui conformitatem cum Lege. Earum, si placet, causarum, quantum quæque valeat, quantumque iusta sit vna quæque, videamus. x.

Omnium rerum humanarum optima & pulcherrima est disciplina, id est, ordo vitæ externæ, in omni sermone, gestu & actione, nec quidquam melius aut pulchrius habet humana natura ante regenerationem. Sed huius ordinis normam esse oportet

Non comparamus disciplinam motibus Spiritus sancti. Scimus aliam rem esse disciplinam, aliam, fidem & ceteros motus accensos per Spiritum sanctum. Ideo additur hoc loco, Ante regenerationem.

Legis, quæ nec hominum ingenii excogitata, nec scitum aliquod est populorum, sed æternum quiddam, quod

Talis autem Cicero 2. de Legibus.

in iustis rebus faciendâ sunt, prohibetque contraria. In iustorum iniustorumque distinctione nulla est, nisi lex, ad illam antiquissimam & rerum omnium principem expressam naturam, ad quam leges hominum diriguntur, quæ supplicio improbos afficiunt, defendunt ac tuentur bonos.

Disciplina est necessaria propter multas causas, sicut sepe dicitur. Huius oportet esse normam certam, æternam & immortalem. Talis nulla est, nisi sola Lex Dei. Nam reliquæ leges humanæ nihil valent, nisi congruant cum hac norma Legis diuinæ.

2. Altera verò causa, cur Lex diuina semper in conspectu esse debeat, longè maior est, quia vult Deus non modò præstari disciplinam, sed etiam agnosci peccatum hærens in natura.

originale, ratio non videt. Ideo psalmus 51. agnitionem huius peccati vocat absconditam sapientiam.

Hoc ingens malum non modò strant sententiæ libris Iurisconsultorum inscriptæ, nec Principum decreta in æs incisa: sed Lex, ipsius Dei voce certissimis testimoniis in monte Sinai inter fragores horredos & fulmina promulgata.

audiuit vocem Dei edentis Decalogum, & fuit spectatrix flammarum in monte Sinai: ac species promulgationis tam fuit horrenda & terribilis, vt populus diceret ad Moysen, Non loquatur nobis Dominus, cuius vocem ferre non possumus. Sed tu nobiscum loquere, id est, Tu sis orator perferens mandata Dei ad nos.

De hac concione feriente hominum corda, intelligantur dicta Pauli, Lex est agnitio peccati, Rom. 3. Lex iram efficit, Ro. 4. Per Legem peccatum fit excellenter peccatum. Rom. 7. Augulus mortis peccatum, peccati potentia Lex, 1. Cor. 15.

omnia ossa mea. Per Legem peccatum fit excellenter peccatum. id est,

Hoc dicitur ad discrimen peccati actualis, quod ratio cernere potest, vt cædem, furtum &c. Hærens peccatum in natura, id est, agnitionem huius peccati

Exodica. 19. extat historia promulgatione Decalogi, quæ historia est vna de præcipuis, in omnibus libris Prophetarum. Moyses tempore Paschæ eduxit multitudinem sexies centenoꝝ millium virorum ex Aegypto, non annumeratis mulieribus, senibus, pueris & ancillis. Hæc tanta multitudo &

Hieremæ 23. Lex mea est malus conterens petras.

Lex est agnitio peccati, id est speculum, quo cernimus peccatum. Lex iram efficit, id est non tantum ostendit iram, sed efficit vt sentiatur ira Dei, sicut inquit Ezechias: Sicut leo contriuit ossa

ut Dialecticè loquamur, fit formaliter peccatum, seu fit supra modum reum, seu omnium maximè conspicitur reatus per Legem. Aculeus mortis peccatum, id est, causa mortis est peccatum, quia potenti morti omnes obtemperant propter peccatum, teste Paulo Rom. 8. Corpora nostra mortificantur propter peccatum. &c. Sed quæ est potentia peccati? Lex est cotricula, qua acuitur vis peccati.

Postquam autem didicimus intuentes in hoc speculum, naturam nostram esse massam depravatam & horribiliter immundam, & collatam ad Legem, nõ dissimilè esse

stercori collato ad Solem: Philipp. 3.

ipsa necessitas nos cogit quærere

Filium Dei, qui implevit Legem moralem, non solum in te

gra obedientia, sed etiam derivando in sese pœnã, quam nos Legi debuimus, sicut ipse inquit Matth. 5.

Non veni soluere Legem, sed implere. Et Paulus Gal. 3. Christus nos redemit à maledictione Legis, factus pro nobis maledictum.

da Spiritum sanctum, ut restituatur in nobis ius Legis, teste Paulo, Rom. 8. Tertiò addit Apostolus: Factus pro nobis maledictum, id est, piaculum *καθάρμα*. Est autem piaculum talis res, cui Deus irascitur, & quam necesse est tolli è medio, ne effundatur ira Dei in totas gentes. Nihil igitur tristius dici potest, quàm si res aliqua nominetur piaculum.

Postremò assidue petendũ est, ut Filius Dei in nobis restituat cõformitatem cum Decalogo. A deo enim vult Deus ratam esse Legem, ut ideo Filium miserit, ut & pœnam pro nobis lueret, & restituat in nobis obedientiam, quæ quidè in hac vita per Spi-

Quare non dicit liberavit, sed redemit? Ut significet non recipi genus humanum in gratiã quadam futilitate & leuitate. Non enim Deus negligit peccatum, nec deponit suam irã, sicut pueri: sed recipit homines propter hanc compensationẽ & λύτρον, quod soluit Filius Dei pro nobis, ut Matth. 20. inquit: Venit Filius Dei ponens animã suam *λύτρον* pro multis. Deinde dicit, redemit nos à maledictione Legis, ut intelligas, semper manere obligationem ad obedientiam. Maledictio est sublata, sed nequaquã obligatio ad obedientiam. Imò ideo passus est Christus, & ideo

est piaculum talis res, cui Deus irascitur, & quam necesse est tolli è medio, ne effundatur ira Dei in totas gentes. Nihil igitur tristius dici potest, quàm si res aliqua nominetur piaculum.

Postremò assidue petendũ est, ut Filius Dei in nobis restituat cõformitatem cum Decalogo. A deo enim vult Deus ratam esse Legem, ut ideo Filium miserit, ut & pœnam pro nobis lueret, & restituat in nobis obedientiam, quæ quidè in hac vita per Spi-

psal. 69. Quæ non rapui, tum exolvebam, nos contraximus debitum & æs alienum, sed Filius Dei persoluit.

4.

ritum sanctum inchoatur, sed in Ecclesia cælesti erit integra, cum Deus erit omnia in omnibus beatis.

2. Cor. 5. Superinduemur, si non nudi reperiemur. Id est, oportet fieri in hac vita inchoationem.

Spero ex his, quæ breuiter dixi, nemini obscurum esse, cur Lex Dei semper in Ecclesia sonare debeat. Est enim norma disciplinæ: & speculum peccati: & *παδαγωγία* ad Christum, Gal. 3. Denique occasio petendi, vt in nobis restituatur imago Dei.

Cogitate has quatuor causas, & ordine ite per tres articulos Symboli de creatione, redèptione, & sanctificatione, vt cogitetis attentius, quid sit Lex, quem vsus habeat, quare necesse sit ea

in Ecclesia repeti & inculcari. Sequitur autem in hoc capite de definitione nominis & rei, vt Dialecticis verbis vtatur. Est enim nobis diuina, ac quomodo differat à legibus humanis.

Ne autem aliquid erroris in vocabulo Legis relinquatur, pauca de vsu huius nominis dicā.

1. Sepe hæc appellatio generaliter pro doctrina seu pro verbo Dei vsurpatur, vt in toto psalmo, cuius initium est, Beati immaculati in via, qui ambulant in Legge Domini &c.

Habetis exemplum huius significationis in primo psalmo, In Lege Domini volupcras eius, & in Lege eius meditabitur dies ac noctes. Ibi Lex significat omne verbum Dei, siue sit Euāgelium, siue Lex proprie

dicta. Idem est vsus huius vocabuli in psal. 119. vbi plus centies repetitur vox Legis.

2. Deinde quia Lex aut gubernat obedientiam, aut iudicat contumaciam, aliquādo significat gubernationem: vt cum Paulus inquit Rom. 8. Lex Spiritus liberauit me à Lege peccati, id est, gubernatio spiritualis liberauit me à peccato regnante. Sed propriusimè significat doctrinam diuinitus traditam eam par-

Triplex est vsus vocabuli Legis in sacris literis: primo generaliter vsurpatur pro omni verbo Dei: secundo, Lex significat non totam relationem, sed per synecdochen alteram partem, videlicet terminum. Saepe enim

tem, que precipit recta & prohi-  
bet contraria, propositis pœna-  
rum comminationibus & præ-  
miorum promissionibus.

in omnibus linguis vocabula re-  
latiua vsurpantur pro absolutis,  
hoc est, vel pro fundamento, vel  
pro termino. Hæc scitis tradita  
esse in regula septima, in prædica

mento Relationis: Quæ quidem regula nihil aliud est, quam Gram-  
matica *ouexdoyi*, qua vsurpatur vocabulum totius pro parte alte-  
ra. Cùm igitur Lex, quòd ad totam relationem attinet, aut guber-  
net obedientiam, aut iudicet contumaciam, sæpe vocabulum Legis  
in sacris literis vsurpatur vel pro gubernatione, vel pro iudicio, vt  
Rom. 8. Lex Spiritus liberauit me à Lege peccati. i. gubernatio Spiri-  
tus S. liberauit me à dominio, seu à regno peccati. Eadē phrasi vtitur  
Paulus Gal. 2. Per Legē Legi mortuus sum, id est, per gubernationē  
Spiritus, mortuus sum Legi, scilicet iudicanti, seu cōdemnanti, hoc  
est, liberatus sum à maledictione Legis. Similia exempla multa sunt  
apud Paulum, præferim de iudicio, Rom. 6. Non estis sub Lege, sci-  
licet iudicante, accusante, maledicente, condemnante, id est, vt Pau-  
lus alibi inquit, Christus factus est pro nobis maledictum, vt nos li-  
beraret ab obedientia, quam Lex postulat: manet enim in omnem æter-  
nitatem illa obedientia, qua sumus deuincti & adstricti ad præstan-  
dam Deo obedientiam, iuxta principium, Omnis creatura ratio-  
nalis debet obedientiam suo creatori. Sic 1. Timoth. 1. Iusto non est  
posita Lex, scilicet accusans, iudicans, damnans. Tertia significatio  
est omnium maximè propria, qua vtimur hoc loco. Propriè enim  
Lex, quando discernitur ab Euangelio, significat eam partem do-  
ctrinæ Christianæ, quæ postulat obedientiam Deo placentem, &  
prohibet ac damnat contumaciam. Ac ad obedientiam quidem in-  
stituta nos promissionibus: deterret autem nos à cōtumacia propo-  
sitis fulminibus pœnarum & comminationum.

Est igitur Lex Dei moralis, doctrina & mentibus hominum in  
creatione insita, & postea voce  
diuina sæpe repetita, docens,  
quales nos esse oporteat, & quæ  
facienda sint, & quæ non faciē-  
da sint, præcipiens integrā obe-  
dientiam, pro qua & præmia  
promittit, & denuntians iram

Obseruate in hac definitione  
particulam [*voce diuina sæpe repe-  
tita*] & colligite in animo quas-  
dam repetitiones Legis diuinæ,  
factas ante promulgationem pu-  
blicam Decalogi in monte Sinai.

Dei, & pœnas violantibus hanc normam, cuius summa recitata est in Decalogo.

Post lapsum primorum parentum repetitur Lex in concione ad Cain, Genes. 4. Nonne si fueris bonus, eris acceptus, si autem

malus, peccatum tuum quiescet donec reuelabitur. Si fueris bonus, id est, si Legi iuxta Euangelij declarationem obtemperabis, eris acceptus, placebis Deo: si fueris malus, id est, si atrociter violaueris contra conscientiam hoc vel illud præceptum, tum peccatum tuum quiescet ad tempus, id est, exiguo tempore, donec reueletur, videlicet in paoribus conscientia, & in pœnis præsentibus & æternis. Sic repetitio præcepti, Non occides, facta est post diluuium, Genes. 9. Sic enim Deus inquit ad Noë: Qui fuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius per hominem, id est, per Magistratum, quia homo ad imaginem Dei factus est. Hæc est expressa prohibitio homicidij, & neruus politici ordinis, & planè congruit hæc prohibitio cum quinto præcepto. Tandem verò educto iam populo ex Aegypto, die 50. Deus in monte Sinai, sua voce totam Legem edidit atq; promulgauit.

Ex hac descriptione perspicuum est, quid intersit inter leges humanas & Legem diuinam, quam vsitatè moralè vocamus. Nam leges humanæ tantùm regunt locomotiuam. At Lex Dei gubernat cor: quia postulat ardentem dilectionè Dei, & purum amorè proximi. Deinde leges humanæ tantùm puniunt externa delicta, vt dici solet, cogitationis pœnam nemo patitur, licet sine externo conatu, & in iudicio humano. Lex verò Dei est iudicium spirituale, accusans & condemnans cordis immundiciem. Differunt igitur leges humanæ à diuina, partim gubernatione, partim iudicio.

externa membra.

sine cõcupiscentia, sine ira

ops&ia.

Paulus dicit Rom. 7. Lex est spiritualis, ego verò sum carnalis: id est, Lex est gubernatio spiritualis & iudicium spirituale. Hęc breuitas sic declarari potest,

vt fiat illustrior: Leges humanæ tantùm gubernant externa membra, eaq; retinent in officio, ne ruant contra bonos mores, & no perturbent publicam tranquillitatem. Lex verò Dei gubernat cor & spiritum, iuxta illud, Diligas Deum ex toto corde &c. Deinde leges humanæ

humana tantum iudicant, accusant & puniunt externa delicta incurrentia in oculos, & perturbantia ciuilem societate, vt sunt adulteria, homicidia. Lex verò Dei est iudicium spirituale, quo Spiritus sanctus arguit mundum de peccatis interioribus & hærentibus in nostra natura, quæ sunt in intimis medullis ossium, vt Scriptura loquitur, & in intimo thalamo pectoris.

## Diuisio Legis, & de fine politia Mosaicæ.

### CAP. II.



**M**NIS Lex aut est humana, aut diuina. Humana, vt ait Demosthenes in 1. oratione contra Aristogitonem, est decretum prudentum virorum, emendatio delictorum, quæ vel consultò, vel inconsultò admittuntur, ciuitatis commune foedus, iuxta quod viuere omnes ciues decet.

Diuina aut est naturalis, aut Mosaica. Lex naturæ est notitia principiorum practicorum, & conclusionum ex his extractarum deregendis moribus, congruens cum æterna & immota norma mentis diuinæ, insita nobis diuinitus, vt sit testimonium de Deo, & regat nos, vt congruat obedientia nostra cum voluntate Dei.

Mosaica aut est moralis, aut ceremonialis, aut forensis. Moralis duabus tabulis continetur, & à numero præceptorum Decalogi nomen accepit. Est autem repetitio & explicatio legis naturæ, quæ mentibus hominũ in creatione insita, & quasi insculpta erat.

Leges ceremoniales Moyse sunt præcepta à Deo tradita de ritibus Sacramentorum & sacrificiorum, & priuatorum quorundam exercitiorum in cibo & vestitu, qui ritus instituti sunt, vt essent vincula consociantia hunc ipsum populum in politia Mosaica, & distinguant eum ab omnibus aliis gentibus, & essent nerui publicæ congregationis ad conseruandum ministerium docendi integram & incorruptam doctrinam à Deo traditam, videlicet Legem & promissionem de Messia.

Quærat fortasse iuniorum aliquis, An etiam veteres in politia Mosaica habuerint Sacramenta? Omnino habuerunt Sacra-

menta. vt enim nos habemus duo Sacramenta, Baptifimum, quo infantes & adulti inferuntur Ecclefiæ Dei, & fiunt membra Chrifti, & Cœnam Domini: Ita populus Ifraëliticus habuit tum alias, tum in primis duas ceremonias, quæ rectè appellantur Sacramenta, vna, Circumcifio, non inftituta per Moysen, fed primùm à Deo tradita Abrahæ. Altera fuit manducatio Pafchatis, quæ describitur Exod. 12. ficut Circumcifionis inftitutio describitur capite 17. Genefis. Vt autem successit Circumcifioni nofter Baptifimus: ita manducationi Pafchatis successit Cœna Domini. Cur autem mutata: finitæ ceremoniæ diuinitus inftitutæ, & quare Chriftus non voluerit semper circumcidi, dicemus in titulo de Sacramentis. Eft enim femper vna eft Ecclefiæ, & idem genus doctrinæ, & eadem vis & efficacia Sacramentorum: tamen ipfiritus & ipfa externa ceremoniarum fpecifica mutata funt propter certas cauffas. Quod ad facrificia Mofaica & typica attinet, fciamus fuiſſe illa inftituta à Deo propter tres cauffas. Primò, vt eſſent commonefactiones de doctrina. Quoties enim pij videbant maſtari agnum aut aliam pecudem, cogitabant de venturo agno tollente peccata mundi. Erant igitur ipsis facrificia, fymbole commoneficientia de ventura victima. Secundo, vt eſſent nerui publicæ congregationis. Eft enim omnium Sacramentorum & facrificiorum vnus finis publicus, fcilicet congregatio Ecclefiæ: non enim poſſent homines doceri, niſi in honeſta cõgregatione. Neque Deus vult celebrari in genere humano Eleuina, id eſt, arcana ſacra, ſed vult publicè audiri vocem Legis & Euangelij, & tractari ceremonias, quas ipſe inſtituit. Tertio, voluit Deus, facrificia eſſe alimenta Sacerdotum. Nam de certis hoſtiis ſeu victimis dabantur Sacerdotibus certæ partes, vt verbi cauffa, peſtus, aræ, reliquæ partes cremabantur Deo. Item offerebantur Sacerdotibus panes propoſitionum, quibus alebantur familiæ Sacerdotum.

Leges forèſes ſeu iudiciales in libris Moſis ſunt præcepta à Deo tradita de externis actionibus regentibus hanc ciuilem ſocietatem in diuiſione hæreditarũ, in contractibus, iudiciis & poenis.

Nulla fuit pulcrior poſita, nec eſt aut erit, quàm Mofaica fuit. Si quis enim conſiderat leges ſo- rèſes, vt de ceteris ſpeciebus ſo- hildicam, profectò animaduer- tet fuiſſe in hoc populo magnam diſciplinæ ſeueritatem & mores optimos.

tet fuiſſe in hoc populo magnam diſciplinæ ſeueritatem & mores optimos.

optimos. Apud nos quidem puniuntur cædes & furta, sed quando libidines vagæ & adulteria puniuntur? Interdum vnus miser hæret in pœna, potentes perumpunt vincula legum & pœnarum, sicut crabrones perumpunt telas araneorum. Sed in populo Iudaico omnino adulter capitali supplicio afficiebatur, ita seuerè puniebantur contumaces filij aduersus parentes. Sed non volo colligere exempla optimæ & pulcerrimæ disciplinæ Mosis. Reliquæ Respublicæ, Romana, Attica & Laconica nihil sunt collatæ ad hanc formam diuinitus institutam. Nec volo hæc accipi in hanc sententiam, quasi sint alligati ad leges Mosaicæ. Quæ enim non sunt naturalia in legibus Moysis, ab his sumus liberati beneficio Christi Mediatoris. Cum autem sit facta aliquoties mentio politiæ Mosaicæ, in fine huius capituli breuiter dicendum est, propter quas causas hæc politia sit constituta, quarum sunt quatuor: prima est, Quia Deus voluit, hæc politiam esse officinam, vt ita dicam, suarum patefactionum, suæ doctrinæ & miraculorum: de hac causa loquitur psalmus, Notus in Iudæa Deus, & magnum nomen eius in Israël: & Esaias cap. 31. dulcissimè inquit, haud dubiè alludens ad psalmi dictum, quod recitauimus: Dixit Deus, cuius ignis est in Sion, & focus in Hierusalem, quasi dicat. Hæc politia est ἐργαστήριον, id est, officina, in qua Deus edidit maxima opera. Secunda causa est, quia Deus voluit esse certam scholam in genere humano, ex qua, doctrina de vera agnitione & inuocatione Dei in totum orbem propagaretur. Fuit enim Iudæa sita ferè in medio mundi habitabilis: quare locus fuit oportunus ad propagationem doctrinæ. Tertia causa, quia Deus voluit in hac politia, velut in bibliotheca asseruari scripta Prophetica. Quarta causa, voluit etiam Deus hanc politiam esse hospitium Ecclesie & Christi nascentis, docentis, crucifixi & resuscitati. Has causas complectuemur breuiter.

Fuit autem constituta politia Mosaicæ, vt certus populus & certus locus esset, qui esset velut certa scholæ sedes, vbi illustribus & testimoniis & miraculis ederentur promissiones, & subinde re-  
 peterentur & confirmarentur, & vbi, veluti in schola excitaret  
 Deus doctores sonantes doctrinam de Deo traditam, & vbi libri  
 eius doctrinæ per certos testes custodirentur, & ad posteros trans-  
 mitterentur, denique vt certum esset, quo in loco, inter quos ho-  
 mines, & penè in quo vestigio Deus Messiam nasci, conspici, do-  
 cere & pati vellet. Propter has tantas causas politiam Israël Deus

constituit, & assiduis miraculis ornauit, vt certum esset, in eo populo veram doctrinam diuinitus traditam, veri Dei agnitionem, & inuocationem, & veram Ecclesiam esse.

Quare Lex moralis voce diuina sæpe  
repetita sit, cùm natura aliquo  
modo nota sit.

CAP. III.



Ostquam vsitata partitio Legis recitata est, quærant studiosi causas, cur Lex moralis [Dealogus] cùm natura nota sit, tamen voce diuina, cùm aliàs sæpe repetita, tum in monte Sinai magnis miraculis promulgata sit.

Aristoteles sæpe repetit hoc suum dictum in lib. de generat. & corrupt. Item de anima, Præsentibus habitibus, id est, formis, in materia cessat *ἐπιπέλαχαια*, id est, agitatio ad illos habitus seu formas. Si quis satur est, non expetit cibum aut porum. Ita in natura rerum materia contenta est præsentibus formis, nec appetit alias, vt iam non dicamus de priuatione Aristotelica. Si hic paries est albus, non indiget dealbatione: ita Christus inquit Iohan. 13. Qui lotus est, non indiget vt lauetur. Hinc posset aliquis ita argumentari: Si Lex naturaliter est nota, cur Deus doctrinam Legis toties inculcat & repetit in sua Ecclesia?

Ac prima quidem causa huius promulgationis est, Quia post lapsum nõ modò obscurior est naturalis notitia Legis, sed etiam manifesti furores pugnant cum hac notitia in maxima parte generis humani recepti sunt, vt à primo præcepto horribili audacia plurimæ gentes discesserunt, conficta Deorum

Profectò prima causa obmagna & grauis. Non tantum notitia mentis est obscurior, sed etiam foris in externa societate fuerunt recepti, approbati & stabiliti furores pugnant cum Decalogo. Varro, qui Ethnica nu-

portent.

portentosa multitudine & invocatione mortuorum: à quinta, mactatione humanarum hostiarum: à sexto, terra & horrenda confusione libidinum.

Tales furores perpetuò grassantur in toto genere humano, nisi Deus sua voce edidisset Decalogum prohibentem hæc portenta cultuum, & monstratam, quæ officia Deo placeant.

Gnosticos: Scytharum Dianam, Gallorum Mercurium, Afrorû Saturnium hominum victima placari apud sæculû [olim] licuit, & Latio in hodiernum Ioui (annis ferè ducentis post Christum natum) media in vrbe [Roma] humanus sanguis ingustatur [offertur, sacrificatur.] Apud Euripidem in Iphigenia Taurica (scripsit enim duas Tragedias hoc titulo: Iphigeniam in Aulide, & Tauricam) describitur mactatio humanarum hostiarû facta in honorem Dianæ, quam Scythæ coluerunt. Deinde de Gallorum sequitia in mactandis humanis hostiis in honorem Mercurij, scribit Cæsar lib. 6. Comment. de bello Gallico, vbi etiam narrat quales fuerint sacerdotes, qui vocantur Druidæ. De Carthaginensibus qui Saturno suos liberos mactarunt, scribit Plutarchus in Apophthegmatis. Cùm rex Siciliæ Gelon vicisset Carthaginenses magno prælio, non voluit cum eis pacem facere, nisi hac conditione, vt desisterent à mactatione liberorum. Hostis fuit magis propitius liberis, quàm parentes. De locurpitudinis Romæ. Bacchanaliorum descriptio extat apud Liuiû, lib. 9. Decad. 4. qui volet legat illam: inde cognoscet lector, quanta fuerit turpido in Orgiis, id est, in sacris Bacchi.

mina præcipua conquirit diligentia, supra triginta millia commentitorum numinum reperisse se annotavit. De Varrone scribit Augustinus de ciuitate Dei, quòd constituerit triplicem Theologiam, primam poëticiã, alteram, philosophicam, tertiã, politicam: & Augustinus præclare de his tribus speciebus philosophatur in libris, quos sæpe citauimus. Tertullianus aduer-

Secunda causa est, quia cùm assensio de Lege sit languidior, voluit Deus hoc testimonio nos confirmari contra fluctus dubitationû, vt statueremus, has notitias naturales ab ipso nobis insitas esse, & iudicium conscientia, & pauores, qui in illis noti-

In prima causa dictum est de notitia obscuriore, in secunda dicitur de languidior assensione.

tiis oriuntur, esse Dei iudicium, & pœnas interiores & exteriores, quæ sequuntur delicta, non accidere casu, sed ordine diuino.

Quærat aliquis ex iunioribus, quomodo differunt notitia & assensus? Respondeo. Sunt diuersæ actiones mentis humanæ, assensus est notitia & aliud assensus est pars iudicij, quod

vel approbat propositionem, vel reiecit eandem. Nihil est enim iudicium aliud, quàm vel approbatio alicuius propositionis, vel reiectio: est igitur assensus pars quædam iudicij. Est autem longè alia assensus iudicium, quàm simplex notitia. Iam verò non tantum notitia obscurior facta est post lapsum, sed etiam languidior nunc est assensus, quia impeditur multis dubitationibus. Quoties videmus confusiones in genere humano morum & euentuum, cogitamus: Si esset Deus & aliqua Dei iustitia, tum hæc non fierent. Contra has dubitationes voluit nos Deus confirmare expressa voce, quæ testatur, notitias Legis non esse imaginationes vndeunque ortas & conceptas, sed esse Dei veritatem, ius Dei, & opus Dei in cordibus nostris, vt Paulus dicit.

Tertia causa promulgationis est, vt nos Decalogus de maximis rebus admoneat, videlicet de iustitia originali, de peccato originis, de Christo, de futuro iudicio & de vita æterna.

Recitabo iunioribus sermonem D. Lutheri. Ad hunc referet: respondit, se scire Catechismum. Ibi subiicit reuerendus senex Profectò, mi fili, tu longè es doctior, quàm ego: etsi enim sum doctor Theologiæ, tamen non possum affirmare, me scire Catechismum, scilicet perfectè & integrè. Non igitur putemus, doctrinam Catechismi, siue in templis, siue in scholis repetatur, esse negligendam, tanquam rem paruam. Pertinet autem hæc tertia causa ad vniuersam doctrinam quæ in Catechismo traditur, quæ exhauriri nunquam potest.

Fuit enim iustitia originalis firmissima agnitio Dei in mente, & in voluntate, & corde ardens amor Dei & proximi, qualem Lex diuina postulat. Nunc autem in mente est caligo de Deo, & auersio voluntatis à Deo, & cõtumacia cordis contra Legem Dei. Neque verò Lex promulgata est, vt propter eam iusti simus, sed vt sic

fit commonefactio de Mediatore, qui constitutus est, vt fiat victi-  
ma sustinens poenā Legi debi-  
tam pro nostra contumacia, &  
vt propter ipsius obedientiam  
in gratiam recipiamur.

Paulus dicit Gal. 3. de Legis  
vsu: Si esset data Lex, quæ posset  
viuificare, vtique per Legem es-  
set data iustitia. Quærat ergo ali-

quis, Quare data est Lex? ad quem vsum, si non iustificat? Sequitur  
in Paulo. Propter transgressionem data est, id est, Lex est agnitio pec-  
cati: vel vt alibi dicitur, Lex iram efficit, & est pædagogus ad Chri-  
stum, vt in eodem capite dicitur. Quia enim animaduertis & fate-  
ris, te non posse satisfacere Legi Dei, Lex commonefacit te, vt que-  
ras aliam iustitiam, quæ est obedientia Mediatoris. Neque enim re-  
cipimur in hac vita propter vllam aliã causam, quàm propter obe-  
dientiam huius personæ, quæ est Deus & homo, nec viuificamur per  
Spiritus sanctum, nisi membra eius facti per fidem.

Concionatur etiam Lex de secuturo iudicio, & de vita æterna.  
Cum enim poenæ in hac vita non respondeant iustitiæ Legis, ne-  
cesse est sequi aliud iudicium, in quo Deus pro peccato non re-  
misit propter Mediatorem, cu-  
lus est infinita malitia, compen-  
sationem æquivalentem postu-  
labit.

Est demonstratio Theologi-  
ca: Necessè est satisfieri iustitiæ  
Legis, vel per obedientiam, vel  
per poenam. Sed poenæ peccato-

rum in hac vita non sunt æquales iustitiæ Dei, quia & iustitia Dei est  
æterna atque infinita, & peccatum est infinitæ malitiæ. Quid est au-  
tem punctum ad circumferentiam, momentum ad omnem ater-  
nitatem? Ergo necessè est restare aliud iudicium, in quo impij, qui  
non habent remissionem peccatorum, iustas & pares poenas perfol-  
uent pro peccatis. Hanc demonstrationem nemo potest euertere,  
quia est sumpta ex primo principio Theologico: Lex obligat vel ad  
obedientiam, vel ad poenam. Sequitur altera demonstratio.

Er quoniam impossibile est, genus humanum vniuersum ad  
æternum exitium conditum esse, & Legem frustra voce Dei pro-  
positam esse, haud dubiè restat  
alia vita, in qua renati erunt si-  
ne peccato, & præstabunt inte-  
gram obedientiam, iuxta illud,

Considerate & hanc alteram  
demonstrationem: Impossibile  
est Legem Dei frustra proposi-  
tã

Dabo Legem meam in corda  
eorum. Hier. 31. Hebr. 8.

esse toti generi humano, quod  
certè non est vniuersaliter con-  
ditum ad exitium, neminem, ne  
aut tantùm ad hanc vitam. Sed experientia testatur, omnis  
quidem renatorum posse satisfacere Legi per obedientiam: omnis  
enim obedientia nostra est tantùm inchoata, id est, imperfecta,  
manca & mutila. Ergo necesse est restare aliam vitam, & quidem  
talem, quæ sit conformis Legi Dei sine peccato & sine morte.

Hæ causæ quas recensui, sint nobis in conspectu, vt diligentibus  
consideremus Legem Dei, & cogitemus, sapientiam in Decalogo  
propositam nequaquam exhauriri posse.

## Admonitiones necessariæ ad in- telligentiam Decalogi.

### C A P. I V.



**R**ECITAVI definitiones, diuisiones & caus-  
sas promulgatæ Legis diuinæ: nunc accedendum  
est ad enarrationem Decalogi, primæ & secundæ  
tabulæ, sed antequam hoc præstem, auditores de  
quibusdam rebus admonendi sunt, ne imparati  
vt dicitur, accedant ad rem tantam. Magna enim  
sapientia est, & quæ nunquam exhauriri potest in  
Decalogo. Quare ipsa docendi ratio postulat, vt auditorum animi  
preparentur ad percipiendam aliquo modo hanc sapientiam, de qua  
dicit Moses in Deuteron. Hæc est sapientia vestra, audire & intelli-  
gere præcepta Dei. Prima autem admonitio est dulcissima & vtilis-  
sima de ordine Decalogi. Si enim nihil esset boni in Decalogo, ra-  
men ordinis concinnitas posset & deberet nos permouere ad co-  
gnoscendam hanc sapientiam. Est enim ordo Decalogi, summi arti-  
ficis, hoc est Dei sapientissimo consilio institutus.

Prima admonitio de ordine Decalogi.

Optimo ordine orditur Decalogus à notitia Dei & moribus  
voluntatis.

voluntatis ac cordis erga Deum. Secundò, præcipit illius veræ amandatorum cõstituit, videlicet doctores caelestis doctrinæ, quia certissimum est, Lege de Sabbatho comprehendi totum ministerium & propagationem veræ agnitionis & professionis.

Hic est ordo primæ tabulæ, qui ex natura sumptus est, & ha-

betrationes evidentissimas, quas debetis attentè considerare. Principale membrum in homine est COR, sicut Aristoteles dicit, Cor est primum viuens & vltimum moriens. Orditur ergo Decalogus abis rebus, quas Scriptura sacra tribuit cordi, videlicet à vera notitia Dei, & illis veris motibus seu affectibus, qui & solent & debent comitari veram Dei agnitionem, cuiusmodi sunt timor Dei, fides, dilectio &c. Secundum præceptum concionatur de vsu sermonis seu de professione illius veræ agnitionis Dei. Sicut enim in aula oratores sunt regibus proximi, tanquam interpretes: ita Deus cordi humano adiunxit in fabricatione corporis organa vocis & sermonis, inter quæ lingua facile principatum tenet. Vt igitur primum præceptum gubernat cor, sic alterum regit linguam seu sermonem. Cùm autem Lex sine executione nihil valeat, Deus prioribus præceptis addidit tertium de ministerio Ecclesiastico, quod conseruat, & latè dispersgit in genere humano semina doctrinæ de vera agnitione Dei, & de vera inuocatione. Videtis igitur ordinem primæ tabulæ congruere cum natura hominis, & sapientissimo consilio institutum esse.

Vt autem prima tabula concionatur de operibus, quibus immeditate cum Deo agimus: ita secunda continet opera erga homines, quæ sunt vincula humanæ societatis. Huius tabulæ initium sapientissimè sumitur à stirpe societatis, & à personis gubernantibus. Cõstituta iam societate, sit cura tuendæ vitæ hominum. Ideo statim additur, Non occides. Sextum præceptum tuetur coniungendas domos seu nidos singulorum, & res ad victum necessarias. Octauum defendit famam honestorum hominum, & iudicia ordinat, quæ sunt explicationes veritatis & iustitiæ. Nonum & decimum addunt declarationem, vt sciamus Legem Dei non tantum de externis operibus præcipi, sed accusari & damnari etiam vitium hærens in hac deprauata hominum na-

tura, quod vocant prauam concupiscentiam. Hic ordo præceptorum sapientissimi artificis consilio institutus, etiam demonstrationibus congruit. Quod igitur de duodecim tabulis Cicerone dixit, multò veriùs de Decalogo dici potest. Fremant omnes licet, dicam quod sentio, Bibliothecas me hercule omnes omnium philosophorum, vnus mihi videtur duodecim tabularum libellus, si quis legum fontes & capita viderit, & auctoritatis pondere, & vtilitatis vbertate superare.

in i. de Orator.

Secunda tabula sumit initium à stirpe humanæ societatis, videlicet à parentibus, à quibus

procreamur & suscipimur. Nemo enim ex terra nascitur, videntes in fabulis. Cùm autem homo sit conditus ad societatem, in quarto præcepto simul constituit & ordinat gubernatores humanæ societatis. Nam in qualibet societate opus est gubernatoribus. Sic inquit Aristot. in 4. politic. Impossibile est, in examine, alioquin fine Magistratibus. Ideo etiam in politica apud, in examine, alioquin lo, est quidam rex à natura constitutus, quem reliquæ apicula obstruant, 4. Georgic. Constituta iam societate & suis vinculis adstricta, proxima est vitæ humanæ procuratio, quia nihil homini naturaliter est dulcius & iucundius vita. Hanc ergo tuetur & defendit quintum præceptum, Non occides. Et tanta est huius præcepti feritas, vt Deus dixerit ad Noam post diluuium cap. 9. Genes. Qui fuerit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius: ad imaginem quippe Dei factus est homo: Hanc suam imaginem, hoc suum templum non vult destrui Deus, sine iusta & necessaria causa. Post vitæ nihil est homini optabilius honesto, tranquillo & suauis coniugio, in quo est amor mutuus, ardens sine simulatione & coactione, sincerus sine suspitionibus & πλεονεξία, denique suavis sine morositate & fastidio. Quare sextum præceptum custodit & tuetur omnium carissimam, videlicet coniugium, Non mœchaberis. Et quanquam Magistratus sepe sunt negligentes in puniendis sortatoribus & adulteris, tamen vox diuina affirmat Hebr. 12. Deum sortatores & adulteros, & vt maximè agant hi pœnitentiam, & liberentur à culpa, & impetrent remissionem peccatorum: tamen ratio liberantur à pœnis corporalibus, vt ostendit exemplum Dauidis, cui

cui Deus non pepercit etiã post remissionem peccatorum. Et quo-  
 nam homini non tantum opus est vita & coniugio, sed etiam certo  
 hospitio & rebus ad vitam sustentandam necessariis, septimum præ-  
 ceptum circumdat mœnia, vallum, fossam, murum tuo nidulo &  
 suis reculis, quantulacunque illæ sint, Non furtum facies. Octa-  
 vum præceptum suscipit patrocinium & defensionem tuæ famæ, vt  
 tibi concedatur honestus locus in ciuili societate, & simul gubernat  
 iudicia, quæ certè debent esse explicationes veritatis & iustitiæ. No-  
 num & decimum accedunt tanquam declarationes totius Decalo-  
 gi, ne quis existimet, tantum externam iustitiam postulari, aut tan-  
 tum prohibita esse externa delicta, neque discernat Legem diuinã à  
 legibus humanis. Concupiscentia autem est & peccatum, & pœna  
 peccati, & causa peccati. Primò est peccatum, quia Lex dicit, Non  
 concupisces: deinde est pœna, quia in natura integra nulla fuit con-  
 cupiscentia, id est, *àra Èta*, sed secuta est lapsum primorum paren-  
 tum. Postremò eadem est causa & fons omnium peccatorum, vt  
 Iacobus in epistola dicit, Concupiscentiam esse matrem, quæ concit-  
 at omnia peccata. De hac sententiã præclarè differit Augustinus lib.  
 contra Iulianum Pelagianum. Non igitur frustra Paulus Rom. 7.  
 hoc malum multis & quidem tristibus verbis deplorat. Locum  
 quem de xii. tabulis citari ex Cicerone, requirite in i. libro de O-  
 ratore, quem omnes studiosi iuris ad verbum debent scire, quia tur-  
 batis dignitatem artis quam discis, aut prorsus ignorare, aut non  
 satis intelligere. Iuniores etiam adhortor, vt ad hanc consuetudi-  
 nem & diligentiam se assuefaciant, vt omnia quæ legunt, audiunt &  
 discunt in historiis, accommodent ad Decalogum: Nam omnes hi-  
 storie sacræ & Ethnicæ possunt accommodari ad præcepta Decalo-  
 gi. Quam multæ historiæ Ethnicæ, vt iam de sacris non dicam, con-  
 gruunt ad quintum præceptum, Qui fuderit humanum sangui-  
 nem &c. Qui acceperit gladium &c. Ad has regulas pertinent pœ-  
 næ tyrannorum, pœnæ seditiosorum, pœnæ omnium homicidarum.  
 Deinde ad sextum præceptum referuntur exempla pœnarum, qui-  
 bus Deus puniuit incestas libidines, scortationes, adulteria & totã  
 sentinam libidinum. Quicquid igitur legitis, auditis & discitis, lo-  
 quor de moralibus, non de speculabilibus (speculabilia habet alium  
 ordinem) ea accommodate ad Decalogum. Hæc consuetudo adiu-  
 uabit memoriam, formabit iudicium, & instruet vos magna copia  
 & varietate optimarum rerum & verborum.

## Secunda admonitio.

Equalitas primæ & secundæ tabulæ consistit in certitudine, necessitate, & causa finali. Est enim vna & eadem Dei sapiëntia & iustitia, quæ cultus primæ & secundæ tabulæ copulat, & in nobis vult coniungi ad hunc finem, vt Deo debitum honorem tribuamus, & ei in his officiis, quæ iudicat esse cultus, seruiamus.

Olim monachi multis infirmis existimarent, officia politica & œconomica non placere Deo, vnde multi deserta vita politica & œconomica quæ fuerunt latebras in monasteriis, aut certè sepulti sunt in habitu monastico, in cucullis monachorum, sicut optimus Princeps VVirtembergicus, Eberhardus indutus veste monastica sepultus est, nec dubito multos in familia Saxonica sic sepultos esse. Vnde quæso hic error extitit? quam habuit occasionem? quia superstitiosi & auari monachi & sacrilegii tantum amplificauerunt dignitatem sui status, loci & ordinis, & interea abiecerunt reliquos gradus vitæ humanæ, ordinem politicum & œconomicum, sed Christus Dominus noster & Saluator apud Matth. cap. 22. aliter nos docet, & refutat has superstitiones & præstigias impias monachorum, dicens, Secundum mandatum est simile primo. Contrà, dicat aliquis, Prima tabula anteferenda est secundæ, & primum præceptum est omnium summum & maximum. Cur igitur Dominus noster comparat & æquat secundam tabulam primæ? Respondeo. In casu quidem confessionis prima tabula anteferenda est secundæ, sicut Christus inquit Matth. 10. Qui non magis diligit me quàm patrem aut matrem, aut liberos, aut vxorē, non est me dignus: & Deuter. 33. de Leuitis, Qui non dixerit patri suo & matri, nescio vos &c. Hæc vera sunt de casu confessionis, in quo secunda tabula cedit primæ. Quia gloria Dei est omnibus rebus humanis anteferenda, nostræ vitæ, nostræ famæ, nostris rebus & omnibus aliis. Sed excepto hoc vnico casu, verissima est & maxime net regula Christi de æqualitate primæ & secundæ tabulæ. Si igitur es politica aut œconomica persona, & credis in Filium Dei, scito, te tam placere Deo, tuo loco, tuo officio, & tam gratos esse cultus tuos, quàm si esses minister Ecclesiæ, aut doctor in schola. Sed qua in re consistit similitudo? Primò in certitudine, quia sicut prima tabula est à Deo tradita: ita Deus etiam secundæ tabulæ est auctor. Idem fons est sapientiæ primæ & secundæ tabulæ: sicut prima tabula habet suam demon-

demonstrationes, quas audiistis in Ethicis, ita tabula secunda habet suas demonstrationes. In summa, omnia præcepta possunt demonstrari. hæc est certitudo. Scitis enim summam esse certitudinẽ demonstrationum. Secundò consistit hæc æqualitas in necessitate: quæ enim necessaria est erga Deum vera agnitio Dei, vera inuocatio, tam est necessaria suo loco & ordine dilectio proximi, sicut tenetur dictum Osee cap. 6. quod sæpe citat Christus, & multi putant hoc dictum fuisse symbolum Christi, Misericordiam volo & non sacrificium, id est, beneficentiam erga proximum. Tertiò consistit hæc æqualitas in causa finali. Etsi enim opera primæ tabulæ agunt immediate cum Deo, opera secundæ agunt immediate cum hominibus: tamen operum primæ & secundæ tabulæ vnus & idem est finis principalis, scilicet gloria Dei, sicut Paulus inquit de hoc fine, 1. Cor. 10. Omnia facite ad gloriam Dei, & ne sitis scandalo Ecclesiæ. Et Christus ipse, Sic luceat lux vestra, ut videant opera, & glorificent Patrem vestrum. Videtis igitur quantum

scilicet primæ & secundæ tabulæ.

quantum ad Filium Dei & sapientiam Patris, complexus sit hoc breui dicto & sermone: secunda tabula est similis primæ. Magna consolatio proposita est omnibus iis, qui versantur vel in munere politico, vel in œconomico. Non enim omnes possumus esse doctores in templis vel in scholis, oportet esse aliquos auditores, oportet etiam aliquos seruire huic vitæ mortali.

Tertia admonitio.

De omnibus præceptis hæc quinque cogitanda sunt. Primum, quæ opera flagitentur: secundò, quomodo fieri possint & placeant: tertio, quæ peccata prohibeantur: quartò, promissiones ad dirẽ Legi: quintò, comminationes.

Quando vultis explicare primum præceptum, primò dicite, quæ opera, quos cultus, quas virtutes Deus in hoc præcepto requirat. Sunt autem septem virtutes primi præcepti, vera agnitio, vera humilitas, vera patientia, vera spes. Secundò quærite quomodo hæc opera vel virtutum sancti possint, videlicet non viribus humanis, sed per Spiritum sanctum. Deus est, qui efficit ut velitis, sine Spiritu sancto, sine Christo nihil est in homine. & in eadem quaestione cogitandum est,

De omnibus præceptis hæc quinque cogitanda sunt. Primum, quæ opera flagitentur: secundò, quomodo fieri possint & placeant: tertio, quæ peccata prohibeantur: quartò, promissiones ad dirẽ Legi: quintò, comminationes.

quomodo placeant. De hac quaestione pulcherrimum dictum re-  
tatur, ex libris cuiusdam Euagrij: placere nostra opera bona Deo,  
*αγαπητέν τῆς πίστεως*, id est, ut nos loquimur, præluceat fide. Nam  
sine fide nihil placet Deo. Quicquid non est ex fide, peccatum est, im-  
possibile est placere Deo sine fide. Tertio loco, quæ peccata prohibeantur, hic est instituenda antithesis: Cum vera agnitione pugnat idololatria: cum timore, securitas negligens & contemnens iudicium Dei: cum fide, diffidentia & desperatio: cum dilectione odium Dei: cum humilitate, superbia: cum patientia, impatiētia &c. Quarto loco dicendum est de promissionibus additis primo præcepto. Quinto, de comminationibus: Ego sum Dominus Deus tuus, fortis, zelotes, visitans &c. Quo autem ordine utimur in primo præcepto, eodem utendum est & in reliquis.

#### Quarta admonitio.

Lex Dei flagitat non tantum externa opera, quæ possunt esse simulata, sed omnium virium ordinem in homine. Deinde non verè fiunt opera aliorum præceptorum sine operibus primi præcepti, & non placet obedientia in aliis præceptis, nisi iacto fundamento primi præcepti, videlicet agnitione & fide Mediatoris. Sic ergo intelligantur & fiant omnia præcepta, ut in singulis cogitemus Deum esse, qui præcipit, & Deo hanc obedientiam præstādam esse, & prospiciatur hic finis, ut fiant hæc opera propter Deum.

Hæc quarta admonitio est responsio de prima & secunda quaestione: prima enim quaestio quærit, quid Lex divina postulet, quid flagitet. De hac quaestione respondetur, Lex Dei non tantum flagitat externa opera, quæ possunt esse simulata, sed requirit ordinem omnium facultatum & virium in tota natura humana, sicut Lex dicit, Diliges Deum tuum ex toto corde tuo &c. & proximum tuum sicut te ipsum, & non concupisces, id est, non contamines obedientiam villo peccato. Secunda quaestio supra proposita, hæc est, quomodo possint fieri, & quomodo placeant bona opera? Respondeo, & fieri possunt & placere Deo, iacto fundamento primi præcepti, videlicet agnitione & fide Mediatoris. Est enim primum præceptum fundamentum aliorum, & ut ita dicam, basis totius Decalogi. Ut igitur Nazianzenus dixit in senario versiculo, Omnis rei principium & finem consistit Deum.

Deum: ita nos dicimus de primo præcepto, Omnium operum prin-  
cipium & finis sit primum præceptum. Non potes inchoare aliquam  
obedientiam, nisi *αγωνισθῆναι τῷ πνεύματι*, id est, prælucente fide:  
Deinde non placet tua obedientia nisi propter Mediatorem, sicut di-  
citur. 1. Petr. 2. Offerre Deo hostias placentes per Christum.

Quinta admonitio.

Sicut omnes promissiones Legis intelligendæ sunt cum exce-  
ptione crucis & castigationis: ita omnes comminationes additæ  
Legi intelligantur cum exce-  
ptione penitentia. Nam Euan-  
gelium est Legis interpretatio  
& *ἀντίδοτος*.

Quinta hæc admonitio respõ-  
det etiam de duabus quæstioni-  
bus, de quarta & quinta, id est,  
de promissionibus & commina-

tionibus. Quomodo sunt intelligendæ omnes promissiones lega-  
les? Respondeo. Cum exceptione crucis & castigationis, quia Deus  
vult Ecclesiam in hac vita subiectam esse cruci propter multas caus-  
as. Hæc regula traditur psalmo 89. Cuius initium est, Misericordias  
Domini in æternum cantabo &c. Visitabo in virga iniquitates eo-  
rum, misericordiam autem meam non amouebo ab eis. Quid potest  
dulcius dici? Minatur Deus castigationem paternam, non sacrificis aut  
legatoris, suis filiis, id est, piis, & addit hanc consolationem: Misericor-  
diam autem meam non amouebo ab eis. Et si enim Ecclesia certo  
iudicio Dei & propter iustas causas duriter castigatur, vt Petrus  
inquit, iudicium Dei à domo Domini incipit: tamen semper habet  
hanc consolationem in media cruce & morte, quod Deo accepta est  
per misericordiam, quod placet Deo, nec abiicitur aut deseritur pro-  
pter calamitates, sicut dulcissimè inquit Hier. 12. Dedi dilectam a-  
nimam in manus inimicorum eius. Vocat Ecclesiam animam suam  
dilectam, & tamen affirmat, se eam propter peccatum tradere in ma-  
nus inimicorum, id est, Babyloniorum. Altera confirmatio est a-  
pud Marcum 10. Qui reliquerit domum aut alias res charas propter  
vitam æternam. Cùm enim circumferamus peccatum in nostra  
cute, fieri non potest, vt simus expertes crucis & castigationis. Al-  
tera verò regula hanc habet vim & sententiam, Omnes conciones  
legales intelligendæ sunt cum exceptione penitentia, id est, si ege-  
rimus penitentiam, Deus mitigabit ærumnas. Vbi traditur hæc

regula? In multis quidem locis Scripturæ, sed Eſaiæ cap. i. extat ſplendidiffima concio de hac ſententia, Deſinite malè facere, & diſcite be- nefacere, iudicate pupillo &c. hoc ſi feceritis, tum ſi peccata veſtra fuerint ſicut coccinum, vt nix dealbabûtur, & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus, velut lana alba erunt, id eſt, Si egeritis pœnitentiam, ſi agnoueritis veſtra peccata, ſimul ſide confugientes ad Mediatorem, non ſolùm remittentur peccata veſtra, ſed etiam pœnæ mitigabun- tur, & ſic lenientur, vt poſſitis eas perferre, ſine indignatione & fre- mitu aduerſus Deum. Tales cõfirmationes paſſim extat in pſalmis

### Sexta admonitio.

Præceptorum Decalogi alia ſunt ſimpliciter moralia & immo- ta, alia ſunt mixta, id eſt, partim ceremonialia, partim moralia, vt in Lege de Sabbatho, genus eſt naturale & morale, hoc eſt, vt ali- qua certa tempora tribuantur publico miniſterio cœleſtis doctri- næ, ſpecies ſeu mandatum de ſeptimo die ceremoniale eſt.

### Septima admonitio.

Omnia præcepta ſecundæ tabulæ, excepto quarto, ſunt nega- tiua. Semper autem in negatiuis meminerimus affirmatiua con- tineri.

### Octaua admonitio.

Primum præceptum eſt prin- cipium & finis aliorum præce- ptorum. Ideo includendum eſt deinceps in omnibus manda- tis, cùm ad totam Legem refe- ratur.

eſt *a* & *o*, vt in Apocalypſi

Hæc eſt admonitio, que in Ca- techeti crebris ſermonibus vti- tur. Debemus Deum timere & diligere &c. Hæc repetitio

eſt otioſa *ταυτολογία*: ſed quia primum præceptum eſt principium & finis reliquorum: ideo tanquam anima rectè intertexturæ narra- tioni ſingulorum præceptorum.

Enarratio

## Enarratio primæ tabulæ.

## CAPVT V.

## Affirmatiua sententia primi præcepti.



**E**GO sum Iehoua Deus tuus, qui te eduxi de terra Ægypti. Hęc verba amplissimam doctrinam & dulcissimam consolationem continēt. Docent enim, quis sit verus Deus, & quomodo agnoscendus sit, & discernendus ab omnibus commētitiis numinibus. Vt igitur verus Deus agnosci possit, insigni appellatione describitur.

Constat enim, patres & Prophetas semper vsos esse nomine Iehoua inter precandum, vt significarent, se Deum patefactū in Ecclesia compellare, & reicere idola Chaldaica, Ægyptia & alia, quæ extra Ecclesiam opinionis errore coluntur.

Quando vis personam aliquā describere & notiozem aliis facere, soles ordiri à mentione nominis proprii: Ita cūm Deus velit innotescere suæ Ecclesiæ, discernit se ab omnibus idolis insi-

gni & illustri appellatione, videlicet Iehoua, quæ significat secundum etymologiam, fontem omnis essentiæ. Haia verbum substantiuum, apud Hebræos significat idem quod apud Latinos sum, vel apud Græcos εἶμι. Ab hoc verbo substantiuo deducitur nomen Iehoua, quali dicas, qui fuit, est & erit in omnem æternitatem, & qui omnibus creaturis præstat, vt sint, id est, essentiam suppeditat & seruat, donec vult: sed relatiuè Iehoua significat Deum patefactum in Ecclesia, & distinctum ab omnibus idolis. Ideo patres & Prophetæ inter precandum non tantūm appellant Deum Elohim, sed etiā Iehoua, vt significent, suam precationem directam esse ad illum verum & viuum Deum, qui se patefecit populo Israël, imò primis patribus ante & post lapsū, item Patriarchis ante & post diluuiū, vsque ad eductionem populi ex Ægypto, vt Petrus inquit Act. 3. Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, Deus patrum nostrorum, id est, ego loquor de illo vero Deo, qui damnat & reicit, abominatur & execratur omnia idola Ægyptia, Chaldaica, Græca, Romana, & qui certo verbo, videlicet Lege & Euangelio, & illustri-

bus testimoniis miraculorum, vt resuscitatione mortuorum, & aliis se reuelauit, manifestauit, patefecit.

Deinde proponitur illustre testimoniū, quis & qualis sit Deus, vbi & quando sit patefactus. Hunc igitur statuas verum esse Deū, conditorem cæli & terræ, sapientem, immensa potentia, iustum, veracem, misericordem, liberrimum, qui te ex Aegypto tot ac tantis miraculis eduxit, & nunc tibi Legem inter tonitrua & fulgura proponit. Quamobrem de Deo cogitans, non indulgeas otiosis & vagabundis speculationibus, sed reuoca mentem ad hæc illustria testimonia miraculorum, quæ exhibita sunt in exitu ex Aegypto, vt assensio de Deo & de tota Ecclesiæ doctrina in nobis confirmetur.

Vt iuniores totam rem rectè accipiant, vt ar similitudine puerili. Si tu ignoras, qualis vir fuerit pictor excellens in vrbe Norimberga, non tantum mentione

proprij nominis, videlicet Alberti Dureri, te ad huius viri cognitionem deduco, sed etiam propono tibi aliquot tabulas pictas ab hoc summo artifice, in quibus sic imagines rerū depictæ sunt, vt pauca videantur differre à natura rei, vel re ipsa. Est enim hæc summa laus pictoris, non ludere varietate colorum, sed exprimere lineamenta, proportionem, denique figuram rei. Ita Deus in primo præcepto non tantum sese nominat, non tantum exprimit suum nomen Iehoua, nec tantum tradit verbum, quod auribus percipitur, quod sonat in auribus: sed etiam addit testimonia incurrentia in oculis, velut tabulas à se depictas, ex quibus ratiocinari & potes & debes, quod quis sit & qualis sit Deus, vbi & quando se patefecerit. Quoties igitur de vero Deo cogitas, sis animo & cogitatione conuersus ad educationem populi ex Aegypto, & ad mirandam gubernationem & defensionem eiusdem populi in deserto, quæ durauit non anno vno, sed annis 40. vsque ad occupationem terræ Canaan. Non tantum Lex est promulgata dies 50. post exitum ex Aegypto inter horrentia tonitrua & fulgura, sed etiam data sunt populo carnes, datum manna de cælo, non vnum diem, sed totos annos 40, petra percussa baculo Moysi effudit larga flumina aquarum. Denique tot & tanta miracula complectitur historia recitata in Exodo, Leuitico & Numeris, vt dies recitationem ista miracula deficiat. Quare his paucis iam sumus contenti, & ex his æstimemus auctorem, iuxta regulam,

Opus commendat artificem: & Res effecta liquidò ostendit suam causam.

Tertiò consideretur dulcissima consolatio inclusa pronomini tuo, quasi dicat, Ego sum conseruator Ecclesiæ, quæ vocem Decalogi & Euangelij audit & amplectitur, & opitulator liberrimus, etiamsi causæ secundæ eam vel destituant vel oppugnent.

Loquimur iam de speciali actione Dei.

non alligatus causis secundis, non Stoicus Deus.

Sumite exempla ex Actis Apostolorum, Petrus coniectus est in carcerem ab Herode, vt scribitur Act. 12. Nec verò inclusus est carcerantè Herodes interfecerat Iacobum Apostolum, filium Zebedæi. Quid igitur sit? Ecclesia precatur pro liberatione Petri. Hanc precationem ira exaudit Deus, vt in media nocte angelus Dei aperiat oerata firmissima. Vides igitur in hoc exemplo, qualis sit opitulator Deus. Si esset Stoicus Deus, non potuisset ex carcere educere Petrum, sed est talis Deus, qui habet clauas, quibus potest aperire carcerem, etiamsi omnes desperent de salute captiui. Simile exemplum legitur de Paulo Act. 16. historia est nota, ideo non volo eam recitare.

Ego hunc cœtum custodem verbi à me traditi, verè & ardentè diligo, curo, respicio, exaudio, rego ac defendo, & huic mea bona in omni eternitate communi-

co. Hanc esse vim pronominis, conciones psalmorum & Prophetarum ostendunt, quæ magna ex parte nihil aliud sunt, quam enarrationes primi præcepti, vt psal. 18. luculenta paraphrasis primi præcepti extat, Domine, fortitudo mea, refugium meum, praesidium meum, liberator meus, scutum meum, cornu salutis meæ.

Pronomina in Scriptura non sunt otiosa, sed monent nos de applicatione.

psalmi sunt paraphrases primi præcepti. i. doctrina de fide, de spe, de inuocatione, de gratiarum actione.

Græci nominat ἀμυντήριον illud genus armorum, quo nos

defendimus aduersus hostem, ita cerui & boues sunt armati cornibus contra hostes.

### De virtutibus primi præcepti.

Diligenter discenda est sapientia, quæ traditur in primo præcepto Decalogi, cum ob alias causas, tum ob hanc vel maximè, quia conciones Prophetarum & psalmorum magna ex parte continentur in huius præcepti enarratione & illustratione. Sciunt enim omnes, qui vel obiter tantum aspexerunt Prophetica scripta, plerimas conciones esse grauissimas accusationes non solam idolatriæ sed etiam impiæ fiduciæ humanorum prætidiorum, impatienciæ superbiæ & reliquorum peccatorum, quæ aduersa fronte repugnant primo præcepto. Si igitur nulla alia esset causa diligenter cognoscendi primum præceptum, tamen propter lectionem Prophetarum & mandata & magnificanda erat enarratio huius præcepti. Versamur autem adhuc in affirmatiua sententia, Ego sum Dominus Deus tuus &c. & hactenus quidem pondera verborum ad libram appetimus, & monstrauimus quantum in vnoquoque sit momenti. Nunc breuiter recitabimus virtutes seu opera primi præcepti, & postea addemus antithesin, id est, negatiuam sententiam, in qua recitabuntur gradus præcipui peccatorum pugnantium cum primo præcepto. Ideo autem ero breuior in hac enarratione, quia recens est memoria doctrinæ de virtutibus traditæ in Ethicis, inde quivolet, reliqua assumat. Quanquam enim bonarum rerum nulla debet esse satietas: tamen modum quandam esse oportet harum repetitionum.

Septem sunt maximè insignes & conspicuæ virtutes primi præcepti: vera notitia Dei, fides, dilectio, spes, timor Dei, humilitas, patientia. Hæc enumeratio rectissimè sumitur ex verbis. Ego sum Dominus Deus tuus. necesse est enim, notitiam manifestantem quis sit verus Deus, omnibus affectibus voluntatis & cordis præluere, quia ignoti nulla cupido. Nisi enim verus Deus agnoscat, quomodo timeri aut diligipotest? Hanc veram notitiam comitantur affectus in voluntate & corde.

Solemus: Affectus est motus voluntatis seu cordis sequens cognitionem.

Non sunt hæc tantum philosophica, sed etiam Theologica. Quando in philosophia describimus affectum, his verbis utimur.

bonem. Cur in hac definitione fit mentio cognitionis? Quia notitia monstrans obiectum, est causa sine qua non affectuum. Veræ causæ affectuum sunt duæ, ipsum cor, & obiectum siue bonum siue malum. Causa sine qua non est notitia monstrans obiectum. Potest notitia huius rei declaratio ab oculo vel à visione. Duæ sunt causæ visionis per se & veræ: prima est oculus, vt crassissimè dicam, altera est obiectum, lux vel color, causa sine qua non, est medium lumine aliquo illustratum. Nam in tenebris nihil cernimus: ita res etiam se habet de affectibus. Affectus oriuntur à corde & ab obiectis, tantum à causis veris, seu causis per se: sed ad has veras causas oportet accedere causam sine qua non, scilicet notitiam monstrantem obiectum. Ideo prima virtus huius præcepti, Ego sum Dominus Deus tuus &c. est vera notitia Dei, monstrans quis sit verus Deus, ubi & quando se patefecerit, & quomodo velit discerni ab omnibus idolis. Hanc notitiam veram comitatur in voluntate & corde motus seu affectus, vt timor, fides, spes, dilectio, humilitas, patientia. Quod autem hæc non tantum dicantur more philosophico, sed habent etiam fundamentum in sacris literis, vno psalmo proposito iunioribus demonstrabo. Legant iuniores & ad verbum ediscant psalmum 33. Exultate in Domino &c. In eo psalmo primum describitur verus Deus, Verbo Domini cali facti sunt, & Spiritu oris eius omnes exercitus eorum. Adduntur etiam aliæ quædam descriptiones multarum proprietatum Dei essentialium, quæ lucent in ipsius operibus. Tandem verò subiicitur concio de timore Dei, id est, de affectu comitante agnitionem & contemplationem tantæ maiestatis. Timeat eum omnis terra, metuant ab eo omnes inhabitantes orbis &c. Vtitur igitur psalmus hac ipsa methodo, vt primum describat de notitia Dei, postea hortetur nos ad concipiendum timorem Dei. Idem fit in multis aliis psalmis.

Quia enim initio proponitur dulcis & grata consolatio, non obscurum est postulari fidem, quæ & hanc cōsolationem amplectitur, & omnibus partibus doctrinæ à Deo traditæ assentitur. Fides autem gignit timorem, statuens comminationes Legis esse veras. Eadem fides apprehendens misericordiam Dei propter Mediatorem promissam, parit dilectionem. Vt autem fidei cognata est spes: sic timori vicina virtutes sunt humilitas & patientia. Harum septem virtutum descriptiones assumantur ex doctrina de virtutibus in Ethicis tradita.

Dicat aliquis, Tu mihi videris confundere Legem & Euangelium. Quare tu dicis fidem esse virtutem primi præcepti? Annonides oritur ex Euangelio? Nihil opus est talibus cauillationibus, quia Christus est finis Legis, teste Paulo Rom. 10. & Lex, vt idem ait cap. 3. stabilitur per fidem, hoc est, Lex nec intelligi, nec enarrari, nec præstari, ac ne quidem inchoari potest sine Christo, seu sine Euangelio. Quare non confundimus ineptè & ineruditè duo genera doctrinarum: sed suum cuique locum tribuimus, ita tamen ne fingamus separationem, & distractionem seu diuisionem harum doctrinarum. Tradunt inter se mutuas operas Lex & Euangelium, vt enim Lex est pædagogia ad Christum, teste Paulo, ita vicissim Euangelium est interpretes Legis. Proponimus igitur definitiones virtutum Decalogi, iuxta enarrationem siue interpretationem Legis, quæ sumenda est ex Euangelio. Et huius rei habemus auctores & testes locupletissimos, qui eodem modo enarrarunt Decalogum. Sic cum obicitur hoc argumentum Marth. cap. 19. Si vis ingredi in vitam, serua mandata, mox responderetur, Serua mandata, scilicet iuxta declarationem & *ἐπιπέρας* Euangelij. Si valet in tali argumento diluendo & soluendo hæc additio, cur non magis valeat in enarratione primi præcepti? Hæc dico ad refutandos cauillatores, qui nimio studio argutarum corrumpunt res rectè traditas. Crede mihi, sapere est, non nimium sapere. Et quisquis plus iusto non sapit, ille sapit.

## Negatiua sententia, seu antithesis.

### *Non habebis Deos alienos.*

Et si species peccatorum pugnantium cum primo præcepto non magis numero comprehendi possunt, quàm arena maris, etiam inscrutabile, Ieremiæ 17: tamen docendi causa sex gradus maximè insignium & horribilium peccatorum recitabo, quorum consideratio mentes de aliis vicinis malis commonefacere potest.

bus, diuisionibus aut partitionibus. Est quidam inter medicos veteres

Si qui volūt docere alios cum fructu siue in schola, siue in templo, hi non debent auditores ornerare nimis exilibus & confectis ac scrupulosis enumerationibus

teret, interpres Auicennæ, quem vocarunt medici per iocum, Iacobum de partibus. Is etsi sit doctus philosophus & medicus, & doceat multa vilia in suis scriptis: tamen offendit lectorem nimis crebris partitionibus, subdiuisionibus & collectionibus partium. Ego seruauit melaudini quædam concionantem, qui proponebat octo locos quatuor Evangelij: & postea singulos locos distribuebat in tres aut semper principales aut minus principales membra concionis. Hæc rursum dico, vt iuniores discant etiam in bonis rebus modum quædam seruandum esse. Quorsum pertineret, si viginti aut triginta gradus præceptorum contra primum præceptum constituerem, cum non possit aliter fieri, quam vt obruatur memoria discientium ista multitudinem? Ergo constituam sex tantum gradus docendi causa: ad hos sex gradus (nam pauciores non possunt commodè constitui) referat vnusquisque alios vicinos & cognatos.

Primus gradus est Epicureus furor contemnens Deum, & Academicam dubitatio de Deo. Nam alij homines horribili securitate contemnunt Deum, vt Cyclopes & Centauri: alij sunt pleni Academicarum dubitationum, vt Pompeius, Brutus, Cato.

Vnde dicitur Cyclops? à κύκλος, id est circulus, & ὀπίω, video. Quia enim fingunt poëtæ, Cyclopem habere tantum vnicum oculum, seu vnicum orbem

in media fronte, ideo impositum est ei nomen Cyclops. Sed fabula habet hanc originem. In galea est foramen angustum, per quod equi vni pedes solent prospicere, & hostem cernere, inde est nata fabula. Vnde dicitur Centaurus? à κέντρον, id est, pungo, & ταῦρος, tauros, qui pungit boues, qui abigit pecora. Talia quæ pertinent ad eorum, quibus vile est tradi eiusmodi commonefactiones Grammaticas.

Secundus gradus est idololatria, eaque non vnusmodi & simplex, sed varia & multiplex.

Hęc discant iuniores rectè intelligere, propter lectionem Prophetarum. idololatria est similis hydræ, cuius multa sunt capita.

Possunt tamen præcipue species quatuor discerni.

Autem fingitur aliquid esse Deus, quod non est Deus, aut

Deus alligatur ad aliquam rem, cui se non alligauit suo verbo, aut tribuitur creaturæ honos soli Deo competens, aut excogitantur opiniones de Deo & cultus sine verbo Dei.

Alia idolatria est crassa & manifesta, quæ etiam à ratione potest vtunque iudicari, sed aliæ sunt species subtiliores, & tamè

populares admodum & plausibiles, quæ blandiuntur humane persuasioni, & putantur esse præcipui cultus Dei. Sed eamus ordine per singulas species: prima est crassissima, quæ fingit, aliquid esse Deum, quod non est Deus, vt, si quis fingat, statuam lapideam vel ligneam esse quoddam numen, & habere vim exaudiendi preces & optulandi. Sed hæc species etiam à ratione potest iudicari, sicut Socrates & alij philosophi damnarunt multitudinem Deorum, & propter eam condemnationem supplicio affecti sunt. Vt Socrates est mortuus, multatus propter reprehensionem multitudinis Deorum. Secunda species est, alligare Deum ad aliquam rem, cui se non alligauit suo verbo, vt cum in Papatu circumfertur panis hoc titulo, quod dicitur corpus Domini. Certè ad panem non alligauit Christus suam presentiam, sed in vsu istius panis congruente ad institutionem Cænz, promisit se presentem fore ad salutarem *ueneriam* cum homine. Tertia species est, tribuere honorem creaturæ, qui soli Creatori debetur. Ad hanc tertiam speciem pertinet inuocatio mortuorum. Sunt quidem honore affiendi Maria, Apostoli, martyres, sed nequaquam sunt inuocandi, quia scriptum est, Dominum Deum tuum adorabis, & ei soli seruias. Item, Inuoca me in die tribulationis &c. Nequaquam vult Deus, hunc honorem transferri ad creaturas, vt ad angelos, homines viuos aut mortuos, aut quascunque creaturas. Quartus gradus est omnium subtilissimus, qui vocatur à Græcis *ἔθειλοσοφία*, item *ἔθειλοθησκεία* *ἔθειλοσοφία* est opinio de Deo excogitata sine verbo ipsius, vt sunt philosophorum disputationes de Deo, de prouidentia, quæ discedunt à rei veritate, vt Stoica imaginatio de Deo, de fatali necessitate, quæ non solum in creaturis rationalibus, sed etiam in Deo ipso tollit omnem libertatem seu contingentiam. *ἔθειλοθησκεία*, quo verbo Paulus vtitur Coloss. 2. significat cultus humana audacia sine verbo, imò contra verbum excogitatos. Hoc modo peccauit Ieroboam, qui cum vellet in officio retinere decem tribus auulsas à posteritate Salomonis, collocauit vitulos aureos in Dan & Bethel, postea creuit idolatria excogitato cultu Baal,

Idol, & aliis idolis inuentis, quæ recensentur à D. Stephano martyre in capite 7. Actor. Ad hunc quartum gradum pertinet vitulorum aureus, quem fabricauit Aaron in deserto, Exod. 32. Talius idolum plenus est Papatu, sed præcipuum idolum est Missa venalis. Non dicit Christus instituens Cœnam, Sacrificate meum corpus & meam sanguinem pro viuuis & mortuis ad redimendas animas ex purgatorio, sed dicit, Hoc facite in mei recordationẽ. Videtis quàm late pateant hæc quatuor species. Sed quartum gradum præcipuè taxant Prophetæ in suis concionibus, Oseas nominat adulterium.

Ad hunc gradum referatur superstitione, quæ tribuit cuicumque rei aliquam vim sine ordinatione diuina, & sine causis naturalibus: vt cum aliqui morbis medicari conantur, suspensis de collo certis figuris.

Possumus refutare hanc superstitionem ex Dialectica: Quantitates non sunt efficaces. Figure sunt quantitates, Ergo non sunt efficaces. Superstitio Græcè *Dei-*

*superstio*, est falsa opinio tribuens alicui rei vim, quam non habet, neque ex causis naturalibus, neque ex diuina aliqua ordinatione. Quæro an baptismus sit superstitio? Non. Tamen non potest mundare cor naturalibus causis seu vi causarum secundarum: certe aqua non habet vim abluendi peccatum? Respõdeo: Ideo non est superstitio seu superstitione, quia habet ordinatione diuinam, mandatum expressum, Ite, baptisate omnes gentes. Augustinus inquit in Ioh. Quomodo aqua tangens corpus, potest mundare cor, nisi faciente verbo, non quia dicitur, sed quia creditur.

Tertius gradus est hæresis, id est, pertinax asseueratio alicuius dogmatis, pugnantis cum fundamento, seu cum perspicuis præceptis moralibus aut articulis fidei.

Expendantur pondera verborum in hac definitione, quia nullum verbum est otiosè positum. Non omnis error est hæresis, sed quando ad errorem de doctrina cælesti accedit pertinacia, & pugnat cum docilitate. Tantisper donec homo est docilis, & cedit recta monentibus, & patitur se conuinci argumentis, nequam est appellandus hæreticus, quia humanum est errare, inquit Hieronymus, sed perseuerare in errore est diabolicum. Deinde hæresis est ille tantum error, qui pugnat cum fundamento, id est, vel

cum Decalogo, vel cum tribus Symbolis. Error in philosophia, ut de iride, halone, non est hæresis, sed habet suam reprehensionem suo loco, error verò, qui propriè vocatur hæresis in Ecclesia, pugnat cum fundamento, hoc est, vel cum Decalogo, vel cum Symbolo, seu cum articulis fidei. Hac definitione considerata, non est difficile iudicare, quæ opiniones sint hæreticæ. Non statim est aliquis hæreticus, cum appellatur ab invidis, maledicis, calumniatoribus hoc nomine. Alioqui etiam Christum oportuisset esse hæreticum, quem contumeliosè Iudæi proclamant Samaritanum, & qui habeat demonium. Sic Apostoli in Actis vocantur impostores, seductores.

Quartus appellatur Magia, quæ est artificium à Diabolo traditum, quo dæmones moniti aut euocati à confederatis suis, præstant quæ requirunt, quatenus vel condixerunt operam confederatis, vel placet stare promissis, vel Deum permissurum præcedent. Nullam autem vult Deus pactiōnem & societatem nobis cum suis hostibus Diabolis esse, nec vult, nos ab ipsis opem petere.

Visitata est in his Ecclesiæ ceremonia, qua in baptismo compatiuntur nomine infantum renuntiant Diabolo & omnibus operibus eius. Hæc ceremonia est

commonefactio de vitandis omnibus fœderibus, & de omni societate cum Diabolo & eius membris fugienda. Nam in prima promissione expressè dictum est: Inimicitias ponam inter serpētem & mulierem &c. Quod interpretatur Iohannes: Filius Dei venit ut destruat opera Diaboli. Non vult igitur Deus nos colludere cum Diabolo. Magia est vocabulum Persicum, & fortasse sumptum ex Hebræo Haga, meditatus est. Sed vndeunque est appellatio, Persæ plurimum vsi sunt hoc vocabulo, & fuit apud Persas honesta rei appellatio, videlicet doctrinæ de Deo & de rebus diuinis. Huius significationis testis est Plato in Dialogo, qui inscribitur Alcibiades, ubi dicit, Persicum regem omnium primùm imbutum fuisse Magia, quam interpretatur religionem. Postea mutata est significatio huius vocabuli, & nunc significat fœdus & collusionem cum Diabolo. Nam vocabula valent vsu, sicut nummi, Sophista olim significabat sapientem, nunc est appellatio odiosi & molesti rixatoris.

Quintus gradus est hypocrisis seu simulatio pietatis sine timore Dei

Dei & sine fide. Vt autem hypocritæ in rebus secundis tumidi & inflati sunt: sicut aduersis timidi & impatientes. Pertinent igitur ad hunc gradum securitas, superbia, fiducia & admiratio sibi, impotentia & desperatio, quæ sunt vitia propriè opposita timori Dei & fiduciæ auxiliij diuini.

Fieri potest vt in externa disciplina neque sis Epicureus, neque idololatra, neque hæreticus, neque magus, sed nemo nostrum est, qui non habeat aliquam particulam huius quinti gradus,

qui nominatur hypocrisis, id est, simulatio pietatis, sine vero timore & sine vera fide. Quis enim nostrum adeo est ἀναμάρτητος, vt non interdum securè viuat & indulgeat suis cupiditatibus? quis nostrum non est aliqua in re suffenus, id est, sibi placens? quis nostrum tantum habet fidei erga Deum, vt non interdum quærat anxie & sollicitè humana præsidia, humanas defensiones, opes & reliquas coactè lenire & mitigare? Quare hunc quintum gradum omnes nos & singuli sine exceptione sæpe consideremus. Quod si faciemus, profectò deplorabimus peccata, quæ in nobis hærent, vsque ad mortem, pugnantia partim cum vero timore, partim cum vera fide, semper etiam orabimus cum Apostolis: Domine auge nobis fidem. Sed præter infirmos, semper in ipso cœtu Ecclesiæ magna est multitudo aliorum hypocritarum, non loquor iam de reliquijs peccati, de quibus iam dixi, sed de illa hypocrisis, qualis fuit in Nabal marito Abigail. Is enim volebat membrum videri populi Dei & ciuis Ecclesiæ, & tamen erat auarus hypocrita, pluris faciens suas opes, quàm Deum & Ecclesiam. Vnusquisque igitur contempletur se in hoc speculo, & emendet ac corrigat suas labe & maculas.

Sextus gradus est neglectio Euangelij, quæ etiam est multiplex. Nam alij contemnunt, aut etiam oderunt doctrinam Euangelij: alij pluris faciunt opes & voluptates, quàm doctrinam à Christo traditam. Hanc varietatem pingunt parabolæ de semine & de Cœna magna, Lucæ 8. & 14.

Quotannis repetuntur hæ duæ parabolæ in Ecclesia: prior de semine, altera de Cœna magna, Exiit, inquit Christus, quidam facturus sementem, aliud autem semen cecidit super viam

tritiam, aliud super petram, & aliud inter spinas. Et hanc parabolam

sic enarrat Christus, vt dicat, quosdam nunquam admittere in-  
 anum doctrinam Euangelij: alios verò dicit initio quidem am-  
 plecti Euangelium & amare, sed ab eo rursus deficere, quando noui  
 procellæ Ecclesiam obruunt, quando Tyranni minantur ignem,  
 flammæ, ferrum confessoribus Euangelij. Credunt verò quod cadit  
 quit, sed deficiunt tempore tentationis. Semen verò quod cadit  
 inter spinas, significat eos, qui non sunt hostes blasphemij, sed tamen  
 inter suas opes & voluptates non possunt asferre fructus dignos pe-  
 nitentia. Altera parabola de Cœna magna, est notior, quàm vt pro-  
 lixius videatur repetenda esse.

Quomodo autem huius præcepti opera in hac imbecillitate  
 naturæ fieri possint, & Deo placeât, Paulus Rom 3. docet, in quibus  
 Lex stabilitur per fidem. Quia enim fide agnoscimus Mediato-  
 rem, & propter eum accipimus remissionem peccatorum & re-  
 conciliationem, sumus iusti & accepti Deo propter obedientiam  
 Filij, quâquam adhuc procul absumus à perfectione Legis. Dein-  
 de cum hac consolatione erigi-  
 mur, effunditur in corda nostra  
 Spiritus sanctus, & lætitiâ ac-  
 quiescentem in Deo, dilectio-  
 nem Dei, & alias virtutes accê-  
 dit. Porro de promissionibus &  
 comminationibus additis pri-  
 mo præcepto, infra in capite se-  
 ptimo dicitur.

Ita absoluius breuiter pri-  
 mum præceptum, iuxta metho-  
 dum quam supra instituius. In  
 quolibet præcepto enarrando,  
 quinque sunt consideranda. Pri-  
 mò, quæ opera flagitentur, secun-  
 dò, quæ peccata prohibeantur,  
 tertio, quomodo bona opera cu-  
 iusque præcepti & fieri possint,

& Deo placeant: quartò, quæ promissiones sint additæ singulis præ-  
 ceptis: quintò, quæ sint comminationes additæ. Diximus autem se-  
 ptem esse præcipuas virtutes primi præcepti, videlicet veram agni-  
 tionem, timorem, fidem, spem, dilectionem, humilitatem, patientiam.  
 Harum septem virtutum descriptiones traditæ sunt in sequenti-  
 cis. Quod ad secundam quæstionem attinet, constituius sex gra-  
 ves peccatorum pugnantium cum primo præcepto. Etsi enim plu-  
 res numerari possent, tamen omnes possunt reduci ad hos sex.  
 Quod ad tertiam quæstionem attinet, quomodo possint fieri bo-  
 na opera in tanta imbecillitate naturæ, & quomodo placeant, re-  
 spondet Paulus breui aphorismo, Legem non abolemus, sed stabili-  
 mus per fidem. quomodo? primò, imputatione: secundò, inchoa-  
 tione.

one: tertiò, cõsummatione. Quomodo imputatione? Quia in Chri-  
 habemus consummati, Coloss. 2. id est, per Christũ & propter eum  
 ita placemus Deo, ac si ex omni parte essemus iusti, sancti & innocen-  
 tes, secundò inchoatione: quia semper cum reconciliatione coniun-  
 ctus est donatio Spiritus sancti, qui non est otiosus sed efficax, accen-  
 sum nouam lucem, iustitiam, fidem. Postremò, stabilitur Lex con-  
 summatione, quia hoc, quod Lex postulat, inchoatur in hac vita, cõ-  
 summabitur in altera, videlicet ardẽs dilectio Dei & proximi. De  
 quarta & quinta quæstione, videlicet de promissionibus & commi-  
 nationibus primo præcepto additis, infrà dicetur peculiari titulo.

## De secundo præcepto.

*Non usurpabis nomen Domini  
 Deitui vanè.*

SICVT primum præceptum regit cor, ita secundum gu-  
 bernat linguam, quam voluit Deus esse mentis & cogitationum  
 & vt sermo vinculum esset con-  
 sociationis hominum. Sunt i-  
 gnur veri vsus sermonis & Deo  
 plasantes, vera inuocatio Dei,  
 gratiarum actio, confessio, ve-  
 ra doctrinæ propagatio.

Apud Salomonem in Prouer-  
 biis cap. 10. extat dulcissimum  
 dictum de vsu & effectu sermo-  
 nis. Fons, inquit, vitæ est os iusti.  
 Est aphorismus cõstans quatuor  
 verbis. Quare ornat Salomon ta

si epitheto linguam veracem & modestam? primum, quia mortalis  
 hæc vita magna ex parte regitur sermone, doctrina & consilio, vt  
 Virgilius inquit 1. AENEID. Ille regit dictis animos & pectora mul-  
 cet. Profectò homines magis retinentur in officio oratione vera &  
 modesta, quàm suppliciorum metu, & aliis rebus quæ sunt terribi-  
 liores. Certè in curia, in aula, imò in ipsa œconomia res maxima ge-  
 ritur & conficiuntur sermone & oratione. Deinde vita æterna,  
 quæ sola est vita nominanda, inchoatur in cordibus voce & sermo-  
 ne, id est, oratione ministerij Euāgelici, teste Paulo, Fides ex auditu,

auditus per verbum. Quomodo credent, si non audiant: quomodo audient, si nemo prædicat? Verè igitur dixit Salomon, linguam iusti esse fontem vitæ, scilicet mortalis & æternæ. Loquimur autem de lingua veraci & modesta: econtrà de mala lingua, quæ abutitur sermone, verissimè dixit poëta Iuuenalis, Lingua mali pars pessima ferui, id est, Nullum est telum nocentius, si ad nocendum confertur, quàm lingua. De qua sententia non dicam hoc tempore plura, quia extat oratio copiosa & splendida Erasmi de lingua, quam debent studiosi propter copiam & multas bonas sententias sæpe legere. Nunc in summa meminerint hoc adolescentes: Quod sicut lingua bona est fons vitæ, sic mala lingua est fons mortis.

Etsi enim inuocatio & gratiarum actio fieri possunt cogitatione mentis: tamen Deus etiam expressam vocem postulat, tanquàm confessionem, qua Ecclesia priuatim & publicè sese ab idolis se iungit, ac se quisque erudit & commonefacit de vero Deo & de vero cultu. De hac recitatione exemplum Christi nos admonet, ut ait Augustinus tract. 104. in Iohan. Poterat Dominus noster orare silentio, sed ita se Patri exhibere voluit precatorem, vt meminisset se nostrum esse doctorem.

colamus. Deinde hæc ipsa recitatio est utilis cõmonefactio de multis rebus, quia in vera orationis Dominicæ recitatione necesse est cogitare, quid significet nomen Dei, quid regnum Dei, quid voluntas Dei, quantum bonum sit remissio peccatorum, & panis quotidianus &c. Tertio vult Deus nos expressè recitare verba nostræ precationis, vt hanc Gorgonem obiciamus Diabolo, qui nullare magis expauescit, quàm audita vera inuocatione.

### Antithesis.

Dixi de veris vsibus, qui hoc mandato præcipiuntur: nunc cõsiderentur abusus pugnâtes cum inuocatione, cum gratiarum actione, cum puritate doctrinæ, & cum confessione. Sunt autè abusus nominis diuini omnes

Elegans est metaphora Matth. 15. Ex thesauro cordis profertur sermo.

Sermo, quibus peccata contra primum praeceptum abditè latentia, in lucem proferuntur. *Cur vocat Christus cor thesaurum? Quia sicut diues aliquis ex magno thesauro profert varia & diuersa nummata vetera & recentia, item alia κερμήλια: ita si cor est bona, profert ex thesauro cordis bona, si est malum, profert abditè latentia mala.*

Verbi causa Epicurei, Stoici & Academici furores, omnes falsæ inuocationes, omnes corruptelæ veræ doctrinæ, magicæ inuocationes, omnia periuria, omnes blasphemias, omnia scandala, quibus præbetur occasio aliis maledicendi Euangelio, ingratitude aduersus Deum, abiectio veritatis in confessione, iniustum silentium.

Recitavi breuem antithesin, cuius explicatio longum volumen desiderat, sed his generibus consideratis, multa affinia inde iudicari possunt.

### De tertio præcepto.

**VERSAMVR** adhuc in explicatione primæ tabulæ Decalogi, quæ continet tria præcepta, quorum primum gubernat cor, alterum regit & moderatur linguam, tertium collocat hominem in congregatione Ecclesiæ, quia homo non est conditus ad latebras, quales querunt & amant Monachi, sed Deus vult hominem aspici in claris & in oculis Ecclesiæ. Quare sicut primi & secundi præcepti vsus est priuatus: ita huius tertij præcepti vsus est publicus. Sicut enim Antiochenses in primo politicorum multis verbis disputat de hac sententia, quod homo sit conditus ad ciuilem societatem: ita nos versantes in prima tabula Decalogi, sæpe repetimus hanc commotionem, hominem non tantum debere priuatim piuum esse & religiosum, sed etiam publicè, id est, in publica congregatione Ecclesiæ debere inuocationem, gratiarum actionem, & studium verbi dei exercere. Hæc ideo dico, vt iuuentus intelligat ordinem præceptorum primæ tabulæ, & cogitet quo consilio tria præcepta in primæ tabulæ disposita & dispensata sunt.

Ante narrationem huius præcepti auditor admonendus est

de vario vsu vocabuli sanctificationis, & de diuersis sabbathi speciebus, quarum fit mentio in sacris literis. Ac primum quidem sanctificatio vsurpatur pro iis actionibus, in quibus se Deus Ecclesie communicat, & quæ vicissim ornant gloriam Dei, vt cum dicimus, Sanctificetur nomen tuum. Secundò, significatur probationem seu concessionem diuinam, vt 1. Cor. 7. Sanctificatur vir infidelis per mulierem fidelem, id est, concessum & diuinitus approbatum est coniugium, in quo maritus & vxor habet dissimiles sententias de Deo, si modò persona impia non abiiciat alteram. Et 1. Timoth. 4. Sanctificatur cibus per verbum Dei, & per precationem, id est, Cùm in vsu cibi aut aliarum rerum corporaliū hæc quatuor concurrunt, videlicet congruentia operis cum verbo Dei, fides, gratiarum actio & petitio auxiliij, vsus ille fit sanctus, id est, opus à Deo approbatum, & Deo placens in credente. Tertio, castitatem significat, vt 1. ad Thessal. 4. Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra, vt abstinatis à scortatione, & possideat quisque vas suum in sanctificatione & honore. Et Hebr. 12. Sectamini sanctificationem, sine qua nemo Deum videbit.

Tertium præceptum resoluendum est per *ἀγάπην* in suas partes & membra. Sunt autem duæ partes huius præcepti. Prior loquitur de sanctificatione, altera de Sabbatho. Sic enim verba dicunt, Memento vt diem Sabbathi sanctifices. Ergo ante omnia dicendum est de vocabulo sanctificationis, ne aliquid obscuritatis aut erroris relinquatur in sermone: sumus enim Grammatici in Ecclesia, non gignimus noua dogmata, vt Hesiodus in Theogonia fingit, nouos Deos. Est autem triplex huius vocabuli vsus: primò sanctificatio dicitur de iis actionibus, in quibus Deus se nobis communicat, & quæ vicissim ornant gloriam Dei. Hac significatione ante Dominus noster apud Iohannem 17. in ardentissima precatione ante te agonem recitata, Pater, inquit, sanctifica eos in veritate, sermo tuus est veritas, id est, Communica te, tuam sapientiam, iustitiam & vitam Ecclesie, quæ verbum tuum & eius veram atque natiuam sententiam amplectitur & retinet sine idolis & sine blasphemis, & da, vt Ecclesia te vicissim agnoscat & celebret, nō solum in hac mortalī & fugacissima vita, sed in omni æternitate. Idem dicitur in precatione Dominica, Sanctificetur nomen tuum, id est, Communica te nobis & tua dona, & perfice, vt nos te vicissim agnoscamus & celebremus.

lebremus. Secunda significatio hæc est, Sanctificatio sæpe significat approbationem seu concessionem diuinam, vt 1. Cor. 7. agitur à Paulo questio, an coniugia sint distrahenda, seu an sint facienda diuortia propter dissimiles opiniones de religione rebusque diuinis, sicut hoc tempore sæpe in coniugio versantur maritus Lutheranus & mulier Papistica, aut mulier Lutherana & maritus Papisticus. De hac quaestione respondet Paulus vt doctor sapiens & *συμβουλεύτης*, id est, amans consilia quæ ad concordiam spectant, non ad distractionem. Sanctificatur vir infidelis per mulierem fidelem, & vicissim sanctificatur mulier infidelis per virum fidelem: quasi dicat, Talis coniunctio, talis societas coniugalis non displicet Deo, nec propter diuersas opiniones de religione facienda sunt diuortia, nisi impia & idolatrica persona abiiciat & deserat alteram. Eadem significatione vtitur Paulus 1. ad Timoth. 4. Sanctificatur cibus per verbum & precationem. Hæc sententia memoria repetenda est, quoties prandemus aut cenamus. Non enim Ethnico more accedendum est ad mensam, sed more Christiano. Sanctificatur cibus, id est, vsus cibi & omnium rerum corporalium fit concessus per verbum & precationem, id est, si congruat opus cum verbo, & exerceatur in vsu cibi vel aliarum rerum corporalium fides, gratiarum actio, precatio. Tertiò, idem vocabulum vsurpatur pro castitate, vt in dulcissimo dicto Pauli ad Timoth. 2. Mulier saluabitur per filiorum generationem, si tamen permanserit in fide, dilectione & sanctificatione, id est, castitate. Et 1. Theff. 4. Hæc est voluntas Dei, non est adiaphoron, sanctificatio vestra, id est, puritas mentis & corporis, seu vt vna voce dicam, castitas, vt abstinere à fornicatione, & retineat vnusquisque vas suum, id est, suum corpus, quod est hospitium & receptaculum animæ in sanctificatione & honore. Quare dicit in honore? Quia corpus nulla re magis deformatur & dedecoratur, & quasi concacatur, quàm libidinibus vagis aut incestis. Si igitur nulla alia esset causa vitandi libidines, tamen hæc satis magna & iusta esset, quòd corpus deformatur, dedecoratur, polluitur libidinibus, & in summa, fit cloaca Diaboli. In hanc sententiam loquitur Paulus 1. Cor. 6. vbi seuerissimè prohibet vagas libidines: Libidinosus, inquit, peccat in proprium corpus: est autem maius peccatum, proprium corpus deformare & violare, quàm alienum, Hebr. 12. Sectamini sanctificationem, quia nemo sine sanctificatione Deum videbit. Deum nõ videre, est esse cæcum, amentè, præcipitem, furiosum, & instar canis

immundi & rabiosi ruere ex aliis sceleribus in alia, & precipitari subinde in nouas & tragicas calamitates, quæ sunt initia mortis æternæ. Quia propria pœna libidinis est cæcitas, furor & amentia. Hæc uenam sæpe confideraret iuuentus, cui Diabolus maximè infidiat hoc genere peccati.

Sunt autem quinque species sabbathi, de quibus sacræ literæ concionantur. Prima est sabbathum creationis, de quo expressè in Mosè dicitur [Genes. 2.] Postquàm homo cõditus est, Deus cessauit alias res cõdere & creare, uidelicet alios nouos mundos, aut nouas elementorum & animantium species, sed cõdito homine quieuit Deus, quia uult in homine acquiescere, & eo delectari, & ei in tota æternitate communicare sese, suam sapientiã, iustitiam & lætitiã.

Sic argumentor contra primam speciem sabbathi: Deus est merus actus, ut veteres loquuntur, mera *εντελέχεια*, iuxta dictum Iohannis 5. Pater meus uelut que modò operatur, & ego operor, id est, Deus nunquam cessat, nunquam quiescit, semper aliquid agit, semper aliqua opera molitur. Ergo non rectè tribuitur Deo sabbathum creationis, id est, quies. Sunt enim hæc pugnantiã, agere & quiescere. Respondet, & Deus est merus actus, quo ad cõseruationem & gubernationem, & sustentationem suorum operum, à quibus non discessit, nec discedet: in ipso sumus, uiuimus & mouemur, Act. 17. Sed Deus dicitur quiescere, ist est, cessare ab opere creationis, quia post conditum hominem nullam nouam speciem creauit, sed opera prius condita cõseruat & moderatur sua præsentia, sua sapientiã, sua bonitate. Est autem prima species sabbathi testimonium illustre de duabus rebus maximis, primò de *φιλανθρωπία* & amore Dei erga genus humanum: secundò de dignitate ipsius humanæ naturæ. Quòd enim Deus ardentè diligit homines, testatus est ipso facto, quia post conditum hominem nihil noui creauit, sed uoluit hominem esse uultum opus, in quo acquiesceret & delectaretur. Deinde quòd sit hominis magna dignitas & præstantia, ex eo iudicari potest, quòd omnia sunt condita propter hominem, homo uerò propter Deum. Ideo Deus non primo aut secundo, sed sexto, id est ultimo die creationis condidit hominem, ut ordo creationis ostenderet, hominem esse finem aliarum rerum, & totum, ut ita dicam, laborem creationis susceptum esse hominis causa. sed nos aut rarò, aut frigidè de his rebus cogitamus.

11. Species est sabbathum pædagogicum [ceremoniale] quia nos admonet de sabbatho creationis & de aliis speciebus, vt Exod. 20. scribitur. Memento vt diem sabbathi sanctifices. Sex diebus operaberis & facies omnia opera tua, septimo autem die sabbathum est Domini Dei tui. Sex enim diebus fecit Deus cælum & terram, & mare, & omnia, quæ in eis sunt, & requieuit die septimo. Idcirco benedixit Dominus diei sabbathi, & sanctificauit eum, id est, destinauit rebus sacris.

Si quis putat ceremoniam fuisse indifferentem, quoddie septimo debebant quiescere homines & iumenta: is legat cap. 17. Jeremiæ, vbi est luculenta enarratio huius præcepti. Ibi enim proponuntur promissiones & comminationes. Cõminatio

talis est, Si tu non sanctificabis diem sabbathi, sed facies operas seruilibus impediens ministerium, & non concedes quietem neque hominibus, nec iumentis, sed exercebis contractus &c. tunc ego accendam ignem in portis tuis, quem nemo poterit extinguere. Multæ ciuitates, multi pagi, multæ gentes dissipantur & delentur propter violationem sabbathi, quod non obtemperant huic præcepto, Memento vt diem sabbathi sanctifices. E contra si tu seruaueris sabbathum, & obtemperaueris tertio præcepto, ego dabo tibi politiam & quietem, vt videas reges tuos egredientes & ingredienti per tuas portas &c.

Tertia species est sabbathum animæ, de quo concionatur episcopus Hebræos cap. 4. Qui ingressus est in requiem eius, etiam ipse requieuit ab operibus suis, sicut & à suis Deus. Et Christus Math. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & euertiam vos, discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem [id est, sabbathum] animabus vestris. Vt enim impij non habent portum, in quo acquiescunt, sed fluctibus dubitationum & errantium cupiditatum perpetuò agitantur, vt Esaiæ 57. scribitur: Impij quasi mare afluens, quod quiescere non potest, non est pax impiis, dicit Deus meus. Ita piorum a-

Macarius homilia 35, item Hieronymus Esaia ultimo, vt utur hac forma verborum: Pij quietem agunt à malis operibus, nec mouent se ad opus seruile peccati. Christus dicit Iohan. 8.

nimæ translata ex potestate tenebrarum in regnum lucis, [Coloss. 1.] habent remissionem peccatorum & tranquillâ conscientiam, & lætantur non viribus naturæ nostræ, aut vilius creaturæ auxilio, sed Domino Deo suo, in quo iam viuunt vita æterna.

est igitur descriptio veri sabbathi: Pij quietem agunt non à bonis sed à malis operibus, nec mouent se ad opus seruile peccati. Quando tu reprimis cupiditatem vindictæ, aut iniustum amorem, aut iniustam iram, aut ambitionem & superbiam, tunc celebras hoc sabbatum animæ, de quo dicitur Hebr. 4. Qui ingressus &c. & obtineras dicto Christi, Discite à me &c. Quicumque verò indulget cupiditati vindictæ, aut est superbus, aut ambitiosus, ille nūquam poterit conuiescere, sed noctes & dies agitur fluctibus perpetuis errantium cupiditatum. Hanc sententiam venustissimè pinxit Elias cap. 57. Et Genes. 4. de impio hypocrita Cain dicitur, Eris vagus & corpus tuum vagabitur sine sede & domicilio, & animus tuus fluctuabit pauoribus, dubitationibus & aliis errantibus affectibus.

Quarta species est admiranda quies Filij Dei in passione. De hac specie loquitur Paulus Philipp. 2. Qui cum esset in forma Dei, non rapuit æqualitatem Dei, sed semet ipsum, inaniuit forma serui assumpta, & habitu inuētus est vt homo, & factus est Patri obediens vsque ad mortem. Et Irenæus lib. 3. Sicut homo erat vt tēretur, sic & Verbum erat, vt glorificaretur, requiescente quidem Verbo, vt posset tentari, crucifigi & mori.

exercuit suas vires, suum robur & potentiam diuinam in deprellentur laceraretur à Iudæis & gentibus, & fuit etiam suam carnem quiescent

Qui facit peccatum, seruus est peccati, quia vnusquisque est seruus illius, cui obedit. Rectè ergo Hieronymus peccatū vocat seruuile opus, non libero homine. Christiani sunt liberi homines iuxta illud, Si Filius vos liberauerit, verè liberi eritis. Ergo non debent sibi accerere seruitutem, quod fit peccando. Hæ-

Hanc quartam speciem satis intelligimus in hac vita. Est enim magnum mysteriū, quod perspiciemus in æternæ vite. Deus est merus actus, vt spe dixi, & tamen λόγος in passione quieuit, hoc est, cessit ira. Patri propter nostram salutem, non propter nos in deprellentur

desecere in sepulchro vsque ad tertium diem. Hoc magis possumus mirari, quam enarrare.

Quinta est sabbathum æternum, quod promittitur Ecclesiæ. Hoc sabbathum celebrantes, tantum sancta opera faciemus. Quia nullus erit vsus culinæ coquendi cibos, & finem suum habebunt economicæ & politicæ actiones, quæ sunt vel officia, vel opera sabbathum contractibus. Ad hoc sabbathum initia vitæ æternæ assequamur, & nihil aliud in hac

vita peregrinationis nostræ mereamur, nisi quia & hinc non detinemur, nisi quia & hinc non temper erimus, & ibi nobis locum bene viuendo preparabimus, vide nunquam migrabimus, vt Augustinus ait tractatus in Iohannem.

Tota hæc vita nihil aliud est quam peregrinatio, sicut inquit Iacob. Genes. 47. Dies peregrinationis meæ pauci & mali. Et Paulus 2. Cor. 5. comparat hanc vitam tabernaculo, sed vitam æternam comparat ædificio firmo & stabili, quod neque à ventis, neque à pluuiis potest euerti.

## Quæ sunt officia doctorum in Ecclesia?

Minister Euangelij doceat Legem & Euangelium, & ad ministrum Sacramenta à Christo instituta, & puniat contumaces, non vi corporali, sed verbo Dei, & legitima excommunicatione, & recipiat eos, qui se emendant, ac remissionem peccatorum eis annuntiet, præterea doceat Deum, & moribus honestis ornet doctrinam, & sit in primis amans veritatis, & inimicus sophisticæ, & studiosus concordia publicæ, possit etiam docere animum, vt quædam

id est, vt Christus inquit apud Matth. Proferat ex thesauro suo vetera & noua: & Paulus iubet sermonem Dei rectè secare, id est, rectè discernere Legem ab Euangelio.

In ministro Ecclesiæ duo sunt spectanda: primò doctrina, deinde vita & mores. Ac quando hæc duo inter se congruunt, nulla suauior harmonia, nullus concentus dulcior cogitari potest.

incommoda ferat ac dissimulet, nec concordiam publicam turbet.

Verum si vita pugnat cum professione, illud accidere solet, quod venuste dixit Nazianzenus, Quibene docet, & male vivit, quod vna porritur, & quod vna porritur.

uit, quod vna manu ædificat, hoc altera destruit, & quod vna porritur, & quod vna porritur. Sed tamen si alterutro carendum est, malo ego doctrinam puram & sinceram, quàm simulationem sanctitatis & probitatis coniunctam cum præstigiis, imposturam & corruptelam doctrinæ. Sic Cicero inquit, Malo indisertam prudentiam, quàm stultam loquacitatem, quasi dicat: Etsi valde necessaria est, & laude ac prædicatione digna, sapientia & eloquentia copulata, tamen si hæc duo non possunt coniungi, satius est carere eloquentia quàm sapientia. Ita nos possumus dicere de ministris Evangelij, qui sunt oratores in Ecclesia, si non omnino vita congruit cum doctrina, tamen satius est, doctrinam esse sinceram & incorruptam. Quales autem mores requirantur in ministro Evangelij, docet Paulus in epistola ad Timoth. 3. & Tit. 1.

## Quæ sunt auditorum Evangelij officia?

Auditores diligenter discant Evangelium, & piè vrantur sacramentis, & Deo gratias agant pro instituto ministerio, pro cõservatione Ecclesiæ, pro cõservatione Prophetarum & Apostolicorum scriptorum, & precantur in publica congregatione pro Ecclesiis, politis & æconomicis, & suis exemplis ornent Evangelium, veneretur etiam pios ministros, & solvant eis debitas mercedes, denique obediant eis iuxta Evangelium.

& quartum præceptum, quia non possunt hæc enarrari sine mutua collatione certarum personarum. Sicut quartum præceptum concionatur de officiis gubernatorum, parentum & liberorum, dominorum & servorum, præceptorum & discipulorum: ita tertium præceptum educit nos ex latebris, & collocat nos in luce Ecclesiæ.

Dixi supra in admonitionibus necessariis ad intelligendum Decalogi, duplicia esse mandata, alia absoluta, alia relativa. Sunt autem duo relativa mandata in toto Decalogo, tertium

Ecclesia, videlicet in publica congregatione, & attribuit certa officia non modò doctoribus & ministris, sed etiam ipsis auditoribus. Ac de officiis doctoribus & ministris, sed etiam ipsis auditoribus. sunt officia doctorum breuiter diximus, nunc consideremus, quæ reuocem auditorum: Primum ac præcipuum est, reuerenter audire, in publica congregatione inuocare Deum, & ei gratias agere pro omnibus beneficiis spiritualibus & corporalibus, publicis & priuatis: quartum est, ornare professionem Euangelij bonis exemplis, ut nomen Dei propter nos blasphemetur inter gentes, Rom. 2. Potest etiam officium est, tribuere ministris non modò honorem debitum, sed etiam victum & defensionem, sicut Paulus inquit, Qui fideliter seruit, duplici honore dignus est, id est victu & defensione.

### Antithesis.

Peccata pugnantia cum tertio præcepto, sunt omnes corrupte-  
la doctrinæ & prophanationes  
Sacramentorum, & scandala  
deformata ministerium & Ec-  
clesiam, neglectio, cõtemptus,  
odium, denique omnia impe-  
dimenta studiorum doctrinæ,  
quæ sunt Ecclesiæ necessaria.

Si non essent Scholæ magnæ  
& parvæ, quomodo posset con-  
seruari ministerium? Quid sunt  
scholæ? Sunt plantaria Ecclesiæ,  
id est, hortuli in quibus plantæ  
educantur, transferendæ in al-  
ios hortos, vt fiant arbores ma-

gnæ. Sic hæc scholæ & aliæ omnes Christianæ scholæ sunt seminaria  
Reip. & plantaria Ecclesiæ, imò si rectè volumus iudicare, scholæ  
sunt bona & magna pars Ecclesiæ Dei: etsi enim in cœtu scholastico  
multi sint hypocritæ, tamen magna pars celebrat Deum, & in hac  
vita, & in futura vita. Sic Deus ipse nominat scholas & Ec-  
clesias Esai. 51. Posui verba mea in ore tuo, & umbra  
manus meæ protego te, vt plantes mihi cæ-  
los, id est, cælestes hortulos, plan-  
taria, seminaria.

## Enarratio secundæ tabulæ.

De quarto præcepto.

C A P. V I.



**H**onora patrem & matrem &c. Dictum Syracidæ cap. 3. Honora parentes sermone, opere & patientia, tres gradus honoris complectitur, quorum primus est agnitio ordinis diuini, in quo lucet sapientia, iustitia, bonitas & præsentia Dei. Conspicitur enim iustitia Dei in pœnis politicis, & bonitas in cōseruatione societatis & præ-

totus ordo politicus plenus est testimoniorum sapientie Dei in genere humano, quod ideo cōseruatur diuinitus, vt inde Ecclesia colligi possit.

Memorable dictum est in 2. capite Syracidis, quod explicat rotundè & breuiter quartum præceptum, Honora, inquit, patrem, quod idem est, opinione, quia omnis sermo formatur cogitatione, deinde ipso opere seu ipso facto, tertio patientia. Quid est sermo, vel opinio honorifica, quam postulat Syracides à liberis & omnibus subditis? Respondeo: Hic primus gradus est agnitio sapientie, iustitie & presentie Dei in ordine politico & œconomico. Primum enim sapientia conspicitur in ipso ordine legum, contractuum, & in discriminatione virtutum & vitiorum. Deinde lucet bonitas Dei in cōseruatione humanæ societatis, quam conatur Diabolus mille modis dissipare, partim homicidiis, partim mendaciis. Tertio, videre licet in ordine politico & œconomico expressa vestigia diuinæ iustitie, videlicet in pœnis & suppliciis improborum, & in æqualitate quæ exercetur in iustis ac legitimis contractibus, denique totus ordo politicus & œconomicus plenus est testimoniorum presentie Dei in genere humano. Nisi enim adesset Deus parturientibus, quis nostrum editus esset in lucem saluus & incolumis? Nisi Deus defenderet parentes & liberos noctes & dies, Diabolus omnes interficeret aut ruinis ædium, aut incendiis, aut subitis tempestatibus, aut aliis mille modis.

Secun-

Secundus gradus est vera cordis reuerentia & subiectio erga parentes & legitimos magistratus. De hoc gradu Paulus inquit *Rom. 13.* Necessè est obedire non solum propter iram, id est, pœnam, sed etiam propter conscientiam.

Ira saepe significat pœnam Hebraica phrasi. Est autem hoc dictum Pauli adamantinum vinculum obedientiæ ciuilis. Vbiunque in corde est vera reuerentia & subiectio, ibi sponte præstantur omnia debita officia.

Tertius gradus est *ὑπομείναι*, æquitas in toleranda infirmitate parentum & magistratum. Ad hunc gradum pertinet regula à Petro tradita [*1. Petr. 2.*] Obedite dominis non solum bonis & æquis, sed etiam morosis & durioribus.

Patientia de qua in Syracidis dicto fit mētio, est æquitas & lenitas eleganter tolerans aliqua leuia errata & aliquas infirmitates

gubernatorum. Non est enim iustus in terra, qui non peccet, inquit Ecclesiastes cap. 3. Ac præcipuè gubernatores non possunt omnia ita administrare, vt nulla accidant errata, nulla *σφάλματα*. Tu quidē, qui adhuc es in numero subditorum aut discipulorum, hanc habes imaginationem valde suauem, Me regem esse oportuit, si ego essem gubernator, ego omnia sic administrarem, vt nemo haberet, quod in me posset desiderare: sed si quando fueris collocatus, non dico in magna naui, qualem rexerunt Argonautæ, sed in parua aliqua cymbula duorum scalmorum, ipse euentus refutabit hanc tuam imaginationem, & re ipsa experieris te fuisse stultum & ineptum admirandam propriæ sapientiæ & industrię, & te errasse in eo, quod aliorum leuia errata & *σφάλματα* exagitasti.

Postquam autem de subditorum officiis dictum est, nunc de gubernatoribus dicendum est, quorum officia *Rom. 13.* & aliàs sæpe describuntur. Vult enim Deus, gubernatores esse scuta terræ, id est, custodes disciplinæ & pacis, & nutritios Ecclesiæ, adiuuantes omni officio propagationem doctrinæ, vt *psalm. 47.* dicitur, Principes populorum congregati sunt cum

populo Dei Abraham, quod id est, cum vtra Ecclesia.

Hic versiculus de tribus rebus commonefacit gubernatores: primum de adiunctione seu

niam Deus à scutis terræ vehementer eleuatus est.

aggregatione ad Ecclesiam, vt se coniungat cum vera Ecclesia. Nam vt omnium hominum si-

ne exceptione præcipua cura esse debet, vt sint membra & ciues vera Ecclesie, ita etiam Principes non sint hostes Ecclesie, non alieni ab Ecclesia, sed huic corpori inserantur per baptismum & per totum ministerium. Deinde hic versus commonefacit gubernatores de officio: appellat enim disertè gubernatores scuta terræ, id est, defensores & custodes disciplinæ ac pacis. Sed vnde sumpta est metaphorâ? Apud Homerum & Ouid. 16. Metamorph. describitur scutum Aiacis, seu clypeus. Aiax Telamonius fuit vir grandis, proceræ animi & eminens supra alios homines, & instructus diuino robore corporis. Hunc armatum ingenti scuto seu clypeo, vocat Homerus μέγα ἔργον Ἀχαιῶν, id est, magnum septum Græcorum. Vt enim non facilè transiliri potest sepes grandis, qua muniantur agrorum Aiax fuit scutum & septum magnum seu firmum præsidium Græcorum contra Troianos, & multi potuerunt latere in tutela & præsidio Aiacis: ita omnes gubernatores debent suorum subditorum esse scuta seu magna septa. Tertio, quare psalmus dicit, Deus eleuatus est vehementer? Vt significet, Principes & alios gubernatores conuersos ad Deum, esse præcipua membra Ecclesie, & Deum exaltari ab ipsis non solum illis officiis, quibus adiuuant conseruationis ministerij & propagationem doctrinæ, sed etiam exemplis bonis, quæ multi imitantur, & quibus plurimi inuitantur ad societatem Ecclesie. Constantinus Magnus fuit pius Princeps, & verum Ecclesie membrum. Hic non tantum defendit Ecclesiam contra Tyrannos, Maxentium, Licinium & alios, sed etiam suo exemplo plurimas gentes pertraxit ad societatem Ecclesie. Qualis enim rex est, tales sunt subditi, Regis ad exemplum totus componitur orbis. Si Principes harum regionum non essent Christiani, non amplecterentur Euangelium, vbi manerent Scholæ? vbi manerent ministri Euangelij? Aut nullæ essent Scholæ, aut non essent rectè instituta, aut nulli essent ministri in his regionibus, aut essent oppressi tyrannide. Iam cum Deus dederit his regionibus pios & mediocres gubernatores, studia mediocriter florent, & quia Principes sunt amantes religionis & eam defendunt, eorum exemplo inuitantur multi, vt ipsi quoque ament & discant Euangelium.

Et psalmo 102. Cum colligentur populi in vnum & regna, vt seruiant

conueniant Domino. Hic dulcissimus versiculus concionatur Principibus & populis, ac præcipit vtrisque, vt conueniant, id est, tueantur communem congregationem & ministerium vocis diuini, & discant veram doctrinam, & vero consensu Deum inuocent, & doctrinam conseruare studeant. Huius autem præcepti reges debent esse ductores & auctores.

Hæc breuiter sint dicta de officio gubernatorum in Republ. de quibus extant longa volumina veterum & recentium scri-

ptorum. Plato in libris de legibus, & Iurisperiti in Pandectis, & aliorum scriptores prolixè philosophantur de officiis regum, Principum & aliorum gubernatorum. Summam verò nos breuiter complexi sumus, sicut & Aristoteles in lib. 5. Ethic. vna definitione omnia comprehendit, quæ possunt verè, eruditè & vtiliter dici de hac materia. Magistratus, inquit Aristoteles, est custos legis, id est, est vox Decalogi, vt nos interpretamur in Ecclesia, repetit & sancit Decalogum, & addit Decalogo suas quasdam leges positiuas. Deinde est executor legis, partim in defensione iustorum, partim in pœnis & suppliciiis improborum.

De officiis parentum insigne præceptum traditur Ephes. 6. Educate liberos vestros in doctrina & disciplina Domini. Cùm enim disciplina non sufficiat, iubet Paulus addi doctrinam Domini, quæ non potest tradi sine lectione & cognitione scripturarum Prophetarum & Apostolicorum. Necessaria sunt igitur in familiaribus studiis literarum. Etsi enim certis personis gubernatio Ecclesiæ commendata est, tamè omnes pueros & puellas nosse summam doctrinæ cælestis necesse est.

Hæc de quarto præcepto. Si enim vellemus omnia complecti, quæ ad hoc præceptum pertinent, vix vnus anni spatium nobis ad enarrandum hoc præceptum sufficeret. Reliqua, quæ hic omitto

breuitatis causa, in Ethicis & alibi traduntur. Insigne dictum est Pauli ad Eph. 6. quod iam annotastis, de liberali & Christiana institutione iuuentutis, Educate, inquit Paulus, liberos vestros in doctrina & disciplina Domini. Iam consideretur discrimen inter educationem Ethnicam & Christianam. Cicero filium suum liberaliter curat institui & educari, & scribit ad eum tres libros de officiis,

sed hæc omnia tantum pertinent ad disciplinam, quæ est opus humanæ rationis, nondum verò tradit Cicero filio suo doctrinam Dominam, quam nos vocamus Catechesin Christianam, seu breue Evangelium. In Ecclesia verò alia debet esse forma institutionis præceptorum, quia liberis Christianis non tantum sunt proponenda præcepta de honesta gubernatione vitæ & morum, sed præcipua cura tenentis mentibus instillanda est doctrina propria Ecclesie, & quæ Ecclesiam ab aliis sectis discernit. Sed non volo in re manifesta immorari. Sequitur quintum præceptum.

De quinto præcepto.

*Non occides.*

ET SI exhauriri sapientia Legis diuinæ non potest, tamen de eius auctoritate, quæ immota est, & de causis sæpe & reuerenter cogitandum est. Vtilitas huius Legis, Non occides, manifesta est. Vult enim Deus conseruari societatem generis humani. Ac ipsi cruciatus conscientie in nece iniusta, qui naturaliter sequuntur, ostendunt talia facta iniusta esse. Deinde *εὐπρύου* in natura humana appetunt conseruationem cognati sanguinis. Et quanquam alij sunt propiores, alij longius distant à stirpe, tamen communis cognatio est inter omnes homines propagatos ab Adam, vt præclare dixit Augustinus lib. 14. de ciuitate Dei cap. 1. Deus ex homine vno voluit homines instituire, vt humanum id est, propagare, nasci, genus non solum naturæ similitudine consociatum, verum etiam quadam cognationis necessitudine in vnitatem concordem pacis vinculo colligatum esset.

creatione & propagatione generis humani. Non enim omnes ho-

Paulus Act. 17. in concione Atheniensem inter alia sic inquit: Deus voluit ex vno sanguine, ex vna guttula sanguinis, totum genus humanum propagari, quasi dicat: Deus potuisset, si voluisset, ita condere genus humanum, sicut condidit naturam Angelicam. Angelos enim simul condidit vno & eodem momento, estque maxima similitudo naturæ inter angelos tanquam Spiritus. Sed aliud fuit consilium Dei in

omnes simul & semel condidit, sed primus homo fuit Adam, ex hu-  
 jus latere seu costa extracta atque ædificata est Eva vxor, vt loqui-  
 tur Scriptura venustissimè & disertissimè cap. 2. Genes. Ab his duo-  
 bus hominibus Adam & Eva nos omnes & singuli, quotquot in ter-  
 ra viuimus, aut viuemus, aut viximus, propagati sumus. Quam ob  
 idco voluit ab vno homine, vel ab vno sanguine, vt Paulus loquitur  
 in Actis, totum hominum genus propagari, vt essemus consociati  
 non tantum naturæ similitudine, sed etiam cognationis seu cogna-  
 ti sanguinis arctissimo vinculo & necessitudine. Est igitur quoddam  
 naturale & commune fœdus omnium hominum, seu naturalis ob-  
 iectio, vt loquuntur Iurifconsulti, de qua Propheta Esaias cap. 58.  
 inquit, Carnem tuam, id est, cognatum sanguinem propagatum ab  
 Adam, sicut & tu es propagatus, ne despexeris, noli contemnere.  
 Quando vides pauperem mendicum & Lazarum scatentem vlceri-  
 bus, noli eum auersari & abominari, sed memor esto dicti Prophe-  
 tæ, carnem tuam ne despexeris.

Sunt autem & aliæ causæ huius Legis. Non vult Deus à Dia-  
 bolis & hominibus trucidari Dominum nostrum Iesum Chri-  
 stum, qui est imago æterni Patris. Ad hunc Filium Dei Lex illa  
 primum referatur. Deinde nec  
 aliquam massam naturæ hu-  
 manæ vult Deus deleri, quæ est  
 domicilium Dei, & in qua lucet  
 Filius qui est imago æterni Pa-  
 tris.

Loquor de piis.

λογος æterni Patris, Iohan. 1.  
 In ipso vita erat, & vita erat lux  
 hominum.

Vnde sumimus hanc causam? an ex philosophia? non, sed ex di-  
 cto Genes. cap. 9. vbi Deus post diluuium repetit Legem, Non occi-  
 dus per hominem, id est, per magistratum. Quæ est ratio huius sette-  
 ritatis? sequitur in textu, quia homo ad imaginem Dei factus est, vel,  
 quod idem est, homo est imago Dei, exemplumq; Dei quisque est in  
 imagine parua. Hanc suam imaginem non vult deleri aut destrui  
 Deus, non vult interfici hunc suum sacerdotem & hoc domiciliu,  
 in quo Filius vnâ cum Patre & Spiritu sancto habitat & lucet. Cum  
 autem Filius Dei sit imago non quidem creata, vt nos, sed essentialis  
 & substantialis æterni Patris, primum hæc Lex ad ipsum accommo-

detur. Sed contrà disputet aliquis, Nónne oportuit Christum pati & interfici? quomodo igitur hæc Lex pertinet ad Christum? Respondeo. Deus voluit obedientiam Filij in morte & passione, hanc approbat, hanc vult, & hanc compensauit inenarrabili gloria, de qua dicit Christus Lucæ ultimo, Nónne oportuit Christum pati, & sic intrare in gloriam suam? Et Philipp. 2. dicitur, Propterea exaltauit illum Deus, & dedit illi nomen supra omne nomē &c. Sed Deus non voluit, id est, non approbavit sequitiam, quam Diaboli & eorum organa exercuerunt in Filium Dei, etiamsi volens & certo consilio permiserit eos scire.

Cùm pecudes interficiuntur, nihil pecudis superest, quod viuat, nec pecudes ad æternæ vitæ societatem conditæ sunt, & subiecit eas Deus hominum dominio. At trucidato Christo, superest diuina natura [*αβγδ*] sociam massam desiderans, & vindictam ordine iustitiæ poscens. Trucidato etiam alio homine contra Legem Dei, superest anima desiderans sociam massam & vindictam poscens, sicut scriptum est [*Gen. 4.*] Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.

Apud Senecam in quadam Tragedia hoc præceptum traditur iudicibus, vt abstineant ab effusione iusti & innocenti sanguinis. Iudex futurus, inquit Seneca, sanguine humano abstine, scilicet iusto & innocenti. Nam

scelera nostra, scilicet Principum, gubernatorum, maiore vindicantur modo. Hęc sententia Senecæ grauissima congruit cum libro sapientiæ, vbi scribitur, Potentes, id est Tyranni, potenter tormentantur. Sicut enim delicta sunt atrociora in Tyrannis & omnibus iniustis gubernatoribus: ita etiam poenæ erunt maiores, quia Deus seruat æqualitatem Geometricam in distributione præmiorum & poenarum.

Nec homo sic in potestate sua est, vt ius habeat dissoluendæ conuulsione animæ & corporis, quam condidit Deus, vt esset perpetua.

Sic argumentor: Scienti & volenti non fit iniuria, Cato Vitiensis sciens & volens sibi necent

consciuit, Ergo Cato non fecit sibi ipsi iniuriam. Aristoteles in primo extremo capite 5. Ethicorum agit hanc quæstionē, an possit aliquis sibi ipsi facere iniuriam. Respondeo ad Maiorem, Volenti, scilicet

eam rem, quam habet in sua potestate. Nemo autem est dominus suorum membrorum, ut rectè dicunt Iurisperiti. Deus inquit Levitici 25. in descriptione anni iubilæi, Terra mea est, vos tantum coloni mei estis. Et in psal. 24. dicitur, Domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarum, & qui habitant in eo. Ex his dictis & similibus exaruntur regulæ pulcerrimæ, quæ sæpe repetuntur, Lex magis est domina nostrarum rerum, quàm nos ipsi. Qui enim Legem iubet præesse, Deum præficit, dicit Aristoteles 3. politic. Item, Nemo est dominus suorum membrorum. Ergo Cato peccauit, & quidem atrociter, quòd sibi necem cõsciuit, & magis peccauit, quàm si alienum interfecisset, quia maius scelus est, proprium corpus violare & destruere, quàm alienum, teste Paulo 1. Cor. 6. ubi dicit, scortationem esse turpissimum scelus, quia alia peccata fiunt extra corpora, hoc verò peccatum committitur in ipso corpore.

Hærantæ causæ in Lege, Non occides, considerandæ sunt. Ac de prioribus causis sæpius loquuntur homines, quæ ab utilitate sumptæ sunt magis cõspiciuntur, sed posteriores illæ oriuntur à sapientia & iustitia Dei.

Breuitè & Dialectico more repetam causas. Prima causa huius præcepti, Non occides, sumitur ab utilitate, quia si nemo obtèperaret huic præcepto, sed

omnes facerent ei contraria, quid sequeretur? promiscuæ cædes in toto genere humano. Secunda causa sumitur à volûtate Dei, Deus vult conseruari genus humanum, non destrui. Tertia sumitur à cruciatibus conscientia, qui sequuntur necem iniustam, ut Cain post interfectum fratrem obiurgatus à Deo, Vbi est frater Abel? mox exclamat fractus desperatione, Maior est iniquitas mea, quàm ut possim remitti. Quarta causa sumitur à φιλοσοφία, id est, à naturali benevolentia erga cognatum sanguinem. Omnes sumus propagati ab vno sanguine, & ab vno Adam, ergo nemo despiciat, nemo lædat suam carnem. Postrema est omnium maxima & grauissima, quæ recitatur Genes. 9. Quia homo est imago Dei, hanc imaginem non vult deleri, non destrui, non violari. Hæc causa primùm accommodatur ad Christum, postea ad ceteros homines.

### De sexto præcepto.

Indidit Deus omnibus angelis & hominibus notitias virtu-

tum, & in his intellectum castitatis. Quia vult intelligi, qualis sit ipse, & se discerni vult à malis & immundis naturis. Vult etiam nos cum sua sapientia & voluntate congruere. Sed quia radius lucis diuinæ in fitus mēti hominum de castitate obscurior erat, ideo mox post creationem mandatum expressè traditum est, Erunt duo in carnem vnam, id est, inseparabiliter iuncti. Hac voce sanctum est coniugium, & tradita prohibitio omnium vagarum libidinum. Ac ne existimemus, pollutos adulteriis aut aliis libidinibus prohibitis ruere in exitium casu & sine consilio Dei, multa

riis testimonia proposita, quæ affirmant, diuinitus hæc scelera puniri, vt scriptum est, Scortatores & adulteros Deus iudicabit. Et in historia deletionis Sodomæ dictum est, Pluit Dominus igne & sulphur à Domino.

Deus sparfit gratam sui nominis famam, non tantum in artibus, sed etiã in virtutibus. Ideo nefas est negligere & non facere eius mentionem, quoties vel de artibus, vel de virtutibus oratio habetur. Ac vt iam de artibus nihil dicam, noticiam quidem virtutum à Deo humanis mentibus sunt insita, quia Deus vult agnoscere, qualis sit ipse, & discerni ab omnibus malis, immundis naturis, hoc est, Diabolis & eorum organis. Vult etiam nos cum sua sanctitate, iustitia & voluntate congruere, sicut Paulus inquit i. ad Thessal. 4. Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra, vt abstineatis à fornicatione, & sciat vnusquisque vas suum, id est, corpus suum possidere in sanctitate & honore: sed inter omnes noticias virtutum nulla est obscurior, & de nulla assensus est languidior, quam noticia de castitate. Ideo Deus mox post conditum genus humanum separabiliter iuncti, vnus mas & vna femina. Ac ne quis existimet, poenas adulterij & aliarum libidinum esse fortuitas & casuales, & non regi consilio Dei, Scriptura & dicta proponit, & horum declarationem, tanquam regularum exempla valde horribilia, quæ declarat, quæ sit voluntas Dei, & quanto perè Deo displiceat adulterium & vagæ libidines. Ex multis verò duo nunc eligamus breuitatis causa. Ad Hebræos vltimo, Scortatores & adulteros Deus puniet: quod ita intelligatur, Deus puniet aut immediatè sine ministerio creaturarum, aut puniet mediatè per angelos & homines. Immediatè deleuit

Deus totum mundum diluio, & Sodomam igne & sulphure. Scribitur autem disertè Genes. 19. Pluit Dominus, id est, Filius Dei, à Domino, id est, ab æterno Patre. Hoc dictum perpetua memoria dignum est, quia discernit Patrem à Filio, & Filium à Patre, & est illustre testimonium de distinctis personis diuinitatis. Deinde altera causa est, quare hoc dictum debeat imprimi nostris pectoribus, non aliter quam imago sigilli imprimitur ceræ, quia testatur, Filium Dei fuisse executorem harum pœnarum, cum quidem hæc persona diuinitatis fuerit hospes Abrahami Genes. 18. Abraham vidit tres, & adorauit vnum, videlicet Filium Dei euntem inter duos angelos. Vt autem Filius Dei est medicus piorum, & hospes & coniuua habitans in ipsorum pectoribus per fidem, Ephes. 3: ita est seuerus iudex & executor pœnarum, quas merentur contumaces in atrocibus delictis, vt in Epicureo contemptu Dei & ministerij Euangelij, in parricidijs hominum innocentum, in flagitiosis libidinibus &c.

Intelligamus igitur voluntatem Dei immotam, & ordinem à Deo institutum, audiamus vocem diuinam, & intueamur pœnas, ac reuerenter Deo obtemperemus, & sciamus eum hac obedientia coli velle. Hæc etsi longiore declaratione indigent, tamen nunc breuiores sumus, quia proprium locum commemoratio- ni de castitate & de coniugio infra tribuemus.

Post Locum in quo nunc versamur de Lege, sequetur alius titulus de præceptis & consilijs. In eo titulo etiam fiet mentio castitatis, in fine verò Locorum Theologicorum extat titulus de con-

iugio: ergo in his duobus titulis erit hæc doctrina vberius explicanda & declaranda.

De septimo præcepto.

*Non furtum facies.*

Condita Ecclesia & sancita Lege coniugij, institutum etiam est dominium rerum corporalium, quæ necessariæ sunt vitæ corporali. Est autem ordinatum dominium his verbis, Genes. 2. Subiicite vobis terram, & dominamini piscibus maris, id est, Generi humano trado hoc ius, vt de vsu harum rerum tales ordinationes fa-

ciat, quæ profint ad æqualitatem conseruatricem societatis. Hac Lege & distinctio dominiorum & contractus comprehenduntur. Post diluuium verò Genes. 9. hæc eadem Lex repetita est.

Post conditos homines & institutum coniugium, Deus sancit dominium rerum corporatum, inquit Genes. 2. Subiicite vobis terram colendo & plantando, & dominamini piscibus maris &c. Ex his verbis colligitur, quatuor rationes docet in primum visum maximè naturales esse, vt etiam Aristoteles docet in primo politicorum. Prima ratio est agricultura, cuius laudatio extat apud Xenophontem in libro de re familiari tuenda, & apud Aristotelem in 1. libro Oeconomico, vt alios auctores omittam, qui agriculturam laudibus in cælum extulerunt. Altera ratio est piscatio, tertius aucupium, quarta venatio. Hæc quatuor rationes comparandi visum recensentur in dicto Genes. 2. & Genes. 9. post diluuium. Quid Aristoteles præclarè docet in 1. Politicorum, vbi de feceratoria inquit, Merito odio digna est, quia vtitur nummo tâquam re fructificante, cùm quidem nummus sit natura sterilis, & omnis fructus expers ac vacuus. Ergo agricultura (vt de aliis nõ dicam) est iustissima & maximè naturalis ratio comparandi visum, quia vtitur rebus fructificantibus. Sed de hac re alio loco erit dicendum.

Primum igitur hæc Lex fit nobis testimonium contra fanaticos, qui fingunt Deo displicere distinctionem dominiorum.

In Ethicis diximus, quid Plato in libris de Repub. scripserit de communione rerum, & quomodo Aristoteles in 2. Politicorum hanc Plonicam communionem refutauerit. Ibi etiam diximus de furore Anabaptistarum, qui conantur hominibus persuadere, vt omnes facultates conferant in commune. Est autem præceptum, Non furtum facies, expressa refutatio Anabaptistica & Plonica communionis.

Deinde gratias agamus Deo, qui contractus miranda sapientia ordinauit, vt iusta communicatione rerum genus huma-

Contractus sunt testimonium de sapientia & iustitia Dei. Non enim tantum instituti sunt & ordinati contractus propter utilitatem

non conseruetur, & intelliga-  
mus, Deum esse iustū, id est, æ-  
qualem, iuxta regulam quam  
proposuit.

Præcipue hi contractus ordinati sunt, vt sint monitores & concio-  
natores de iustitia & sapientia Dei. Nam sapientia Dei & iustitia or-  
dinat & amat æqualitatem, quæ est conseruatric omnium congre-  
gationum & societatum, sicut econtrâ inæqualitas destruit genus  
humanum, & est fons omnium seditionum, bellorum & dissipa-  
tionum in genere humano. Quoties igitur exerces cōtractum cum  
alio, emis, vendis, locas, conducis, cogites te commune fieri de ma-  
nibus rebus, videlicet de sapientia Dei ordinante contractus, & de  
iustitia, id est, de æqualitate seruanda in contractibus, vt agnoscas,  
Deum esse iustum, id est, æqualem sine *περσσωπολησις.*

Postremò reprimamur voce  
Dei & penarum metu, vt absti-  
neamus à rebus alienis, & nec  
voluntas, nec manus sint au-  
diarum alienarum.

Laudatur à Cicerone dictum  
Periclis gubernatoris Attici, qui  
dixit ad Sophoclem poetam, col-  
legam in gubernatione, Decet  
gubernatorem non modò ma-  
nus habere abstinentes, sed etiã  
oculos continentes. Non satis est te manus reprimere, nisi etiam cō-  
tineas oculos, & cogitationes, & affectus, qui inordinatè inhiant a-  
lienis rebus. De hac sententia plura dicenda erunt infrâ in nono &  
decimo præcepto, Non concupisces.

De octauo præcepto.

*Non dicas falsum testimonium.*

BO NE Deus, quoties sumus vno die falsi testes! Præcipitamus  
iudicia nostra, indulgemus suspicionibus, & deformamus homines  
abstinentes & ignotos, quorum nec doctrina, nec vita nobis nota est:  
& interrogati, cur hoc faciamus, respondemus, Quia alij hoc fa-  
ciunt. Sed non eris in illo die excusatus, si dixeris, Quia hic vel ille  
condemnanit. Audi prius vtramque partem, & sine præiudicio iu-  
dica rectè, iuxta regulas in verbo Dei propositas.

Præcipuæ virtutes secundæ tabulæ sunt iustitia, castitas & veritas, quæ amandæ & colendæ sunt non tantum propter necessitatem & utilitatem, sed multo magis propter agnitionem & invocationem Dei. Nec Deum, nec hostes Dei Diabolos considerabilis corporis, sed mente faciendæ est firma distinctio considerabilis proprietatibus. Deum agnoscis omnipotentem, sapientem, bonum, beneficum, æqualem, iustum, iudicem, castum, veracem, misericordem, liberrimum, qui se patefecit talem, & Filium redemptorem misit, qui & harum virtutum congruentiâ cum Deo in nobis restituit, & hæc de eo cogitare & celebrare in invocatione oportet, & hunc Deum in invocatione alloqueris, & segregatim eum ab omnibus naturis iniustis, pollutis & mendacibus, excraris etiam Diabolos hostes Dei mendaces & immundos, qui impellunt miseram hominum naturam ad seditiones, exes, libidinû confusions, mendacia, vt quàm plurimos auellant à Deo & in æternum exitium rapiât.

De hoc discrimine pios quotidie cogitare necesse est. Sic igitur in cōspectu doctrina de his virtutibus, iustitia, castitate & veritate, quæ perspicuè distinguunt Deum ab omnibus iniustis, immundis & mendacibus naturis. Est autem veritas firma *veritas* in voluntate, qua cōstanter amplectimur veras sententias, dicimus vera, seruamus pacta, & in sermone & gestu vitamus insidiosas occultationes. Sed quoniam tota doctrina de virtutibus in Ethicis explicata est, ad postrema præcepta Decalogi accedo.

pena, tanquam in speculo imagines virtutum propolita: sicut  
men nos à Lege, tanquam à carcere abhorremus. Ergo grandissima  
nobis esse debet deductio ad Deum & cōmonefactio de virtutibus  
Dei.

Quærat aliquis ex auditoribus, quare ego in enarratione præceptorum secundæ tabulæ toties inculcem & repetam cōmonefactionem de Deo, & de virtutibus Dei. Ad hanc questionem brevis & expedita responsio hæc est, Natura & pulcritudo virtutum rectius intelligitur, quando earum exempla in Deo aspicimus & consideramus, quia in nobis miseris peccatoribus vix sunt vmbre tenues, vt Cicero in mulacra virtutum, vt Cicero inquit in 1. Offic. Non viuimus inter perfectos homines, sed inter eos, cum quibus præclarè agitur, si habeant quædam simulacra virtutum. Ethic autem in Lege de-

que sunt inferiores, quàm in Angelis, vel hominibus. Quod  
 nem res ita se habeat, hoc est, quòd natura & decus virtutum ma-  
 gis conspicitur in Deo, quàm in omnibus creaturis, docet nos Fi-  
 lius Dei cap. ii. Matth. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde,  
 id est, in me est summa mansuetudo & humilitas, longè superans  
 mansuetudinem & humilitatem angelorum & hominum, quare  
 me exemplum vobis ad imitandum proponite. Sic Paulus de-  
 lucens nos ad exemplum Filij Dei, grauissimè inquit Philipp. 2. Is  
 est Iesus filius in vobis, qui fuit in Christo, qui cum esset in forma Dei,  
 non rapuit aequalitatem Dei, sed se ipsum exinaniuit & c. quæ hu-  
 militas maior cogitari potest, aut quæ similis præstari potest ab An-  
 gelis & hominibus? Sit igitur nobis grata mentio de Deo & de virtu-  
 tibus Dei, vbicumque proponitur, siue in Ethicis, siue alibi.

De nono & decimo præcepto.

*Non concupisces.*

SICUT Paulus Rom. 7. de se inquit, Concupiscentiam nescie-  
 ram esse peccatum, nisi Lex dixisset, Non concupisces: Ita ratio sine  
 verbo Dei non cernit immundiciem interioriorem cordis, quæ voca-  
 tur concupiscentia, phrasi Scripturæ, id est, ἀταξία & deprauatio  
 animi affectuum. Quare sicut in speculo facies nostras & earum  
 oculos contemplari solemus: ita sæpe aspiciamus Decalogum, tan-  
 quam speculum tersum & politum, vt monstret nobis interiora vi-  
 tiorum in visceribus nostris, vt ita dicam, hærentia, quæ iudicio rationis  
 non intelliguntur. Sunt igitur duo postrema præcepta, interpreta-  
 tiones totius Decalogi, & discernunt sapientiam Decalogi à legibus  
 politicis & philosophorum disputationibus. Nam politici viri, vt  
 Solon, Lycurgus, Augustus & similes, & Philosophi omnes extra  
 Ecclesiam tantum concionantur & præcipiunt de externa discipli-  
 na, & seuerissimè prohibent violationem disciplinæ, sed nihil di-  
 scunt de interioribus morbis, qui vno nomine appellantur concu-  
 pientia. Nos verò in Ecclesia discimus, peccata esse non tantum ex-  
 terna facta, turbantia ciuilem societate, sed etiam sordes interiores,  
 quibus contaminata est mens nostra, voluntas nostra, & cor nostrum.

Suprà aliquoties dictum est de discrimine inter leges politi-  
 cas & Legem Dei. Leges politicæ sunt qualescunque frænum, quo

externa disciplina regitur, & tantum accusant externa delicta, vt verbi causa, seditiones, cædes, adulteria, furta, mendacia. At Lex Dei accusat non tantum externa delicta, sed etiam prauas inclinationes in corde, vt Christus enarrans Legem in cap. 5. Matthæi accusat totius naturæ ἀραξίαν, eamque vult aliquo modo intelligi & agnosci, vt sciant homines, se non satisfacere Legi Dei, nec disciplina iustos esse coram Deo, sed quærant remissionem peccatorum per Mediatorem. Hac interpretatione considerata Lex fit pædagogus ad Christum [Gal. 3.] qui & implet Legem pro nobis integra obedientia, & solutione pœnæ, quam nos Legi debuimus, & restituit in nobis conformitatem cum Lege, quæ quidem in hac vita inchoatur, sed in Ecclesia cælesti erit integra, cum Deus erit omnia in omnibus.

gelicæ, sed cupio primo quoque tempore absoluere indigent, præsertim articulus de iustificatione. Christus Dominus noster Matthæi non tradit Stoica paradoxa & hyperbolas Stoicas, vt aliqui scripserunt, sed rectè enarrat Decalogum, & refutat Pharisaorum opinionem, quales hodie sunt Monachorum, qui fingunt, disciplinam eternam satisfacere Legi, & hominem hac disciplina coram Deo iustum esse. Non ita se res habet, inquit Christus, Dictum est antiquis, Non occides. Ego verò dico vobis, Si quis irascitur fratri suo &c. I. vxorem alterius ad concupiscendam eam &c. Hæc dicta omnia, quæ prolixè recitata sunt Matth. 5. testantur, Legem diuinam non esse intelligendam tantum de vmbra externorum operum, sed omnia primùm & maximè de interiori obedientia & mundicie, & voce

Hic fit finis enarrationis Decalogi, in qua enarratione sumuntur vbi magna breuitate proponuntur duas causas. Primum, quia nullis voluminibus & commentariis exhaustiri potest hic fons sapientie diuinæ, sed integrè discimus Legem in vita æterna. Nunc se-  
mus contenti hac puerili Catechei, quæ traditur in Ecclesiis & Scholis. Altera causa est breuitatis qua sum vsus, Quia in Ethicis multa sunt dicta de singulis virtutibus, quæ non volui inuestigatiuè repetere & inculcare. Nō enim volo multos menses in vno Loco consumere, præsertim in legalibus materiis, quæ facilius intelliguntur, quam Euan-  
gelium, & hūc Locum, &

Legis accusari non tantùm atrociora delicta, quæ ratio iudicat & puni- nit, sed radicem cum suis fructibus, id est, peccatum originis & om- nia peccata actualia. Hæc cùm consideramus, Lex fit nobis pæda- gogus ad Christum, & quasi cogit nos quærere Mediatorem, qui pro nobis implet Legem, primùm integra sua obedientia sine pec- cato, deinde solutione pœnæ, quam nos Legi debemus, denique qui restituit in nobis cõformitatem cum Lege, dato Spiritu sancto, iux- ta illud Jeremiæ cap. 31, quod citatur in epistola ad Hebræos 8. Dabo Legem meam in cordibus eorum.

*De promissionibus & commina-  
tionibus diuinis.*

CAP. VII.

**R**ecitabimus in hoc capite septem Locos valde ne- cessarios & vtilis. Primus erit diuisio promissio- num diuinarum, quæ sumitur ab objectis diuer- sis. Aliæ promissiones diuinæ pollicentur gratiã, aliæ offerunt nobis bona corporalia. Sicut enim constamus ex corpore & anima, ita indigemus duplici genere bonorum, bonis spiritualibus æ- ternis & corporalibus, pertinentibus ad hanc vitam mortalem. Quare Deus tradidit vtriusque generis promissiones, vnam gratiã, quæ est principalis, alterã de pane quotidiano. Secundus erit discri- men inter promissionem gratiæ & promissiones bonorum corpo- raliũ. Tertius locus recitabit causas, propter quas Deus tradidit Ecclesiæ promissiones bonorum corporalium. Quartus docebit, quomodo sint intelligendæ promissiones corporales, videlicet cum exceptione crucis & castigationis. Quintus locus docebit audito- rem, quomodo sint ratæ promissiones additæ bonis operibus, cùm nemo Legi satisfaciat. Sextus monstrabit intellectum commina- tionum diuinarum: nam omnes comminationes diuinæ habent exceptionem pœnitentiæ. Septimus conciliabit apparentē *ἀντι- νομίαν* seu contradictoriam inter comminationem additam pri- mo præcepto, & dictam Ezechielis cap. 18. Filius non portabit ini- quitatem patris sui.

In Ecclesia oportet notissimam esse doctrinam de promissionibus & comminationibus diuinis. Cùm enim Deus sit verax, nec promissiones diuinitus traditæ sint *ἑλατῆρα*, sicut pueris narrantur fabellæ de fortunatis infulis, aut de campo Elyfio, nec comminationes sunt inania ter-  
 res demulcentes, blanditiæ.

I. Primum autem semper in conspectu fit hæc diuisio. Duplices sunt promissiones Dei, vna gratiæ, altera bonorum corporalium. Promissio gratiæ offert credentibus bona æterna, remissionem peccatorum, reconciliationem, imputationem iustitiæ, donationem Spiritus sancti & vitæ æternæ gratis propter Mediatorem. Promissio bonorum corporalium duplex est, aut est gratuita conseruationis corporis Ecclesiæ, aut est addita bonis operibus iustorum. Gratuita aut est specialis, aut generalis. Specialis promissio

non est omnium temporum, sed Abrahæ posteris tradita, & cõstitutum est tempus, quo durare sedes illa deberet, nec pertinet hæc specialis promissio ad cetera tempora, aut ad alias gentes. Aliæ sunt generales, quæ sunt omnium temporum, de victu, hospitiiis & defensione cœtus Ecclesiæ, etiamsi post destructionem politiæ Israëlitiæ non est vna Ecclesiæ sedes in politia certa, sed passim inter gentes Ecclesia colligitur.

Omnis promissio diuina aut est promissio gratiæ, aut est promissio bonorum corporalium. Promissio gratiæ, vt Genes. 3. Semen mulieris conteret caput ser-  
 pentis, id est, Filius Dei natus ex virgine apparebit, vt destruat opera Diaboli, 1. Ioh. 3. Et Genes. 22. In semine tuo benedicentur omnes gentes, id est, per hoc semen Abrahæ benedictum tollentur maledictio Legis, placabitur ira Dei, & reddetur Ecclesiæ benedictio cœlestis, quæ completur gratiam Dei & veritatem,

id est, vera & æterna bona. Promissio verò bonorum corporalium duplex est, aut est gratuita, aut est addita certis operibus. Gratuita est, quæ pertinet ad totum corpus Ecclesiæ, quod Deus seruat immensitate & misericordia, iuxta dictum psal. 115. Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam, propter misericordiam tuam & veritatem tuam, ne dicant in gentibus, Vbi Deus est eorum, & Esa. 48. Propter me, propter me faciam, ne blasphemet, id est, ego serua-

seruabo meam Ecclesiam, & aliquod semen sanctum, seu aliquas reliquias propter gloriam meam, quam nolo contumelia affici à Diabolo & eorum organis. Certissimum est igitur, conseruationem totius corporis Ecclesie esse gratuitam, non pendere ex nostra dignitate, Gratuita verò rursus duplex est, aut specialis, aut generalis. Specialis promissio traditur Abrahæ & eius posteris, Genes. 15. & à Ioseph, Tibi, inquit, dabo terram hanc, id est, terram Canaan ad Iordanem, inter duo regna florentissima, Aegyptium & Syriacum, & semini tuo post te, id est, tuis posteris. Sed Lex & Prophetæ vsque ad Iohannem, id est, exhibitio Messia cessat hæc promissio. Habet enim suum finem & terminum hæc specialis promissio tradita Abrahæ & eius posteris, non est omnium temporum & ætatū, nec ad omnes gentes pertinet, sed est solius populi Israel, sicut inquit psalmus: Non fecit taliter omni nationi. Alia verò est generalis promissio, quæ pertinet ad nos & ad omnes, qui sunt membra Ecclesie, vt Matth. 6. Primum querite regnum Dei &c. Item 1. ad Timoth. cap. 4. Pietas habet promissionem præsentis & æternæ vitæ, hoc est, Deus curabit vt Ecclesia semper habeat aliqua hospitia, aliquos nidulos, in quibus possit excludere suos pullos, vt psalmus 84. venustissimè inquit, cõparans Ecclesiam auiculæ nidificanti, & incumbenti ouis, & excludenti pullos. Etenim passer inuenit sibi domum, & hirundo, id est, Ecclesia est similis auiculæ halcyoni, nidificanti in sinu Medæ, hoc est, in turbulentis & inquietis imperiis, inter medios hostes, & inter varia pericula. Iuniores legant epigramma Græcum, quod est admodum insigne. Quædam auicula, siue hirundo, siue alia, peruoluit multas maria & multas terras, & tandem delata ad simulacrum Medæ, fecit sibi in illo simulacro nidulum. Huius auiculæ stultitiã salte exagitat poeta Græcus in epigrammate, O misera & stulta, cur tu creas tuos pullos Medæ, quæ non pepercit propriis liberis? quæ dicat. Si Medea non pepercit propriis liberis, quantum minus parceris? Mundus est Medea, non parcat propriis liberis, videtis enim quomodo impij homines exercent mutuam lanienam, minus igitur est mirum, si non parcant Ecclesie tales homines.

Deinde necessaria est distinctio promissionis gratiæ & promissionis bonorum corporaliū. Differunt autem obiectis, effectibus, modo distribu-

Augustinus psal. 25. inquit, Bonæ corporalia aut nos deserunt,

tionis, & modo retentionis. Nā bona, quæ promissio gratiæ offert, sunt æterna & propria Ecclesiæ. Bona verò corporalia sunt momentanea & communia Ecclesiæ, nō solum cum impiis; sed etiam cum bestiis.

aut à nobis deserunt. Est optimum exemplum disjunctionis propositionis, Irus & est subitò, qui modò Cræsus erat: & ut maxime aliquis retineat suas opes, vsque ad mortem, tamen tandem cogitur eas deserere.

Secundò, promissio gratiæ est fundamentum Ecclesiæ, eamque discernit ab aliis sectis, vt i. Cor. 3. dicitur, Fundamentum aliud poni nō potest, præter id, quod positum est, quod est Iesus Christus. Bona corporis non faciunt discrimen inter veram Ecclesiam & sectas à Deo damnatas, quia Ecclesia plerunque cruci subiecta est, & variis afflictionibus exercetur.

Christus pendet in cruce in passione: Maria, id est, Ecclesia stat sub cruce. Ita Ierem. cap. 12. dicitur, Dedi dilectam animam meam, id est, Ecclesiam in manibus inimicorum eius, videlicet Babyloniorum. Sic Deus hoc tēpore multos dat in manus Turcarum, Moscobarum & aliorum barbarorum.

Tertiò, Deus seruat in distributione bonorum æternorum æqualitatem Arithmeticam, iuxta dictum Rom. 11. Concluserunt Deus omnes sub peccatum, vt omnium misereatur. In distributione verò bonorum corporaliū neque eadem dat, neque eodem modo, vt Abraham dat diuitias, non dat Lazaro.

De æqualitate Arithmetica in distributione bonorum æternorum, Paulus dulcissime inquit Ephes. 4. Vna fides, vnum baptisma; vnus Deus, vnus Christus, vna spes &c. Et Gal. 3. exequat omnes Christianos, quod ad gratiam attinet, & bona æternæ

na. Non est discrimen inter seruū & dominū, inter gentes & Iudæos, sed omnes, quotquot sumus in Christo baptisati, Christum induimus, & sumus omnes vnum in Christo. Hanc ex æquationem vt melius intelligatis, ordine itote per partes ministerij. Prima pars ministerij, per quam inserimur Ecclesiæ & Christo, est baptismus. Iam quæro ex te, an Princeps habeat meliorem baptismum, quàm pauper aliquis? non. Deinde quæro, an aliud verbum proponatur

ditibus, aliud pauperibus? non. In congregatione Ecclesie tatum  
 tum sibi de verbo decerpit pauper, quantum diues: tantum seruus, quã-  
 tum dominus: tantum subditi, quantum gubernatores. Tertio,  
 quando accedis ad Cœnam Domini, an non eodem modo omni-  
 bus fidelibus distribuitur Cœna Domini? Principi non datur plus  
 quam pauperi. Hęc æqualitas verbi, baptismi & Cœnæ, est expres-  
 sum testimonium de Arithmetica æqualitate in Deo, de qua dicit  
 Christus, Venite ad me omnes &c. Sed de bonis corporalibus aliter  
 res habet, quia Deus in distributione bonorum corporalium ser-  
 uat analogiam Geometricam, & singulis tribuit conuenientia pro-  
 portione. Non necesse est, me habere diuitias Croesi, quia non sum  
 rex, satis est me habere victum & amictum, sed si rex esset pauper,  
 Deus dat Abraham diuitias, non Lazaro, quia alia est  
 vocatio Abraham, alia Lazari: Lazarus est priuata persona, non susti-  
 net partem gubernationis in Ecclesia aut Repub. Abraham non tá-  
 tum est œconomus, sed etiam Episcopus & politicus gubernator.  
 De hac distributione bonorum corporalium, legant studiosi sextã  
 orationem Theodreti de prouidentia. Ibi disputat, quare non o-  
 mnes homines sint diuites, Quia, inquit, si omnes essemus diuites,  
 nemo alteri seruiret, nemo alteri præstaret operam sui officij, sed in  
 omni æqualitate diuitiarum vnus negligeret alterum. Deinde si o-  
 mnes essemus diuites, necesse esset, vnum hominem omnes artes  
 scire, quod esset impossibile: quis enim posset simul esse sutor, pistor  
 &c. Ergo bene cõsultuit generi humano prouidentia diuina, quòd  
 vnus voluit esse pauperes, alios diuites, vt esset communicatio ope-  
 rum, alter alterius indigeret, quia quod vni deest, præstòt plerun-  
 que alteri.

Quòd, semper retinenda  
 est promissio gratiæ, etiam cum  
 bona corporalia amissa sunt,  
 sicut tandem in morte amittũ-  
 tur.

Quòd bona corporalia non  
 sint perpetua, sed amittantur in  
 morte, testatur psalm. 49. cum  
 inquit, Cùm interierit, id est,  
 cùm mortuus fuerit, non sumet  
 omnia secum, neque descendet

tum eo gloria eius. Videtis in sepultura non obrui cadauer gemmis,  
 auro, margaritis & aliis rebus pretiosis, sed obrui terra, puluere. sed  
 vt hoc psalmi oratio magis intelligatur, recitabo iunioribus in signũ  
 & memorabilem historiam de quodam Suldano, id est, Domino &  
 Principe Aegypti, Nam Principes Aegypti post tempora Mahometi

dicti sunt Suldani. Tempore Friderici Barbarossa, qui haud dubie omnibus est notus ex historiis, fuit in Aegypto Princeps clarissimus, quem Deus ornauit multis excellentibus victoriis, Saladinus, qui non tantum tenuit Aegyptum, sed etiam Palaestinam, Syriam & bonam partem Asiae. Hic Princeps moriturus madauit suis ministris, ut indusium hastae affixum praerferrent ante pompam funebrem, & adderent hoc praerconium, Haec sunt illa optima spolia, quae Saladinus potentissimus Rex Aegypti & Asiae, ex omnibus suis triumphis & victoriis secum aufert. Quamquam autem Saladinus fuit Mahometicus, non Christianus, tamen non semper spectandum est, quid dicat, sed quid dicatur, secundum Senecae praerceptum. Haec vox si fuisset pronuntiata ab homine Christiano, nihil potuisset dici sapientius, nihil melius, nihil praerclarus.

Ideo Iob inquit cap. 13. Etiam si occidet me, tamen sperabo in eo. Et psal. 73. exclamat, Quem in caelo & in terra praer te desiderarem? cum contabescunt caro mea & cor meum, tu petra cordis mei, & pars mea Deus in aeternum. Adde huc insigne dictum Esaiam cap. 54. Montes mouebuntur & colles contremiscunt, misericordia autem mea non recedet a te, nec foedus pacis meae mouebitur, dicit miserator tuus Dominus.

Quid potest dici efficacius ad consolandum?  
id est, magna imperia & Respublicae.

hoc est, Etiam si imperia mutentur, & sua mole videantur oppressura esse Ecclesiam, tamen oppressura esse foedus retinendum est foedus memorem aeternitatem, omnibus rebus humanis cadentibus & nascentibus.

Hanc ob causam promissio gratiae nominatur aeternum testamentum, non solum quia res aeternas offert, sed etiam quia retinenda est, siue bona corporis nos deserant, siue a nobis deserantur. Porro his necessariis admonitionibus traditis, iam ordine recitentur causae, quare Deus tradiderit promissiones bonorum corporalium. Prima est, ut haec promissiones sint testimonia de prouidentia Dei contra Epicureas imaginationes, quae fingunt casu

spargi commoda corpora-

Non fortuna, vt fingunt poetæ, manu cæca sua munera spargit inter homines, sed Deus est distributor & dispensator panis quotidiani.

II. Vt sint testimonia de conseruanda Ecclesia in hac vita.

Dicat aliquis, quæ est hæc consequentia? Est optima consequentia à connexis. Posita re finita, ne Ecclesia in hac vita, non potest carere hospitio, victu & medio defensione. Quare cum vnum connexum promittitur, etiam alium promittitur: hæc enim quasi conuertuntur inter se: Posito hospitio, ponitur Ecclesia, & posita Ecclesia, ponitur hospitium, vnde Deus non promittit a finis aut bobus hospitium, sed Ecclesiæ colligendæ ex genere humano.

III. Vt fides exerceatur petitione corporalium bonorum.

Angeli non habent corpora, non habent carnem & ossa, sed sunt Spiritus, ideo non indigent corporali remedii. Poterat autem Deus ita nos viuere, vt vel sine corpore, vel in corpore viueremus more Angelorum, sicut certè viuemus post hanc vitam, sed voluit nos Deus exerceri corpore, & indigere multis adminiculis corporalibus propter hanc causam, quia vult exerceri fidem & inuocationem non tantum in maximis, sed etiam in minimis rebus, non tantum in petitione remissionis peccatorum, Spiritus sancti & vitæ æternæ, sed etiam in petitione panis quotidiani.

IV. Quia vult Deus, promissiones corporales esse commonefactiones de spiritualibus.

Recitabo illustre exemplum huius quintæ causæ de presentia Dei in Ecclesia. Ezechias rex defecit à regibus Assyriis, quibus pater Achas promiserat tributum, cum videlicet mala inextricabilia humano consilio nota sunt.

V. Cum velit Deus Ecclesiam in hac vita colligere, multas corporales liberationes vult esse illius testimonia presentia suæ Ecclesiæ, cum videlicet mala inextricabilia humano consilio nota sunt.

Hoc consilio humano excitata sunt mala inextricabilia. Nam rex Sennacherib cinxit obsidione urbem Ierofolymam.

nec potuit humana ope aduersus tantam potentiam defendi Ierolyma: sed cum iam Ecclesia illius loci & temporis esset in acie nouacula, id est, in extremo periculo ac discrimine, quod non poterat extricari humana sapientia, Deus ipse, ut testimonium suæ presentia in Ecclesia ederet, propter preces Esaiæ Prophetæ & Ezechia, & totius populi depulit tyrannum, interfectis ab angelo fugiens, in 185 millibus hominum. Tyrannus verò accepta clade fugiens, interfectus est domi in templo idololatrico à suis filiis. An non hæc liberatio est illustre testimonium presentia Dei in Ecclesia, cum quidem Ezechias humano consilio vsus, attraxisset ventos & mala inextricabilia?

- IV. Nota sit etiam explicatio argumenti de omnibus promissionibus corporalibus. Promissio diuina est immutabilis, Ecclesia sunt promissa bona corporalia, Igitur Ecclesiam oportet semper sine ærumnis esse. Breuiter respondendum est ad Minorem, Quod omnes promissiones corporales intelligendæ sunt cum exceptione crucis & castigationis, ut Marci 10, Christus inquit, Recipiet cætuplum in hac vita cum tribulatione, & in futuro seculo vitam æternam. Et Esaias cap. 30. coniungit bona corpori necessaria & crucem, Dabit vobis Dominus doctorem & panem & aquam cum tribulatione.

Deus bona corporalia, sed non sine cruce: & credo, maiores nostros & sanctos homines voluisse hanc regulam pingere illa ceremonia, quæ est vsitata in singulis familiis in profesto natalis Domini. Scitis enim in omnibus familiis, vbi sunt parui liberi, à patribus donari liberis munuscula, nouos calceolos, nouos libellos, & quicquid est eius rei, sed semper addita virga. Pueri quidem delectantur visu nusculis, sed virgam non valde amant. Idem nobis adultis visu veniunt, expetimus quidem omnes panem quotidianum, sed virgam crucis auerfamur.

- V. Cum autem manifestum sit, nec renatos in hac vita satisfacere Legi Dei, quæstio est, an promissiones legales sint prorsus iniuriales. De hac quæstione respondet Paulus 2. Cor. 1. In Christo omnes promissiones sunt Amen: quasi dicat, In his qui iustificati sunt fides

Vulgò dicitur in proverbio, Nulla est rosa sine spina: nullum est vber sine tuberculo, hoc est, ut accomodemus ad institutum prouerbiales sententias: dat

de, & offerunt hostias spirituales placentes propter Christum, vt Petrus ait [1. Petr. 2.] fuit rata promissiones additæ operibus, Quia Lex stabilitur per fidem, & finis Legis est Christus, Rom. 3. & 10. Hactenus de promissionibus diuinis breuiter dictum est, sequitur vt de comminationibus legalibus pauca dicamus.

Lex diuina denuntiat inobedientibus non tantum corporales V I. penas in hac vita, sed etiam penas æternas, vt testatur maledictio recitata Deuter. 27. & enarrata à Paulo Gal. 3. Maledictus omnis, qui non permanferit in omnibus, quæ scripta sunt in libro Legis. Vt autem Euangelium interpretatur promissiones Legi additas: sic eadem doctrina est dulcis *ὀπιέικια* comminationum legalium. Annuntiat enim re-

misionem peccatorum propter Filium Dei, & liberationem à culpa & à pœna æterna omnibus, qui conuertuntur ad Deum, & ad fiduciam Mediatoris. Sciendum est, remitti pœnam æternam conuersis ad Deum, nec dum est, mitigari etiam præsentibus pœnis. Manere tamen aliquæ pœnæ præsentibus possunt, quibus sancti & electi quoque castigantur, vt psal. 89. dicitur, Visitabo in virga iniquitates eorum, misericordiam autem meam non auferam ab eis.

Semper nobis in conspectu sint, & sonent in nostris auribus, & nostro corde hæc duæ regulæ utilissimæ, quarum prior est, Omnes promissiones de rebus corporalibus intelligendæ sunt cum exceptione crucis: altera est, Omnes comminationes legales intelligendæ sunt cum exceptione pœnitentiæ, id est, conuersionis ad Deum, quæ fit fiducia Mediatoris. Nam agentibus pœnitentiam & remittit Deus culpam & pœnam æternam, & simul mitigat præsentibus calamitates, interdum etiam tollit. Sed si manent calamitates post remissionem,

sunt partim *ῥηθροῖαι*, commonefactiones, partim *παράδειγμα*, exempla. Declarabo hanc sententiam historia Dauidis. Dauid audit vocem absolutionis pronuntiatam à Propheta Nathan 3. Reg. 11. Dominus abstulit peccatum tuum, non morieris, scilicet morte æterna. Hæc est ipsissima vox Euangelij, nec differt ab illa voce Christi Matth. 9. Confide filii, remissa sunt tibi peccata tua. Sed cur Dauid tam duriter castigatur post acceptam remissionem peccatorum? quare Deus non tollit pœnam adulterij & homicidij? Respondeo, Propter duas causas, Prima est *ῥηθροῖαι*, commonef-

stio. Vult enim Deus exilium Davidis esse perpetuam concionem & admonitionem de vitanda securitate, & de vitandis calamitatibus. Si enim Deus omnem poenam tolleret, & omnem calamitatem auferret, confirmaretur in nobis per accidens securitas, qua extenuatur peccatum, & ducitur esse res parua & leuis. Ne igitur extenuetur peccatum, Deus circumdat nobis signa reatus. Altera causa est Exemplum, Quia Deus vult, totam Ecclesiam intueri in hoc exemplum, & cauere similes lapsus. Si enim Deus non pepercit tanto Propheta & regi, tam benemerito de Ecclesia, quanto minus parceret mihi, tibi & aliis, qui nihil sumus collati ad hunc regem. Propter has causas manent interdum poenae corporales.

VII. Ex hac interpretatione Euangelij sumatur conciliatio appetentis ἀντιλογίας inter comminationem additam primo precepto, & dictum Ezechielis, cap. 19. Anima quae peccauerit, ipsa morietur, filius non portabit iniquitatem patris. Etsi enim Ezechielis concio dissentire videtur à Moysè, tamen intelligatur esse vox Euangelij, sicut est verissimè, & annuntiare liberationem à Lege.

## De Lege natura.

### CAP. VIII.



VM in Ethicis saepe recitentur demonstrationes legum naturae congruentes cum prima & secunda tabula Decalogi, nunc omnis demonstrationibus, tantum reperam perspicuam definitionem Legis naturae. Lex naturae est notitia principiorum practico- & conclusio- num, quae inde necessaria consequentia extruuntur, insita mentibus hominum à Deo, & congruens cum aeterna norma mentis diuinæ, vt ostendat & esse Deum, & qualis sit, & quod quod præcipiat seruari discrimen honestorum & turpium, & quod iudicaturus sit & puniturus eos, qui non seruant. Sciamus igitur quod verissimum est, leges naturae esse ius diuinum, quia Paulus Rom. 1. expressè nominat Legem naturae veritatem & ius Dei. Est enim

enim lux à Deo in mentibus nostris condita, & verissimè con-  
gruit cum Decalogo rectè intellecto, & aliis dictis in Lege Moy-  
si, in quibus repetitū est ius naturæ. Sunt enim grauissimæ causæ,  
vt supra dixi, propter quas

Deus expressa voce hanc ipsam  
Legem antèa in creatione men-  
tibus insitam repetiuit, & testi-  
monia illustria addidit, & scri-  
bitam iussit. Nam post naturæ  
humanæ deprauationē in men-  
tibus est caligo, & multum du-  
bitationum, & paulatim mala  
exempla augēt caliginem. Te-  
nent etiam iuniores regulam  
à veteribus traditam, Violatio  
iuris naturæ est peccatum mor-  
tale, sicut violatio iuris diuini.

Hæc in Ethicis sæpe declara-  
ta sunt. Nunc tribus tantum aut  
quatuor verbis de summa stu-  
diosos commonefaciam, magis  
repetendi causâ, quàm q̄ res po-  
stulet vberiores declarationes.  
Definitio Legis naturæ est summa  
ex causis. nā efficiens causa legis  
naturæ est Deus, qui cōdidit hanc  
lucē & sapientiā in mentib⁹ hu-  
manis. Cū enim Deus conde-  
ret hominem ad imaginem & si-  
militudinem suam, sparsit in mē-  
tes nostras radios suæ lucis & sa-

piētiæ, qui vocantur à philosophis principia speculabilia & pra-  
ctica, nunc autem loquimur de practicis, non de speculabilibus.  
Quod autem Deus sit efficiens causâ legum naturæ, testatur Pauli-  
na concio Rom. 1. & 2. vbi naturæ lex vocatur ius Dei. Item opus  
Dei scriptum in cordibus nostris. Materia in qua seu subiectum Le-  
gis naturæ est mens humana. Loquimur enim nunc de naturis vifi-  
bilibus, non excludimus angelos, quando ita loquimur. Formalis  
causâ est ipsa notitia principiorum, seu lumen ipsum lucens in men-  
te humana. Sicut enim in oculis est lumen naturale, quo discernū-  
tur colores: ita in mente humana est discrimen honestorum & tur-  
pium, non doctrina comparatum, sed à natura insitum & quasi in-  
sculptum. Finales causæ multæ sunt, sed iam præcipuas breuiter  
repetemus, & Dialecticè. Prima est, vt Lex naturæ sit testimonium  
de Deo conditore: nam res effectæ liquidò ostendunt suam causam.  
Alterâ causâ finalis est, vt regat hæc notitia Legis naturæ nostros  
mores & vitam nostram. Tertia est, vt accuset & condemnet scele-  
ra, & approbet rectè facta. De his dictum est in Ethicis vberius. Sed  
quærat hoc loco aliquis: Quare Deus repetiuerit Decalogū in mon-  
te Sina, cuius notitia nobiscum nascitur. De hac quæstione supra  
respondimus. Prima causâ repetitionis & promulgationis hæc est,

Quia & notitia Legis post lapsum est obscurior, & assensio est languidior. Quare contra dubitationes & tenebras, quæ sequuntur sunt lapsum, necesse fuit confirmari Ecclesiam & mentes humanas. Secunda est, Quia in mundum importata sunt mala exempla, vel potius furores Diabolici, de quibus sæpe solemus dicere. Hæc exempla mala auxerunt caliginem naturalem, ut confusio libidinum auget hanc opinionem, quod libidines sint voluptates concessæ, nec dignæ pœna. Sic consuetudo helluandi confirmat hanc opinionem, quod intemperantia non sit peccatum offendens Deum, & promouens iram ac pœnas æternas. Ut igitur homo & contra naturalem dubitationem, & contra malos mores, qui grassantur in vita humana, confirmaretur, necessaria fuit repetitio & promulgatio Legis.

Postremò meminerint studiosi regulæ traditæ à veteribus, Violatio iuris naturæ est peccatum mortale. Quæ est autem ratio huius regulæ? Quia lex naturæ congruit cum Decalogo rectè intellecto, & cum Lege morali tradita à Moyse. Adultiores, qui versantur in scriptis veterum Theologorum, legant libros de præparatione Evangelica Eusebij, in quibus inueniunt inter alia multa bona, collationem Platonis & Moyse, quod ad legales materias attinet. Nihil enim Eusebij est in Platone & Aristotele, sed quod ad legales materias attinet, verè dixit quidam ex Græcis, Platonem esse Moysem *Atticè loquentem*, id est, Atticè loquentem, scilicet in materiis legalibus de externa disciplina. Eusebius instituit longum catalogum, in quo confert Moysem cum Platone, & dicta Platonica cum Mosaicis, non quod faciat confusionem Legis & Evangelij, Christianorum & Ethnicorum dogmatum, quæ confusio est execranda, sed quia certum est, multas bonas sententias extare in Ethnicis scriptis, non pugnantes cum Decalogo, sed potius consentientes.

De

## De vsu Legis.

## CAP. IX.

**N**ignis sententia apud Paulum extat [1. Tim. 1.] quæ monet, de vsu Legis diuinæ sæpe multumque cogitandum esse, Bona est Lex legitime videnti. Sunt autem vsus in non renatis duo, regere disciplinam, & accusare peccatum. Docendi sunt igitur non renati, disciplinam præ-

cedendam esse primum propter mandatum Dei, deinde vt vitentur pena: tertio, vt communitati & tranquillitati consulatur: postremo, quia disciplina est pedagoga ad Christum. Nam homines perseverantes in sceleribus contra conscientiam, nec doceri de Deo possunt, nec a Filio Dei viuificantur. De his causis prolixè in Ethicis dicitur.

Volo quartam causam declarare exemplo Herodis. Herodes interfector Baptistæ, & subsannator Christi in passione, rapuit fratris sui Philippi coniugem Herodiadem, cuius filia fuit Salome saltatrix illa meretricula. Hic rex impius & hypocrita audiuit quidem Ioannem Baptistam summum concionatorem post Filium Dei, sicut Christus inquit Matth.

Non est maior inter natos mulierum Ioanne Baptista. Sed audire sine mente, sine intellectu, sine affectu, & cum contradictione, quæ non mutauit propositum, sed perseverauit in adulterio, retinuit adulteram Herodiadem, cum qua tandem pulsus est in exilium, relegatus ab imperatore Romano in Galliam Lugdunum vnà cum seruo suo, vbi vitam exul finiuit, nec sensit vllam viuificationem in corde, nullum initium vitæ æternæ. Idem sentitur de reliquis sceleribus, siue sint atrocina, siue vsuræ, siue helluationes, siue alia.

Alter vsus in non renatis est, accusare & condemnare peccatum, & perterrefacere conscientiam. Proponite vobis aliquem latronem aut furem, qui ducitur ad supplicium. Nam in tali exemplo secundus vsus Legis facilius intelligitur. Videris, quanti sint tremores, quanti tremores miserorum ho-

minum, qui trahuntur ad supplicium legitimo modo propter fur-  
ta, adulteria, homicidia, seditiones. Non tantum metuunt tales ho-  
mines mortem, sed sentiunt in conscientia vulnera, quæ longè sunt  
tristiora ipsa morte. Quando enim maior est vis animi, quàm cor-  
poris, tantò sunt vulnera conscientia: sæuiora & atrociora, quàm ea  
quæ sentiuntur in corpore. Recitavi aliàs prolixè historiam, quàm ea  
nunc tantum attingam tribus verbis, de pistore quodam, interfe-  
ctore sui domini & totius familia: Is cum relicta Vienna, vbi patra-  
uerat hoc scelus, fugisset Passauium, supplicio est affectus, & quidem  
palo affixus, pendens igitur in palo, non conquestus est de doloribus  
& cruciatibus corporis, sed tantum de vulneribus conscientia:  
Quamquam enim, dicebat, cruciatus, quos sentio in corpore, sunt  
inenarrabiles, tamen dolor meæ conscientia:, quem adhuc sentio  
propter meum delictum & scelus, me magis excruciat. Idem fate-  
tur alij omnes, qui ducuntur ad supplicium, vt non dicam iam de a-  
liis hominibus morientibus, Nemo se iudice nocens absoluitur, in-  
quit poëta.

De hoc vsu plurimæ conciones apud Paulum leguntur, vt Rom.  
3. Per Legem agnitio peccati. Non inquit deletio, Lex non  
Rom. 4. Lex iram efficit. Rom. delet peccatum, sed tantum mon-  
7. Peccatum per Legem occidit strat.  
me. 1. Cor. 15. Aculeus mortis  
peccatum est, potentia verò peccati Lex. 2. Cor. 3. Lex est ministe-  
rium mortis. In hoc secundo vsu discernendi sunt hi qui conuer-  
tuntur, ab iis, qui non conuertuntur. Nam conuersi, vt David, Pe-  
trus & similes, liberantur à con-  
demnatione, & fide vincunt pa-  
uores & dolores, de quibus lo-  
quitur Esaias, cum inquit, Sicut  
leo contriuit omnia ossa mea.  
Et psalm. 38. Sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, non est pax osibus  
meis à conspectu peccatorum meorum. Qui verò non conuertun-  
tur, vt Iudas & Nero, tandem  
his terroribus opprimuntur, &  
ruunt in æternum exitium. Iuuentus signata taliū rerum,  
de quibus nunc loquimur, id est,  
pauorum conscientia:, putat nos  
proponere paradoxa Stoica, sed aduiores qui senserūt hos pauores &

à culpa & pœna.

cap. 2 §.

& dolores, intelligunt quid psalmus vocet sagittas Dei infixas no-  
stro cordi. In psalmo septimo pingitur Deus tragicis verbis, tan-  
quam iaculator, seu sagittarius. Ita enim inquit, Nisi conuersi fueri-  
tis, gladium suum vibrabit, arcum suum intendit, & direxit illum.  
Quid sibi volunt hæc tragica verba? Summa hæc est: Deus omnes  
homines vocat & inuitat ad conuersionem per verbum & Sacra-  
menta. Si quis autem non obtemperat huic diuinæ vocationi &  
blandissimæ inuitationi, huic Deus aut foris circumdat signa rea-  
tus, tanquam leproso, aut intus per Legem excitat pauores consci-  
entia, qui nec possunt, nec debent comparari suppliciiis externis & cru-  
entibus corporum, quamuis exquisitis. In talibus paucibus & cõ-  
firmationibus, quas nemo potest verbis satis describere, sentiuntur  
sagittæ Dei, & sicut solus Deus illas sagittas infigit nostro cordi, ita  
solus potest eas renellere & extrahere. Proponite vobis sanctum vi-  
rum Iob, is non tantum spoliatur & exuitur omnibus facultatibus,  
omnibus liberis, omni dignitate, sed etiam sentit in corpore scabiẽ  
terram & inauditam, & præterea in corde circumfert has sa-  
gittas Dei, quarum sensu ita excruciat, vt aliquando inter dolo-  
res exclamet, Maledicta dies natiuitatis meæ, maledictus homo, qui  
natiuitati patri meo, familiam esse auctam noua Iobole. Quod si quis  
non sentit hos pauores in vita, plerunque eos sentit in morte. Ego  
sepe adfui morientibus hominibus piis, quos constabat verè esse  
pauos, qui in luctu cū morte sepe has voces vsurpabant, *Troset, troset!*  
Abvrgete consolationes, in iustate consolando.

Etsi autem in aliis hi terrores sunt maiores, in aliis minores,  
quia summos nemo ferre potest, tamen omnes conuertendi ad  
Deum aliqua initia talium terrorum sentiunt, vt Rom. 11. dicitur:  
Concluse Deus omnes sub pec-  
catis, vt omnium misereatur.

Per Legem omnes accusat &  
condemnat.

Iuniores non satis intelligunt magnitudinem harum rerum, sed  
adultiores aut morientes intelligunt hunc vsus secundum Legis.  
Hæc est practica Theologia, non est monastica & speculatiua Theo-  
logia.

Tertius vsus in renatis est docere, qui cultus Deo placeat. Vult  
enim Deus fidem & opera nostra regi verbo suo iuxta dictum: Lu-  
cetna pedibus meis, verbum tuum. Et quoniam in renatis manet

reliquiæ peccati, etiam hi de Lege docendi sunt, vt crescat in eis  
 pœnitentia, sicut in Deuter. scri-  
 ptum est, Repetas seu acuas eis  
 præcepta mea. Hanc doctrinam  
 de triplici vsu Legis sæpe repe-  
 tit Paulus, vt ostendat, homines  
 non fieri iustos Lege.

cap. 6.

Habetis caput nonum de tri-  
 plici vsu Legis, ac quod quisque  
 vestrum ætate fiet maturior, eò  
 magis intelliget secūdum vsū

Legis. Nam vix ex multis millibus vnus reperitur, qui non saltem  
 primis labris gustarit aut senserit aliquem paroxysmum, non à febrili  
 excitatum, sed à Lege diuina. Ideo quæramus nunc in tranquillita-  
 te & in pace, remedia opponenda talibus pauoribus & doloribus.

### *An Lex sit docenda in Ecclesia.*

CAP. X. ET

postremum.



**M**IRETUR fortasse aliquis, cur hanc quæstio-  
 nem, quæ videtur esse non necessaria, vel etiam  
 absurda, explicemus. Sed verissimum est quod  
 vulgò dicitur, Ex malis moribus bonæ leges na-  
 scuntur, & ex morbis multa remedia nascuntur.  
 Nouis enim morbis grassantibus, necesse est, me-  
 dicos deliberare de nouis remediis. Vt quondam  
 morbus Gallicus fuit ignotus medicis, hodie cum multas personas  
 inuadat, ipsa necessitas cogit medicos, quærerere remedia opponenda  
 huic tristi morbo. Idem vsu venit in Ecclesia. Et si enim videtur ab-  
 surdum, quærerere de re manifesta, in qua veritas est perspicua, An  
 Lex sit docenda in Ecclesia: tamen importunitas, ne quid asperius  
 dicam, quorūdam ματαιολόγων, hominum fanaticorum, præbet  
 nobis occasionem de hac quæstione differendi. Fuerunt enim nostra  
 memoria, & adhuc sunt Antinomi, qui dicunt, firmam artem  
 Christianorum esse nescire Legem: & præterea cōtendunt, Legem  
 exterminandā esse ex Ecclesia, & transferendam ad aulas, in dicis,  
 curias, & alia loca politica, in quibus regitur disciplina. Quam uis sit

hæc opinio pestifera, & quantum noceat pietati & bonis moribus, nemo satis explicare potest, sed summam totius negotij breuiter complectemur, vt debet fieri in ratione docendi.

Vult Deus in Ecclesia nondum glorificata, seu nõdum triumphante agnosci iram suam aduersus peccatum. Sicut dicitur, Iudicij à domo Dei incipit. Ideo & semper vult audiri vocem arguentem peccata, vt aliquo modo dicamus res esse maximas, legem Dei, peccatũ, iram Dei, ordinem certissimum iustitiæ Dei, interrogantis pœnam.

Quanquam est vna & eadem Ecclesia omnium temporum & locorum, tamen ita discernitur Ecclesia, vt alia pars dicatur Ecclesia triumphans, alia militans.

Triumphans Ecclesia est, quæ fruitur dulcissima consuetudine & conspectu Dei & angelorum, & quæ non potest peccare, sicut saepe diximus ex Augustino & psal. 116. Ecclesia verò militans versatur in hac vita, & stat in acie armata, & dimicans contra Diabolos & eorum organa. De Ecclesia triumphante dicit Hieremias cap. 31. Non docebit vltra vir proximum suum, sed cognoscent me à minimo vsque ad maximum, quòd sibi propitius peccatis eorum, & iniquitatibus eorum non velim recordari, dabo etiam Legem meam in cor-  
oportet crescere quotidie in vera notitia Legis & Euangelij, Quia nondum sumus perfecti, vt inquit Paulus Philipp. 3. sed relictis iis, quæ à tergo sunt, extendimus nos ad anteriora, & semper fatemur, nos esse imperfectos in hac vita. Vt igitur non necesse est, doceri Ecclesiam triumphantem de Lege aut Euangelio, cum audiat ipsum Iesum, Filium Dei concionantem & patefacientem suam sapientiam: ita donec sumus in hac vita mortali, donec circumferimus reliquias veteris fermenti in nostra carne, id est, reliquias peccati originis, necessaria est repetitio & inculcatio Legis diuinæ.

Hanc sententiam multa dicta confirmant, Matth. 12. Omnis scriba doctus ad regnum cælorum, similis est patri familiæ, qui profert ex thesauro suo noua & vetera. id est, Euangelium & Legem, Nouum & vetus Testamentum. Difertè dicit Christus, Scriba doctus: & Paulus inquit, Episcopus sit διδακτικός, idoneus ad docen-

dum. Quibus verbis commendantur nobis studia veræ & necessa-  
ria doctrinæ, studia linguarum, artium dicendi, philosophiæ, histo-  
riarum, poematum &c, sine quibus nemo potest cum aliqua laude  
& utilitate seruire Ecclesiæ.

Et 2. ad Timoth. 2. Omnis doctrina diuinitus inspirata, utilis  
est ad docendum, ad arguendum. Deuter. 6. Repetas seu acuas  
eis præcepta mea. Neque verò Deus ad iudicium suum declaran-  
dum aduersus peccatum voce Legis vtitur solum, sed etiam publi-  
cis & priuatis calamitatibus de  
ira sua nos admonet, & omnes  
ad pœnitentiam inuitat.

rem Legis, & pœnas publicas & priuatas ? Si quis autem non potest  
remouere ex Ecclesia carcerem Legis seu executionem Legis, relin-  
quat in Ecclesia etiam vocem Decalogi. Quia hæc sunt connexa, &  
non possunt separari. Si vis tollere è mundo Legem de pœna furti,  
tolle priùs patibula & furcas illas incurrentes in oculos, manenti-  
bus furcis & patibulis, profectò frustra tolletur lex de pœna furti.  
Quid, quòd sæpe ipse Deus iræ suæ sensu corda opprimit, vt inquit  
Ezechias, Sicut leo contriuit omnia ossa mea. Si possunt Antinomi  
sensum iræ diuinæ tollere ex Ecclesia, tum sanè conentur Legem  
ipsam abrogare & tollere. Sed frustra impugnabunt vocem Legis,  
cum non possint aut pœnam tollere, aut sensum iræ diuinæ.

Quamobrem exterminentur ex agro atque finibus Ecclesiæ,  
non Theologorum iudicia, sed delirantium Antinomorum  
somnia, quæ fingunt, peccata in Ecclesia non accusanda  
esse Lege Dei, & non proponendam esse in Ec-  
clesia vocem Legis ostenden-  
tem iram Dei.

EX.

EXPLICATIO TEXTVS LO-  
CORVM THEOLOGICORVM

PHIL. MELANTHONIS

De Lege.



VNC more vsitato, qui non est expers utilita-  
tis, vt credo, repetemus ipsas pagellas Locorum  
Domini Philippi. Quas quidē percurremus quan-  
ta maxima fieri poterit celeritate. Cupio enim pri-  
mo quoque tempore sequentem Locum ordiri,  
ne semper oberremus eadem chorda. Quia tamen  
Lex diuina est altera pars doctrinæ Christianæ,

nam vniuersa Scriptura diuiditur in Legem & Euangelium, non  
exilliment auditores, nos frustrā consumere tempus, aut futilem  
operam ponere in crebra repetitione huius doctrinæ. Ac sicut antea  
in repetitione textus multa fuerunt declarata, quæ breuitatis causa  
inter discendum prætermissa fuerant: ita etiam in hac parte dabi-  
tur fortasse occasio dicendi ea, quæ prodesse & delectare pote-  
runt. Audiamus igitur quid dicat optimus methodi artifex in Ec-  
clesia.

*A Deo tradita]*

Quod dicitur A Deo tradita, id intelligatur vtroque modo, &  
mentibus hominum in creatione insita, & postea voce diuina  
repetita. Ac diligenter con-  
siderandæ sunt Legis repetitio-  
nes inde vsque à Cain factæ.

Primum Deus transfudit in  
nostras mentes in creatione ra-  
dios suæ Legis, qui radij vocan-

tur leges naturæ. Secundò etiam vocem externam, quæ in aures in-  
funditur, repetiuit, & promulgauit Legem de omnibus officiis, vt  
in paradiso Genes. 2. ante lapsum Lex de coniugio est proposita pri-  
mis parentibus, Erunt duo in carnem vnã. Propterea relinquet  
homo patrem &. Hæc est Lex de coniugio, congruens cum præ-  
cepto Decalogi. Non mœchaberis. Deinde Genes. 4. post lapsum  
ad Cain summa Legis repetita est his verbis, Nonne si bonus fueris  
&c. Hæc est concio Legis enarranda ex Euangelio, Si fueris bonus,  
scilicet, si iustificatus, & habueris inchoatam obedientiam iuxta

Legem, Eris Deo acceptus & placens, sin autem secus feceris, peccatum tuum quiescet, cubabit, dormiet, donec reueletur, scilicet in gepenis & in paoribus conscientie, & in futuro iudicio. Terrið, Genes. 9. post diluuium proponitur ipsi Noë & posteris eius lex de homicidio, Qui fuderit humanum sanguinem, funderet sanguis illius per hominem. Ratio, Quia homo est factus ad imaginem Dei. Hęc concio accommodetur ad præceptum, Non occides. Tandem verò post educationem populi ex Aegypto, Deus in monte Sina promulgauit Decalogum, audiente multitudine sexcentorum millium. Sic igitur intelligatur hæc clausula, Lex est à Deo tradita: partim in creatione, partim in ministerio.

Hęc definitio ex ipsa Lege]

Fons definitionis, Nō facis esse habere in promptu definitionis, nisi etiam scias, ex quo fonte sint hausta. Neque est omnis definitio bona à quocunque desumpta, sed magnorum artificum tantum.

Maledictus]

Deut. 27. Galat. 3. Hoc est fulmen, quo opprimuntur corda nostra in vera contritione. Item Matth. 25. Discedite à me maledicti in ignem æternum. Congruit forma sermonis cum psalmo sexto, Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem.

Hic primùm monere]

Admonitio de discrimine Legis diuinæ & legum humanarum.

*Sed vt non poterat populus]*

Allegoria Loci in Exod. cap. 34. quæ explicatur à Paulo 2. Cor. 3. Historia quæ est fundamentum allegoriæ, hoc sensu recitatur Exod. 34. Moyfi facies, quoties ex colloquio Domini redibat ad populum, erat plena lucis & splendoris. Cum autem populus nō posset sustinere fulgorem lucis diuinæ, quæ erat sparsa in faciem Moyfi, Moyfes velamine texit faciem, vt posset mandata Domini referre ad populum. Hanc historiam de facie Moyfi fulgente & velata, sic interpretatur Paulus, Facies Moyfi velata significat eternam disciplinam, quam ratio intelligit & magni facit, & vt cunq; suis viribus præstare potest: Facies verò Moyfi splendida & fulgens significat vsum Legis spiritualem in accusatione & condemnatione. Cum enim Deus sit ignis consumens, vt Deus

scribitur, non potest hæc infirma natura sine consolatione Euāgelij sustinere sensum iræ diuinæ. Aliud est igitur more hypocritarum aspicere velatam Moysi faciem, aliud intueri in faciem eius per fuscā lucē diuinā.

Phocylidis & Theognidis]

Fuerunt scriptores & collectores bonarum sententiarum.

Etrostris]

Suggestum, Græcè *ἐπιμα*, cathedra, vocantur à Romanis ro-

stræ, ut cum nominatur Oratio Ciceronis pro rostris. Rostra sunt

anteriores partes nauium, sicut igitur milites faciunt suggestum

congestis cespitibus, ita olim ex rostris nauium fiebant cathedræ o-

Decemuirales]

Liuius lib. 3. Decad. 1. Anno trecentesimo, altero à Roma condita, mutata est forma Reipub. propter tribunitia certamina,

Post Ciceronem nullius oratoris Latini lectio est utilior, quàm Liuij.

de quibus poëta inquit, Et cum consulibus turbantes iura tribunitiam antea Respublica gubernata esset partim à Regibus, partim à consulibus, certamina tribunitia præbuerunt occasio- nis legatis petiuerunt ab Atheniensibus communicationem le- gatum Solonis, quas in decem tabulis descripserunt, quibus postea additæ sunt duæ, vnde est appellatio duodecim tabularum, quæ sunt fontes iuris publici & priuati, ut ait Liuius, & Cicero in 1. de Oratore, Omnes bibliothecas philosophorū vnicus libellus duodecim tabularum superat, & auctoritatis pondere, & utilitatis v- luitate. Sed hic status decemuirorum non fuit diuturnus propter libidines Appij decemuiri, de quibus infra dicitur in Loco de

Sed Lex Dei est regula]

Proba quòd Lex sit regula æterna & immota mentis diuinæ.

Matthæi 5. Cælum & terra transibit, de Lege verò nullus transibit apex & nullum iota, Et Filius Dei venit, non ut deleter Legem, sed ut impleret. Si Lex Dei esset similis legibus Solonis, vel duodecim

tabularum, quorsum opus fuisset Filium Dei ad nos mitti & crucifigi? Sed quia Lex Dei est æterna & immota, ideo necesse fuit satisfieri iustitiæ Dei vel ipsi Legi (quod idem est) per hanc obedientiam Filij. Mouet me hic Locus, vt breuem historiolum obiter recitem iunioribus. Multi putât, qui sunt rerum ignari, primum disidium seu primam causam dissensionum inter Flacium & me, fuisse locum de libero arbitrio. Sed longè aliud fuit initium disceptationis inter me & ipsum. Cùm enim venisset Ienam anno 57, & ego aliquantò antè in schola repetiuissem hanc materiam de Lege, & more vstito, summam Legis vel Decalogi complexus essem certis capitibus, seu propositionibus ad disputandum accommodatis, & posuissem inter alia hæc verba quæ hic legitis, Lex Dei est regula æterna & immota mentis diuinæ &c. Flacius nouus hospes cœpit oppugnare hanc doctrinam, & perfecit suis artibus in aula, vt interdiceretur mihi disputatione, tantùm propter hanc particulam. Ego interrogabo hominem, an seridè ita sentiret, an verò tantùm more disputantium mecum luderet. Sed intellexi, tanta illum pertinacia & contumeliam libidine flagrare, vt ego & socer meus D. Sneppius satius quam scandalum excitare in schola, & cum homine philonico certamina subire nocitura tranquillitati publicæ. Postea verò, cùm paulatim progredieretur longius, nec solùm hanc doctrinam partem de Lege, sed etiam de aliis multis corrumperet, & hoc ageret, vt scripta Philippi ex manibus discentium excuteret, coactus sum officij & muneris ratione, ne diutius licentiam illam ei permitterem. Tantùm igitur, cùm non posset me opprimere alia specie magis plausibili & populari, excogitauit nouum certamen de libero arbitrio, de quo suo tempore plura dixi. Hæc recito iunioribus propterea tantùm, vt videant, quale sit studium cauillandi in hominibus iniquitatis & sophisticis, qui etiam in scirpo quærunt nodum, & doctrinam verissimam & simplicissimam audent conuellere & labefactare.

Christus]

Matth. 5. Breuis est hic aphorismus, vt multa sunt dicta Christi breuia, sed maximas res complectitur, quas in hac vita facis explicare non possumus, sed tamen vt pueri nunc discimus elementa, & præparamus nos ad cælestem Academiã, in qua audiemus ipsi Filium Dei *λόγος* concionantem de maximis rebus, Nunc vocabula declarem.

Soluere

## [Soluere legem]

*ἀπὸ νόμου*, significat non tantum delictum admittere contra legem, sed ipsam legem abolere, ut cum dicimus, Cicero consul-  
 voleuit legem Agrariam. Sic Demosthenes inquit Olynth. 3. Le-  
 ges quæ vobis nocent, soluite,

id est, abrogare, τὸς νόμους ἐλάττω-  
*ταίμας, λύσατε.*

At verò Christus non venit  
 soluere Legem, id est, tollere &  
 delere, sed venit implere Legē.

Quæritur, quot modis impleatur Lex à Christo.

## [Implere]

Christus quatuor modis implet Legem, primùm docendo.

Est enim non est Legislator, ut  
 Moyses: tamen Legem repetit  
 & rectè enarrat, reiectis ac repu-  
 diatis sordibus Phariseorum,  
 quibus Legem omnibus tem-  
 peribus hypocritæ corruptūt.

Primus modus, quo Christus  
 implet Legem, est doctrina seu en-  
 narratio Legis, seu repetitio. Et-  
 si enim Christus non est Moyses,  
 id est, legislator, tamen cum sit  
 doctor in Ecclesia, repetit vtrūq[ue]

in doctrinā, Legem & Euangelium, & sic enarrat Legē Matth.  
 & alibi, ut simul refutet somnia & deliria Phariseorum, qui Legis  
 potentiam corruperant, sicut adhuc hypocritæ eam corrumpunt.

Secundò, implet Legem moralem propria obedientia, quæ est

integra. Tertiò, deriuando in  
 poenā quam nos Legi de-  
 buimus. Quartò, implet Legē  
 effectiōe seu restitutione in  
 nobis. Non enim poenā tan-  
 tum pro nobis sustinet, sed etiā  
 restituit nobis obedientiam  
 seu conformitatem cum Lege  
 Dei, quæ in hac vita inchoatur,  
 & in Ecclesia glorificata seu tri-  
 umphante erit integra.

De secundo & tertio modo di-  
 citur Gal. 4. Misit Deus Filium  
 suum factum sub Lege, ut eos,  
 qui sub Lege erant, redimeret. Et  
 Gal. 3. Christus factus pro nobis  
 maledictum, redemit nos à ma-  
 ledictione Legis. In Loco de ius-  
 tificatione, quando dicitur de  
 impulsua causa nostræ iustifi-  
 cationis coram Deo, disserendū  
 erit de obedientia Christi. Cer-  
 tum est enim ex 5. capite Pauli ad

Roman. Deum iustificare nos, id est, pronuntiare iustos, absoluerunt

à peccatis, remittere nobis peccata propter obedientiam Filij unigeniti & dilecti, sicut clarè inquit Paulus, Propter vnus obedientiam multi constituuntur iusti. Sed nunc quaestio agitur noua à quibusdam non indoctis, neque malis hominibus: Vtrum simus iusti obedientia Christi passiuæ, an verò actiuæ. Actiuam obedientiam intelligunt de secundo modo, quo Christus impleuit Legem. Passiuam intelligunt de tertio modo, quo Christus soluit pro nobis *λύτρα* in cruce, & hanc obedientiam vocant cruciatam: sed nos intelligimus dictum Pauli, Per vnus obedientiam &c. non tantum de passione Christi, sed de tota seu vniuersa ipsius obedientia. Hanc totam Christi obedientiam sentimus esse causam & meritum nostræ iustificationis. Hæc dico, ne extenuetis secundum gradum impletionis Legis. Profectò necesse est, iuuentem diligenter discutere totum corpus doctrinæ Christianæ, propter quaestiones & disputationes, quæ subinde agitantur.

ἠθικῶν]

Moderatio, ἠθικὴ est suauitas  
humanitatis.

Hoc discrimen consid.]

Leges ciuiles regunt locomotiua, id est, externa membra.  
Philosophia requirit *μεγαλειον*,  
Lex Dei flagitat spirituales motus.

Primus gradus qui constituitur à legibus politicis, est gubernatio locomotiua, id est, externorum membrorum & gestuum, hæc vocatur à philosophis *δαιμονικη*, & potest esse simulata. Non semper congruunt externi gestus cum corde. Philosophia constituit secundum gradum, qui dicitur *μεγαλειον*, & vocatur elicita actio, id est seria, serium propositum. Lex diuina requirit tertium & summum gradum, scilicet motus spirituales, qui non tantum oriuntur à ratione & voluntate humana, sed ab ipso Spiritu sancto.

Lex spiritualis]

Rom. 7.

Est spiritualis]  
id est, gubernatio spiritualis, & iudicium spirituale. Quia omnis lex aut gubernat, aut iudicat. gubernat obedientiam, iudicat contumaciam.

Quia

*Quia arbitrabantur Legi Dei satisfieri]*

Aristoteles, Ineptum est, ineptos sermones exquisitè refutare. Mendacium in hacre est manifestum.

### De Legis impletione.

Sithoc infixum mentibus, naturam humanam in hac depravatione, massam horribiliter immundam esse, & dissimilimam Legi Dei. Et quanquam Deus ornauit aliquos magnis virtutibus, tamen præter Filiū Dei nemo satisfecit Legi, ceteri omnes collati ad Legem & iudicium Dei, sumus similes stercorei collato ad Solem.

Cogitate Legem esse speculū tersum & politum.

Psalms 51. Asperges me, Domine, hyssopo, & mundabor &c. Qui lotus est, inquit Christus, non indiget vt lauetur &c. Si igitur essemus mundi, non opus esset nobis hac lotionem, hac mundicie, de qua Ecclesia concionatur.

Huius sententiæ optima confirmatio habetur Philipp. 3. vbi Paulus de seipso sic inquit, vnus ex præcipuis luminibus Eccle-

siæ vt inueniar in Christo habens non meam iustitiam, quæ est ex Legem & operibus, sed eam quæ est ex fide, seu per fidem in Christū. Et in eodem capite inquit, Ego meam iustitiam & opera iudico esse vana, id est, canum fordes.

### Diuisio legum.

*Congruit cum ea parte]*

Decalogus est explicatio Legis naturæ, vel summa legum naturæ.

*Semper in Ecclesia]*

*αἰτία* Theologicum. Semper in Ecclesia sonuerunt vox Legis & promissionis, quia ad fundamentum pertinet vtraque doctrina, Lex & Euangelium. Nam sine Lege peccata non intelliguntur, teste Paulo Rom. 7. Concupiscentiam nesciebam esse peccatū, nisi Lex dixisset. Non concupisces. Et Rom. 3. Per Legem agnitio peccati. Est autē impossibile, sine agnitione peccati peruenire ad Christum

stum, ideo Lex appellatur pædagogus ad Christum. Sicut enim primus gradus ad sanitatem est nosse morbos, & primus gradus ad virtutem est nosse vitia: ita proximus gradus est ad iustitiam Deo placentem nosse peccatum, quod Lex monstrat, non sola ratio aut philosophia. Deinde in Ecclesia omnium maximè necessaria est promissio gratiæ de Mediatore, propter quem remissio peccati datur, & imputatur iustitia credentibus Euangelio.

*Ceremoniales & forenses]*

Leges ceremoniales sunt exercitia primæ tabulæ. Quia sunt ritus pingentes & repetentes doctrinam. Leges forenses sunt exercitia secundæ tabulæ, id est, dilectionis erga proximum.

Multa iudicari possunt ex his paucis verbis. Quid fuit circumcisio instituta Genes. 17? fuit exercitium primi præcepti, scilicet

declarati ex Euangelio, Ego sum Dominus Deus tuus: & ut Paulus loquitur Rom. 4. sigillum iustitiæ fidei. Ut enim Abraham audiuerat promissionem de semine, In semine tuo benedicentur omnes gentes: ita ritus ille, seu ceremonia illa, quæ vocatur circumcisio, instituta est in parte corporis, quæ seruit generationi. Sic aliæ ceremoniæ veteris Testamenti, ut mactatio agni in Paschate, & quotidiana sacrificia, quid fuerunt, nisi commonefactiones de vêtura victimâ de agno Dei tollente peccata mundi? Idem est usus nostrorum Sacramentorum, Baptismi & Cœnæ Domini. Cùm enim in voce Euangelij semper fiat expressa mentio redemptoris & sanguinis Filij Dei & corporis, ideo congruunt ceremoniæ, baptisus & Cœna Domini cum forma promissionis. Leges verò forenses sunt exercitia secundæ tabulæ, id est, dilectionis proximi, quia in disputatione forensi, & in quotidianis contractibus vult Deus exerceri nostram dilectionem, iustitiam, beneficentiam, mansuetudinem & alias virtutes.

*Neq̄ obligant nos]*

Lex tantùm obligat eos, quibus lata est. Item, Lex ad certum tempus lata, post illud tempus non obligat. Quare ad nos non pertinent leges forenses Moyfi, quæ non sunt naturales.

Proponam vnum exemplum legis forensis. In Leuitico cap. 25. traditur lex de anno Iubilæo, id est 50, quo omnes serui manumittantur.



quia semper in Ecclesia sonuerunt & sonabunt Lex & Euangelis. Deinde Flacius conatur tollere Legem ex metibus hominum, quia negat notitias naturales, & comparat hominem pecudi, bruto, animalino, trunco, & dicit, hominem non plus intelligere de Lege, quam animum aut lapidem. Sicut igitur Antinomi horribiliter peccant, tollentes Legem, quantum in ipsis est, ex Ecclesia: sic Flacius delet Legem in mentibus humanis: quid restat? hoc vnum, vt maneat Lex in Deo, quæ Lex iudicabit Antinomos & Flacianos suo tempore. Si quis putat, me aliquid fingere, vel amore, vel odio, huic possum demonstrare ad oculum, rem ita se habere.

Expositio Decalogi]

Nemo putet, se posse paucorum dierum meditatione exhausturæ, sed Dei ipsius sapientia, sine vlla dubitatione est infinita, & immensa, & æterna, qualis est ipse Deus. Leges humanas & præcepta philosophica possumus mediocri diligentia sic explicare & discere, vt non multum præterea requiratur, sed longè alia res est, & alia sapientia, quæ in Decalogo diuinitus proponitur. Huius enim vix parua elementa, tanquam pueri, in hac vita discimus, olim in vita æterna percepturi integram doctrinam. Hæc ideo dico, ne quis sit fastidiosus auditor necessariæ repetitionis. Mihi quidem hoc vsu venit, vt in singulis repetitionibus Decalogi videatur mihi esse nouum quiddam, & antea inauditum. Idem omnibus piis haud dubiè visitietas, sed vino vendibili nihil opus est suspensa hedera. Sic arguitor contra primam propositionem in expositione Decalogi, vtilissima & saluberrima & c.

Quicquid auget peccatum, non est vtile & salubre.

Decalogus auget peccatum, teste Paulo Rom. 7. Per Legem peccatum fit excellenter peccatum, vel supra modum peccatum.

Ergo Decalogi meditatio non est vtilis vel salubris.

Respondeo. Nego consequentiam, quia est fallacia accidentis. Quidquid per se auget peccatum, non est vtile, vt licentia vulgi auget peccatum per se, contemptus legum & magistratum auget peccatum per se. Deinde ad Minorem respondeo, Lex auget peccatum non per se, sed per accidens, quia natura nostra perterrefacta Legem fugit & odit Deum, non Legis, sed suo vitio. Summa hæc est, Peccatum.

entem per se augetur à natura immunda & rea, per accidens ab ipsa Lex. Lex est per se sancta, bona, sed per accidens est similis aquæ, cuius affusione calx viua accenditur. Idem sæpe est causa contrarietatis, vt dicitur in philosophia, sic Lex naturæ integræ est norma salutis, peccatrici naturæ est speculum peccati & iræ Dei.

Quia est sapientia Dei.

Nunquam exhauriri]

Quis potest fontem diuinæ sapientiæ exhaurire? Quid est omissa historiam valde venustam Reuerendi patris Lutheri piæ memoriæ, qui interrogauit quendam ex suis filiolis, quid proficeret, & nichilominus Christianum: mox subiecit reuerendus Doctor, Professor, quàm ego. Ego non ausim affirmare, me scire Catechismum. Quod autem dico de toto, id etiam dico de parte, videlicet de Decalogo.

Quo magis infania]

ἀπορίσματα, acquisitum, appendix, vel noua conclusio. In Dialecticis

traditur hæc regula consequentiæ, Quicquid sequitur ad consequens bonæ consequentiæ, sequitur etiam ad antecedens. Hæc regula congruit ad ἀπορίσματα, ad acquisita Geometrica: sic hinc additur ἀπορίσματα, scilicet, hinc sequitur, vehemèter errare illos, qui fingunt posse Legi Dei satisfieri &c.

Meliora]

id est, opera supererogationis,

ὑπεράσματα, appendices. Monasteria

quæ sine voto sunt, sua vota monastica esse opera supererogationis, id est, meliora, quàm quæ postulantur in Decalogo.

Sarcasmo]

Σαρκαζισμός, significat rictū irritati canis, vnde σαρκασμός, cum hosti. Vt cum dicunt Iudæi in passione, Ave rex Iudæorum. Item,

Si est Filius Dei, descendat de cruce.

Ironia est dissimulatio, cum id quod re ipsa detrahimus, prolixi concedimus.

Vt si dicam, Quàm sanctus vir est iste & iste, quàm bonus vir,

quàm bene meritis de Ecclesia, & de scholis harum regionum. Hoc

tribuitur ei, quod re ipsa detrahitur. Significatur enim contrarium esse verum.

Velum]

Pharisaica opinio de Lege.

*Pij hos errores]*

Qui delent agnitionem peccati in nobis, & extinguunt lucem de Mediatore, & de iustitia fidei.

*Primum autem hæc quatuor]*

Lex est testimonium de quatuor maximis rebus: primum de iustitia originali, quia idem significant hæc formæ loquendi, congruere cum Deo, & congruere cum Legē Dei. Quare cum homo conditus sit ad imaginem Dei, verè dici potest, quòd conditus sit ad imaginem Legis.

Conformitas cum Deo, & cōformitas cum Lege, idem sunt. Ergo cum textus dicat, hominē conditum esse ad imaginem Dei, est idem ac si diceret, esse conditum ad conformitatem & normam Legis.

Secundò, Eadem Lex est testimonium de peccato originali, quia eadem est doctrina contrariorum. Vt enim sensu oculorum percipimus album & nigrum, lucem & tenebras: Ita eadem Lex est speculum iustitiæ & peccati. Tertiò, dicit Lex testimonium de vita æterna, iuxta dictum Christi, Matth. 5. Amen dico vobis, donec prætereat cælum & terra, iota vnum, aut apex vnus nō præteribit ex Lege, donec omnia facta fuerint. Hinc rectè ratiocinamur, Necesse est, Legem aliquando impleri: sed in hac vita nemo satisfacit Legi, Necesse est igitur aliam vitam restare, in qua erimus conformes Legi sine peccato. Vltimò, Lex est testimonium de Christo, iuxta hæc dicta, Gal. 3. Lex est pedagogus ad Christū, Rom. 10. Finis Legis est Christus. Cum enim res ipsa ostendat, nos non implere Legem, ipsa necessitas cogit nos quærere Mediatorem, qui pro nobis implet Legem faciendo & patiendo.

Talis enim erat futura]

Habemus hęc ideam quam amissimus, sed recuperabimus eam post hanc vitam.

Nectamen intelligimus]

Rom. 8. Sensus carnis est inimicitia

Mentia aduersus Deum. Nam Legi Dei non subiicitur, nec subiici potest, scilicet, quod ad integram impletionem attinet.

[In carcere Legis]

In calamitatibus & paucibus conscientia discimus, quid sit Lex, quid postulet, quas poenas nobis denuntiet, & quis sit usus Le-

g<sup>a</sup>.  
[Iniquitates]

psal. 130. Est *aliqua* Theologicum, est breuis psalmus, con-  
ter octo versiculis, sed complectitur totam doctrinam de peccato,  
Legi & gratia. Videris, Spiritum sanctum esse diuinum & admi-  
nabilem oratorem, qui potest paucis versiculis magnas res comple-  
re, quae nullis commentariis, nullisque enarrationibus comprehen-  
di possunt. De peccato inquit, Si iniquitates obseruaueris &c. Idem  
dicit psal. 143. Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iu-  
stificatur in conspectu tuo omnis viuens, id est, Nemo est iustus co-  
mune, nemo tibi placet propria mundicie, propria dignitate, sed  
opus est alia iustitia, de qua Euangelium concionatur. De miseri-  
cordia inquit & de gratia, Apud te propitiatio est, id est, vt Paulus di-  
cit Ephes. 2. Donum Dei est iustificatio, non ex operibus, ne quis glo-  
rietur. Et in fine inquit, Speret Israël in Domino. vbi ad usum trans-  
lare docet doctrinam prius traditam.

[*Filij, seditionum*]

Thucydides lib. 3. describens seditionem Corcyraeorum, inquit,  
in seditione grassatur omnis species mali.

[*In finita mala*]

Malis fuit, Dauidem regno spoliari, quam exui ingenti glo-  
ria virtutis, quam antea habue-  
72.  
Hæc est vera non Rhetorica  
collatio. Plus enim boni est in  
virtute quam in regno. Ergo amissio virtutis & gloriae est maius  
malum, quam amissio regni.

[*Aeternas poenas*]

Cicero in Catone, Nihil est diuturnum, in quo est aliquid ex-  
tremum. Ergo omne finitum  
psal. 90. Mille anni sunt coram  
breue & momentaneum est, si te, sicut dies hesternus qui præ-  
conferatur ad aeternitatem. teriit.

*Perire necesse est]*

Quod si ex iure manu confertum poscere mens est,  
Nos caussa cadere, & longè antè perire necesse est.

Ex iure manu confertum vocare, id erat, Cleba adferebatur ad iudicem, quam vterque litigator prehensens, declarabat, se de re litigaturum, fuitque & hæc vindicandæ rei actio, tametsi quaestionem de vi non continebat. Gellius lib. 20. cap. 9.

Dicat aliquis, Hæc sunt peregrina & parerga. Respondeo. Nō sunt: quia iuuentus debet discere Grammaticam. Si mens est

poscere ex iure manu confertum, id est, Si litigare nobiscum volueris, aut iudicio nobiscum discere.

Quia enim Deus repetit]

Demonstratio legalis. Necesse est Legem fieri, Sed in hac vita non fit, Ergo necesse est, restare aliam vitam, in qua fiat.

Quod exuberat]

hominum peccatis, nostris & aliorum. vt Iohan. inquit 1. Cathol. 2. Ipse est propitiatio, non tantum pro peccatis nostris, sed pro peccatis totius mundi.

Rom. 5. Beneficia Filij Dei anteferenda sunt omnibus omnium

## DECALOGVS.

*Tamen fiunt etiam cultus]*

Opera politica & œconomica fiunt cultus Dei, quādo præstantur prælucente fide.

Olim monachi profus exornabant & abiciebant officia Magistratum, iudicum, opificum, agrorum & reliquorum

hominum, & dicebant esse opera mundana seu carnalia: sua verò opera monastica, esse spiritualia cultus. Nos discamus ex verbo Dei rectè iudicare de vita politica & œconomica, & sciamus, vtrinque ordinis officia Deo placere, si fiant ex fide.

Samuel]

1. Reg. 15. Saul ante pugnam cum vicinis gentibus Amalechicis, accepit mandata à Deo per ministerium & vocem Samuelis, ne parceret vlli homini aut pecudi, sed omnia interficeret ad vnum.

nom. Sed Saul vt hypocrita antefert suas imaginationes verbo  
 Dei, & ducit in triumphum Regem Amalechitarum Agag, & pin-  
 gues boues & armenta ducit in Iudæam, vt inde fumeret materiam  
 sacrificandi Deo. Hæc etfi habebant magnam speciem, tamen displi-  
 cent Deo. Ideo Samuel obiurgans Saulem, primum regem in popu-  
 lo Dei, inquit, Melior est obedientia, quàm victima, id est, Summus  
 Decalogus est audire verbum Dei, & hoc verbo regere obedientiam  
 moralem in prima & secunda tabula. Non est cultus Dei facere ope-  
 ra, quæ nos ipsi eligimus & instituimus sine verbo Dei.

[*Osee*]

Osee 6. Symbolum Christi Matth. 12. & aliàs sæpe, id est, Opera  
 moralia longè præstant ceremoniis.

[*Matth. 22.*]

[*Simile*]

Scilicet certitudine demon-  
 strationum, necessitate & caus-  
 finalis.

Hæc sæpe sunt declarata, O-  
 mnia præcepta sunt certa, quia  
 habent certam demonstratio-  
 nem, & habent auctorem Deū.

Secunda tabula tam est tradita à Deo, quàm prima. Deinde omnia  
 opera Decalogi sunt necessaria suo ordine, suo loco. Tertiò, omnia  
 opera primæ & secundæ tabulæ sunt referenda ad gloriam Dei.

[*Est enim cultus Dei*]

Qualis est hæc definitio? Cau-  
 salis. Quæ est efficiens causa cul-

tus? mandatum Dei, iuxta dictum Ezechiel. 20. Ambulate in præce-  
 ptis meis, & non in præceptis patrum vestrorum. Et Matth. 15. Fru-  
 stræ recedunt mandatis hominum. Et Paulus ad Coloss. expressè  
 damnat *ἠλοθενησίας*, id est, fictos cultus. Causa formalis est fi-  
 des, hoc est, agnitio & fiducia Mediatoris, iuxta dictum Hebr. 11. Im-  
 possibile est sine fide Deo placere, scilicet personam & opus. & Rom.  
 14. Quidquid est sine fide, est peccatum. Finalis causa est celebratio  
 Dei.

### De primo præcepto.

SICUT in precatione Dominica ordimur ab hac petitione,  
 Sanctificetur nomen tuum, id est, Tu verè agnoscaris, inuoceris &  
 celebreris: Ita Decalogi initium sumitur à vera agnitione & cele-

bratione Dei. Veram autem Dei agnitionem comitatur hi affectus, timor, fides, dilectio, & virtutes his cognata, quarum catalogum sepe recitauimus in Ethicis, & aliis.

De vera notitia]

Omnes sani homines (non enim nunc loquor de furiosis) etiam extra Ecclesiam, quaesuerunt & adhuc quaerunt de modo agnitionis Dei, quomodo Deus possit aut velit agnosci. Simonides sapiens poeta, interrogatus à Rege Siciliae Hierone, quid esset Deus, petiuit sibi dari spatium tridui ad deliberandum, sed tandem confessus est, se non posse essentiam & voluntatem Dei penitus perspicere, & quò diutius hæc arcana inquireret, eò se magis dubitare. Historia extat apud Ciceronem in 1. de natura Deorum. Nos vero in Ecclesia ex primo præcepto, & ex symbolo Apostolico discimus, quomodo Deus sit agnoscendus, videlicet per hæc duo media, quorum alterum est verbum diuinitus traditum, alterum est testimonium additum verbo. Sicut enim diplomatis Principum adduntur sigilla, ita Deus verbo suo addidit miracula, quæ sunt testimonia doctrinæ diuinitus traditæ, incurrentia in oculos. Discant igitur iuniores, Deum agnosci in Ecclesia per verbum & testimonia addita verbo. Hoc explicabitur per distributionem in textu.

Testimonium]

Volo iunioribus hanc sententiam populariter declarare. Si ego essem in hoc auditorio in media nocte, & in densa caligine, in qua nemo posset cernere faciem & corpus meum, quomodo ego possem ab auditoribus agnosci? audita voce, quæ plerisque est nota. Si quis audiret meam vocem, diceret, me esse in hoc loco præsentem. Ita cum Deus sit inuisibilis, nec possit oculis cerni, nec manibus prehendi, proponit vocem suam, qua audita vult agnosci & discerni ab omnibus creaturis & idolis, sed ne dubitarem de veritate & certitudine verbi diuinitus traditi, addidit huic verbo, Legi & Euangelio testimonia miraculorum, tanquam sigilla confirmantia nos & nostram fidem contra dubitationem. Tantum sunt duo sensus doctrinæ & disciplinæ, visus & auditus. Omnia quæ discuntur, vel visu, vel auditu percipiuntur. Pauca admodum discuntur, vel olfactu, vel gustatu. Ideo rectè nominatur visus & auditus, sensus disciplinæ vel doctrinæ, quia plurimæ res per actiones horum sensuum cognoscuntur.

*Quia Deus est inuisibilis]*

Iohan. 1. Deum nemo vidit vnquam. 1. Timoth. 6. Quem nemo vidit, nec videre potest, scilicet in hac vita oculis corporeis. De hac ignorantia prolixè disputat Augustinus epistola sexta. Deus non videtur oculis corporeis.

Beati mundo corde, inquit Christus Matth. 5. quoniam ipsi Deum videbunt.

*Hæc notitia nondum]*

Duplex est notitia Dei; altera Physica, altera Euangelica. Physicam, Euangelica verò est ipsa vita æterna, Ioan. 17. Hæc est vita æterna, vt agnoscant &c.

*Excutitur]*

Rom. 1. Qui cùm cognouissent Deum, non vt Deum glorificauerunt, neque ei gratias egerunt, ideo traditi sunt in reprobum sensum. Nemo potest caput primum ad Rom. legere sine ingenti confusione animi, quia ostendit, quanta sit potentia, quantus furor Diaboli in genere humano, & quanta sit nostra imbecillitas.

*Exaudiat]*

Quidam Epicureus collocauit in Creta statuam Iouis, sine oculis & auribus, vt significaret, Deum nec cernere res humanas, nec exaudire hominum vota.

Eductio ex Aegypto fuit plena ingentiũ miraculorum. Nam papyrus est traductus per mare rubrum, & postea in deserto est gutta mirabiliter: qua de re longum esset dicere, sed historia est nota ex Exodo.

*Deum tuum]*

Pronomina in Scriptura sunt emphatica, habet magnam emphasin, magnum pondus.

*Sic Adæ]*

Exempla quibus declaratur altera pars distributionis. Sunt testimonii, quæ declarat per exempla. Nam exempla maximè profuerit ad docendum,

Datum verbum]

Genes. 2. Quacumq; die comederitis ex arbore scientiæ boni & mali &c. Paradisus apud Xenophōtem in Oeconom, est hortus amoenissimus & fragrantissimus, qui procreat omnis generis fructus.

Testimonia de Deo]

Basiliius in cōcione 11. Genes. 1. Hic totus mundus est quasi quidam liber scriptus, celebrans Dei gloriam absconditam, & inuisibilem ipsius magnificentiam. Etsi enim voce caret, tamen ipso operetibi habenti mentem monstrat veritatem.

Mundus est magnus liber, magna schola cognitionis Dei, scilicet Physicæ, non Euangelicæ.

Ideo additum]

Euāgelij, Quod Filius Dei apparebit in humana natura, ut destruat opera Diaboli, peccatum & mortem, & restituat bona his opposita, iusticiam & vitam aternā. Hæc enarratio tradita est. Ioan. 3.

Semen mulieris conteret caput serpentis. Hæc prima est vox opera Diaboli, peccatum & mortem, & restituat bona his opposita, iusticiam & vitam aternā. Hæc enarratio tradita est. Ioan. 3.

Rapiebantur igne]

Hieron. in Genes. Vnde scire poterat Cain, quod fratris eius muñera suscepisset Deus, & sua repudiasset, nisi illa interpretatio vera esset, quam Theodotion posuit, Et inflammavit Dominus super Abel, & super sacrificium eius &c. Ignem autem ad sacrificiū deturandum, solitum venire de celo, & in dedicatione templi sub Salomōne legimus, & quando Elias in monte Carmelo construxit altare. Hactenus Hieronymus. Sic Genes. 8. scribitur, Odoratus est Dominus odorem suauitatis, id est, halitu suo, seu flammis cælestibus absorpsit sacrificia Noe.

Idem verbum]

ficut inquit Petrus Act. 10. Credimus & nos saluari, sicut & patres nostri, per gratiam Domini nostri Iesu Christi. Item fide purificante corda. Et Ioan. cap. 1. Omnes ex plenitudine eius accepimus, gratiam pro gratia. Et Paulus 2. Cor. 4. Habentes eundem Spiritum fidei.

Non habemus aliud Euangelium, quàm illi patres habuerunt, sicut & patres nostri, per gratiam Domini nostri Iesu Christi. Item fide purificante corda. Et Ioan. cap. 1. Omnes ex plenitudine eius accepimus, gratiam pro gratia. Et Paulus 2. Cor. 4. Habentes eundem Spiritum fidei.

Qui videt me]

Ioan. 14.

In sapientia]

id est, sapientem: per sapientiam, id est

Id est, per noticiam physicam: per stultam prædicationem, id est, per Evangelium, quod non est stulta prædicatio per sese, sed videtur talis esse: abhorret enim à iudicio rationis.

In sancta sanctorum]

Hebr. 9. Tres fuerunt partes templi Hierosolymitani. Prima sanctorum sacrificiorum. Secunda pars erat sanctum, id est, illa pars, in quam ingrediebantur sacerdotes & Leuitæ docentes & sacrificantes. Tertia pars sacratissima vocabatur sanctum sanctorum. Quia nemini licebat in hanc partem templi ingredi, nisi summo sacerdoti id id tantum semel in anno. Ita Christus ingreditur in sanctum sanctorum, id est, in arcanum consilium diuinitatis, videt pectus Patris, solus perfectè nouit Patrem, & perfert nostras preces & cultus ad eundem.

Hebræos]

cap. 4. Epiphonema.

Non ad thronum iudicij. Eadem dicta sunt supra in loco de

Deo, de patefatione. Summa hæc est de modo agnitionis Dei, Deus se est agnoscendus, sicut se patefecit, patefecit autem se dupliciter, partim uerbo, partim testimoniis additis uerbo, id est, miraculis & sacramentis.

Cultus autem]

Alterum membrum institutionis. Quod latet ignotum est, ignoti nulla cupido. Ergo prima uirtus & fundamentum aliorum uirtutum est uera notitia Dei.

Epiphonema]

Exemplum ratiocinationis ex ponderibus uerborum primi precepti.

Epiphanius, Scriptura indiget speculatione, id est, collatione ratiocinatione.

Zelotes]

Zelus significat indignationem ortam ex amore. Si tu diligis tuam

uxorem, aut tuam sponsam, concipis iustam iram & indignationem aduersus omnes, qui rem amatam vel lædunt, vel alienare conantur. Exemplum est in Samson, qui dimicauit cum Philistæis pro sponsa. Zelotes, id est, ardens amore suæ sponsæ, & irascens iis, qui suam sponsam lædunt, contaminant, aut quoquo modo abalienare conantur.

Timebis]

Deuteron. 6. citatur à Christo  
Matth. 4.

Diligas]

Deuter. 6. Matth. 22. Magna  
pars Scripturæ sacræ est enarra-tio primi præcepti, bona pars psalmodum, bona pars concionum  
prophetiarum.

Paulus inquit]

Rom. 8. *σρόνημα* complecti-  
tur actiones mentis & volunta-  
tis, id est, opinioniones & affectus carnales.

Iam dico]

Sequitur necessaria occupa-  
tio, Deus neminem approbat,  
nisi sit conformis Legi.*Inchoari potest]*Chrysostomus Ephes. 6. Nulla est utilitas dilectionis sine fi-  
de, imò ne quidem existere po-  
test aliter.id est, sine fide. Obseruetur  
hoc contra Papistas, Papistæ plu-ris faciunt vnum locum ex patribus, quàm mille locos ex Scriptu-  
ra. *ἰδὲ γὰρ οὐκ ἐστὶ ἀγάπης πίστεως χάρις, μαλλὸν δὲ ἴδι' ἀγνοίᾳ τοῦ ἀγαπᾶν ἐν  
πίστεως.* Ex his verbis Chrysostomi sumuntur duo *ἀξιώματα* Theo-  
logica, Dilectio non placet sine fide. Quando autem nominamus di-  
lectioem, intelligimus omnia bona opera, totam obedientiam. Vn-  
de sumitur hoc *ἀξίωμα*? Non tantùm ex verbis Chrysostomi, sed  
ex Scriptura, Rom. 14. Quicquid est sine fide, peccatum est, id est,  
res Deo displicens. Item Hebr. 11. Impossibile est sine fide placere Deo,  
scilicet personam vel opus. Secundum *ἀξίωμα*, Dilectio non po-  
test inchoari vel existere sine fide. Quia nisi priùs acceperis remis-  
sionem peccatorum, non potes Deum diligere. Vnde sumitur hæc  
sententia? Ex capite 7. Lucæ, vbi sic dicitur, Ille mulierum diligens, cui  
multa sunt remissa debita. Ideo Maria, siue quæcûque fuerit mulier,  
dilexit Christum, quia accepit remissionem peccatorum: alioqui  
non potuisset diligere Christum. Dic mihi, si tu deberes alicui centum,  
locupletari in hac vrbe mille florenos, & non posses soluere centum,  
nonne fugeres illius cuius conspectum & congressum? sed si perfol-  
ueres ei debitum, aut potius si tibi remisisset & donasset, tunc valde  
inciperes eum amare, nisi esses ingratisimus nebulo. Veterum di-  
ctum non sunt contemnenda, quando congruunt cum Scriptura.

Fugiant]

Fugiunt]

Rom. 7. Peccata, quæ per Legem existunt, erant in membris nostris efficacia, id est, dubitationes de Deo, fuga Dei, fremitus adversus Deum, odium Dei.

Peccata existunt per Legem vitio nostræ naturæ, non vitio ipsius doctrinæ. Nostra natura perterrefacta Lege, incipit Deum fugere, odisse, & mallet, nihil esse

Agnoito Christo]

Iacto fundamento. Tu non potes ædificare, nisi iacto fundamento, sine agnitione & fiducia Mediatoris.

Rom. 3. Lex per fidem stabilitur, scilicet imputatione, inchoatione, & tandem etiam consumatione.

Rom. 10. 7. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

Credendo]

His duobus verbis]

Duz sunt virtutes primi præcepti maximè insignes, timor & fides, quibus reliquæ adiunctæ vel potius cognatæ sunt. Nam timor cognatæ sunt humilitas & patientia: fidei adiunctæ sunt spes & dilectio, quæ omnes comitantur veram Dei agnitionem. Ita duo sunt præcipua peccata primi præcepti, Epicureus cõtemptus Dei, & idolatria. His duobus extremis verè pietatis, reliqui grammæ peccatorum concinnè adungi possunt. Hæc dicuntur membris causa, quia faciliùs memoris mandantur duo vocabula, quàm longa cõgeries virtutum & vitiorum.

Quando aliquis te interrogat de virtutibus primi præcepti, respondeas, duas esse præcipuas, videlicet, timorem Dei, & fidem,

id est, fiduciam misericordiæ. Si autem requirit causam, cur sis contentus hac enumeratione brevis: Responde. Quanquam plures sunt virtutes primi præcepti cognatæ vel adiunctæ timori & fidei, tamen ex experientia spirituali maximè sentimus pauores & consolationes pertinent ad timorem, consolationes ad fidem. Sic interrogatus aliquis de peccatis pugnantis cum primo præcepto, non indicat longum catalogum, sed vtatur hac breuitate, dicat,

pietatem versari inter duo extrema, quorum alterum est Epicureus contemptus, alterum idololatria, quæ est multiplex, imò infinita. His duobus gradibus facile possunt & nullo negotio adiungi, & quasi annecti reliqui gradus.

*Timorem enim oportet experiri*]

Bis repetitur idem vocabulum, vt significetur, præcipuum lumen esse pietatis spiritualem experientiam, quæ nihil aliud est, quàm vicissitudo paucorum & consolationum. Sicut enim in mûdo sunt vices dierum & noctium, æstatis & hyemis: ita perpetua vicissitudo est paucorum & consolationum in animis piorum, vt ostendunt exempla psalms & concionum Prophetiarum.

Nō frustrā dixit Epiphanius, quod sæpe solemus inculcare, Scriptura nō indiget allegoribus, sed indiget duobus adminiculis, quorum alterum est *Scriptura*, id est, speculatio, alterum est *aidnos*, id est, sensus, seu experientia spiritualis. Tantum enim quisque scit, quantum experitur: & verè dicit Syracides, Qui non est tentatus, qualia scit? Sed iuuentus adhuc ignara communium miseriarum & calamitatum earum, de quibus loquimur, consideret exempla ex psalmis & Prophetis, & discat ex alienis exemplis, quid sit experientia spiritualis. Quoties Daud in psalmis vsurpat has querelas, Ego dixi in consternatione & pauore meo, Proiectus sum à facie oculorum tuorum, psal. 31. & psal. 22. non solum Christus exclamat, sed etiã omnes, qui sunt membra Christi, Deus meus, quare me dereliquisti? Hæ & similes voces declarant, sæpe pios incidere & mergi in hanc tentationem, vt existiment, se esse desertos vel abiectos à Deo. Rursus verò, quàm multa leguntur fidei *divina*, id est, carmina latissima, quibus prædicantur victoriæ aduersus trepidationes & pauores, vt psal. 118. Dominus tecum, non timebo, quid faceret mihi homo? Sed summâ harum vicissitudinum & alterationum nullus psalmus, vt mihi quidem videtur, melius pingit ante oculos, quàm psal. 30. Ego dixi in prosperitate mea, id est, in victoria fidei, in magna latitia spirituali, in triumpho fidei, Nō mouebor in æternum, seu, Ego non vnusquisis æstimo Diabolum & totum eius regnum seu mundum. Sed quid accidit? an est latitia perpetua? non. Quid paulò post sequitur? Domine, in benevolentia tua constabiliuisti montem meum, sed

tim absconderes faciem tuam, sum conturbatus &c. Audis querelas tristissimas, quæ pertinent ad timorem & pauorem, sed sequitur iustus læticia & *ἠνιμίον*: Conuertisti planctum meum in gaudium &c. Hunc psalmum ideo breuiter repeto, vt iuuentus in alienis exemplis, tanquam in speculo cernat, quid sit experientia spiritalis, quid pavor, quid fides.

Recensui]

Afflictionum]

De priori genere]

Quivult]

Oportet nos]

Pretiosa]

hypotyposi poetica pingit pretium mortis sanctorum.

Prudentius de Romano :

*Excepit astant angelus coram Deo  
Et que locutus martyr, & que protulit,  
Nec verba solum differens condidit,  
Sed ipsa pingens vulnera expressit stylo,  
Guttam cruoris ille nullam perdidit.*

Psal. 56. Nunquid tu in utrem colligis lacrymas meas &c. Et Christus inquit, Omnes capilli capitis vestri numerati sunt. Ad talia dicta alludit poeta Lactantius, qui descripsit coronas martyrum, Estne pretiosa mors pecudis? Non. Quia in morte pecudis omnia extinguuntur, anima & corpus, nihil pecudis reliquum est post mortem, nisi illa massa cadaueris, quæ paulo post putrescit. Deinde, Estne mors impiorum & tyrannorum pretiosa? Non. Mors peccatorum pessima, inquit psalmus. Sed sanctorum mors est pretiosa, quia & ornat Deum gloria, vera agnitione, inuocatione & celebratione, & habet gloriosum exitum in vita æterna, vbi sancti fulgebunt sicut Sol, & sicut stellæ, teste Daniele, in omni æternitate. Non intelligas hunc versum tantum de martyribus, sed de omnibus piis

*ἁπλογισμὸς.*  
sive sint *πρωρίαι*, sive *δοκιμασίαι*, sive *μαρτυρεία*.

id est, de martyriis & de exercitiis, vt carcer Ioseph, supplicium Baptistæ.

Matth. 16.

Rom. 8.

Psal. 116. Recitabo paucos versus ex Prudentio, qui quadam

morientibus, de quibus scribitur in Apocalypsi, Beati qui in Domino moriuntur.

*Vult magis se metui]*

Daniel 3. Notum fit tibi Rex, quòd Deos tuos non colimus, & statuam auream, quam erexisti, non adoramus.

A domo Dei]

Ab Ecclesia. i. Petr. 4. Sumpta est còcio Petri ex prouerbis Salomonis, vbi Salomon sic argumentatur à fortiori, Si iustus in terra percutitur, persoluit, quantò magis impius & peccator, id est, vt Christus inquit in historia passionis, Si hoc fit in ligno viridi, quid fiet in arido? hoc est, Si Ecclesia, quæ est cætus Deo placens, & sanctificatus ad vitam æternã, duriter castigatur à Deo, vbi manebunt peccatores & impij? quid fiet de reliqua multitudine, vel peccatis facie generis humani, quæ furenter offendit Deum, & omnia facit ingrata Deo?

*Subiecta est morti]*

Quidam venuste dixit, Cùm Filius Dei pendeat in cruce, cur nos non staremus sub cruce?

*Deus sit nobis propitius]*

Tres sunt præcipuæ consolationes in omnibus ærumnis. Prima, remissio peccatorum, quæ est, vt Augustinus ait, asylum Ecclesiæ. Secunda, agnitio præsentis salutis exitus, vt 1. Cor. 10. dicitur: Fidelis Deus, qui non finit nos tentari supra vires, sed dat cum tentatione exitum, vt possimus vincere.

Nolite murmurare]

Propè est Dominus his, qui tribulato sunt corde, psal. 34. psalm. 77. Hæc est ægritudo mea, sed dextra excelsi potest hæc mutare.

Sperat etiam in morte suauissus, Salomon.

1. Cor. 10. Saul murmurat contra Deum, tanquam tyrannum.

Sic Cato, Pompeius, sic Brutus.

*Potenti manu]*

1. Pet. 5. Manus Dei est potens ad vtrumque, ad humiliandum, &

& ad exalrandum. Pellit Deus Dauidem in exilium, sed eundem restituit in regnum.

Sic Nabuchodonosorem Regē

Babyloniæ Deus deiecit de summo fastigio, & præcipitavit in acerbissimas calamitates, sed hunc conuersum ad se Deus restituit in regnum.

Psal. 51.

psal. 4.

*Deum magis timeri, quàm tyrannos]*

Liuius lib. 9. Decad. 4. Veremur quidem vos, Romani, & si ita uultis, etiã timemus, sed plus & veremur & timemus Deos immortales, inquit Lycortas dux Achæorum.

Achæi habuerunt tres duces, celebres in omni historia Græca

& Latina. Primus fuit Aratus Sicyonius, cuius meminit Cicero in 3. Offic. Secundus fuit Philopœmen, cuius vitam descripsit Plutarchus, sicut & Arati. Tertius Lycortas, de quo nunc loquimur. Huius hæc est oratio apud Liuium, valde animosa & generosa. Quomodo differunt vereri & timere? Duplex est timor, filialis & seruilis. Vereri, est filialiter timere. Timere, est seruiliter timere, vt seruus timet dominum. Sic nos debemus Deum vereri, tanquam patrem, & timere tanquam Dominum.

*Corripimur]*

1. Cor. 10. Quare medicus interdum secat aut vrit membrū

interdum? vt sanet. Scitis, quàm grauis sit morbus cancer, hunc morbum necesse est secando & vrendo tollere ex corpore. Hæc sectio & vritatio, quæ fit à medico perito, non fit animo hostili, & cupiditate nocendi, sed vt seruetur in vita & sanetur, qui hoc morbo premitur. Ita Deus castigat nos fame, peste, bello, & aliis mille modis, publicè & priuatim, non vt damnet, aut perdat, sed vt seruet nos, ne pereamus cum hoc mundo.

*Virtus]*

rara & difficilis.

*Pax Dei]*

Pax est tranquillitas cordis, orta à fide & spe, à fide accipiente

remissionem peccatorum propter Mediatorem gratis, à spe expectatos exitus.

Antithesis, id est, catalogus peccatorum  
pugnantium cum primo præcepto.

*Traditum à Deo]*

Contra venenatam dubitationem, seu contra ignitum telum  
Diaboli, an doctrina Prophetica sit diuina, teneantur hi septem  
gradus testimoniorum, quorum primus continet miracula Ec-  
clesiæ propria: secundus est doctrinæ propheticae antiquitas. Ter-  
tius, collatio doctrinarum. Quartus, experientia spiritualis. Quin-  
tus, fortitudo martyrum in suppliciis. Sextus, stabilitas Ecclesiæ.  
Septimus, pœnæ hostium Euangelij. De his gradibus testimo-  
niorum scribunt Iustinus & Tertullianus in suis apologiis, & Eu-  
sebius Cæsariensis in libris de  
præparatione Euangelica, vt su-  
prà diximus in prolegomenis  
Locorum.

Ecclesia Dei habet multos ho-  
stes, Ethnicos, recentes Induos,  
Mahometistas, hæreticos &c. &  
alij hostes aliter refutandi sunt.

Indæi recentes, qui non reiciunt scripta Prophetica, possunt de-  
bent refutari, citatis testimoniis propheticiis, sicut faciunt Apostoli  
in Actis, Petrus & Paulus. Ethnicos verò, qui non amplectuntur  
scripta prophetica, alia ratione refutare oportet, videlicet collectio-  
ne horum testimoniorum, quæ breuiter & summatim repetimus.  
Primum enim miracula ante oculos proponenda sunt, quæ sunt co-  
pera solius naturæ omnipotentis, & quæ à nulla creatura fieri pos-  
sunt. Deinde monstranda est Ethnicis ex collatione historiarum an-  
tiquitas doctrinæ. Tertiò, genera doctrinarum conferenda & dis-  
cernenda sunt, vt ex hac collatione appareat, doctrinam Ecclesiæ  
perfectiorem esse. Quartò, ipsa experientia spiritualis in pauperibus  
& consolationibus conuincit omnes sanos, non esse Euangelium  
inane commentum, & inanem fabulam, sed verè verbum Dei & do-  
ctrinam diuinitus traditam. Postea adiungendi sunt reliqui gradus,  
videlicet stabilitas Ecclesiæ, & continua series doctorum in Ecclesia  
inde vsque ab Adam, item fortitudo martyrum in suppliciis, deni-  
que hæreticorum & tyrannorum pœnæ.

*Alligari]*

Axioma Theologicum. Deus  
sine suo verbo non vult ad vili-  
rena

non alligari, hæc regula euertit infinita idola Ethnica & Papiſtica.

*Idolorum]*

Idolum, eſt reuera nihil eſt, teſte Paulo 1. Corinth. 8. tamen hominum opinione, aut eſt ſubſtantia, aut locus, aut actio. Subſtantia, veſtatua, cui tribuitur potentia diuina. Locus, vt templum Iacob in Hiſpania. Actio, aut tribuit honorem Deo debitum creaturis, aut fingit opiniones & cultus ſine verbo Dei. Sunt igitur quatuor ſpecies idolatriæ: prima, in ſubſtantia: ſecunda, in prædicamento Vbi: tertia & quarta, in prædicamento actionis. Hæ ſpecies diligenter obſeruandæ ſunt & diſcernendæ propter concioſitate Propheticas, quæ magna ex parte conſumuntur in accuſatione idolatriæ.

Magia olim ſignificabat ſapientiam, vt oſtendunt ſcripta Platonis & Xenophontis. ac Magi fuerunt ſapientes Perſarum, ſicut teſtatur ſecundum caput Matthæi, venerunt Magi ab Oriente, id eſt, ex Perſia, qui haud dubiè fuerunt aliquiſque auditorum Danielis. Sic etiam Sophiſtæ nomen apud Græcos quodam fuit honorificum *εὐφημον*, ſed vt aliæ res temporibus mutantur, ita etiam ſignificationes vocabulorum aliàs ſunt aliæ. Et prædictum eſt, Vocabula valent vſu ſicut nummi. Nunc enim Magi Sophiſtæ malè audiunt. Significant contraria veræ ſapientiæ & doctrinæ. Mutatis rebus, mutantur etiam ſignificationes.

*Sine ordinatione]*

Definitio ſuperſtitionis, quæ eſt falſa opinio, tribuens alicui rei vniuèſe cauſis phyſicis, & ſine ordinatione Dei.

non tantum præſentibus, ſed etiam æternis ſuppliciiſ eam maſtabo.

*ωνδ ματόμαχοι*, Macedoniani.

*Interficiam]*

Quare Iulianus vocatur Apoſtata à Græcis? Quia defecit ab Euãgelio. Inſitiò fuit ſtudioſus Euangelij, poſtea deflexit ſuam ſententiam de doctrina ad opinionem Ethnicorum, vt plerunque aulæ atque imperant ſuam gubernationem ad publicam pacem, accommodant religionem ad vtilitatem, nolunt politias turbari diſputatioſus.

Parabola de semine]

Luca 8. In illa parabola tantum quarta pars seminis fructificat, reliquæ partes sunt fructus expertes.

Voluptates]

Plautus: Malo me ista mulier amet, quàm Dij.

Magna est confusio in amore, Fluctuat incertis erroribus ardor amantum. Sic avarus ad suam pecuniam dicit, Malo retinere pecuniam, quàm religionem.

Rebus gestis]

Intra annos sex, post mortem patris Philippi: nullius viatoris passibus tam citò potest orbis terrarum peragrari, quàm non dixerit. Volitavit per orbem terrarum, sicut dicit Daniel, habere eum alas, &amp; non contingere terram.

Postea]

Post captam Babylonem cepit furere Alexander.

Agnoscit hanc arrogantiam]

Daniel 4. Nuncigitur ego Nabuchodonosor laudo, &amp; magnifico, &amp; glorifico regem cæli, quia omnia opera eius vera, &amp; magnivix eius iudicia, &amp; gradientes in superbia potest humiliare.

Sicut Maria inquit in Cantico, Deposuit superbos de sede, &amp; exaltauit humiles.

Interficitur]

tur hæc inscriptio in statua Sennacherib, In me intuens, disce pietatem, εις εμὲ ὀρέων, εὐσεβήσῃσθε.

à filiis in templo, 4. Reg. 19. &amp; apud Herodotum lib. 2. vbi legitur, disce pietatem.

Heroici viri]

est sapientia, virtus &amp; felicitas supra communem captum &amp; imitatem hominum, sunt gemmæ in genere humano, reliqui homines sunt lapides, si conferantur cum heroicis. Sicut gemmæ sunt rari.

Wunderlent. Sic Lutherus interpretatur. In viris heroicis interpretatur. In viris heroicis interpretatur. In viris heroicis interpretatur.

Tristissimis casibus]

Ovidius. Obruit ingentes ista procella viros: hoc est, videtur

libro Sapientiæ : Potentes potenter tormenta patientur. Deus  
 uat analogiam, id est, proportionem inter pœnam & personam.  
 Magnarum personarum pœnæ sunt tragicæ.

Pompeius]

Pompeius dixit, se suppfessione vnius pedis posse totâ Italiani  
 replere armatis exercitibus. Sic

Est arrogans vox.

Timotheus filius Cononis di-  
 xit. Hac ego feci, non fortuna:

Cicero scribit de Pompeio vi-  
 cto & fugato, in lib. 9. epistolarû,  
 Nec reges, nec socij, nec fœdera,  
 nec reliqua auxilia, quæ crebrò

scribit Plutarchus in vita Syl

cto & fugato, in lib. 9. epistolarû,  
 Nec reges, nec socij, nec fœdera,  
 nec reliqua auxilia, quæ crebrò

celebrat ostetare Pompeius, possunt iam fugienti opem ferre. Si quis  
 habet fiduciam humanorum præsidiorum, & hac fiducia mouet &  
 suscipit res non necessarias, dignus est tali exitu.

Interfecit]

Clytum & Parmenionem.

Sophocles de Aiace.

vt homo amens.

Lucæ 16.

id est, sine timore Dei.

Iuuenalis :

Aiace]

Aiax]

Abominatio]

Sublime]

Clarius]

Omne animi vitium tantò conspectius in se

crimen habet, quantò maior, qui peccat, habetur.

Quale subiectum, talia accidentia: qualis persona, talia sunt vitia.  
 Quasi subiectum est, quod dicit Plutarchus, Sicut paruus næuus, par-  
 ua macula in facie magis deformat hominem, quàm cicatrix in re-  
 liquo corpore: ita Principis peccata sunt conspectiora, magis incur-  
 ribus, sed etiam oculis hominum, vt inquit Cicero:

Contagij]

Omnes homines sunt superbi & inuidi, vt in versibus dicitur,  
 Dum sibi quisque placet, credula turba sumus. Item, Nemo est,  
 quem non possis aliqua in re

id est, sibi placentem.

Desid]

Vnicus & pauper]

psal. 25.

desertus ab omnibus creatur-  
 ris. Certè in morte deserimur à

creaturis. Item psal. 27. Pater & mater, id est, causæ secunda: nominat speciem pro genere: deferuerunt me, Dominus autem suscepit me.

Scriptura]  
Collegi]

vt psal. 4. Ephes. 4.  
Epilogus. Vicia sunt conspectiora virtutibus.

*Distribuamus]*

Distributio virtutum rectissimè ex Decalogo sumitur.  
Faciliùs]

Quia affectus sentiuntur in corde.

Quotuplices sunt virtutes? Aliæ sunt generales, aliæ speciales. Quæ vocantur generales? Quæ complectuntur multas virtutes, vt humanitas est copulatio iustitiæ, & aliarum virtutum mitiorum. Sic pietas est copulatio & chorus omnium virtutum primi præcepti. Speciales, quæ tantùm vnam virtutem complectuntur, vt partitionia.

### Secundum præceptum,

Absoluimus primum præceptum, quod est omnium aliorum præceptorum principium & finis, *a* & *o*. Nam præcepta reliqua referenda sunt ad primum, quia finis omnium actionum nostrarum debet esse Deus. Sequitur præceptum secundum.

*Postquam]*

Admonitio de ordine præceptorum Decalogi, qui est sapientissimus. Nam primum præceptum regit cor, secundum gubernat linguam.

In corpore humano est imago pulcherrimæ politiæ. Sicut enim in aulis oratores, seu Cancellarij proximè adiuncti sunt regibus & Principibus: Ita Deus in fabricatione corporis humani adiunxit linguam & reliqua organa vocis & sermonis cordi. Nam opiniones & affectus non possunt aliter patefieri, & cum reliquis hominibus communicari, nisi sermone, qui est vox articulata & distincta. Quare, vt primum præceptum regit cor, id est, opiniones & affectus erga Deum: ita secundum præceptum gubernat linguam, moderatur vsus sermonis de Deo.

Diliges]

Deut. 6.

sem]

[Item] Ioan. 4. Est *ἀέλωμα* Theologicum. Sic Paulus inquit Rom. in Spiritu sancto. Regnum Christi est spirituale, non est corporale.

Non vsurpabis &c.]

Verba secundi præcepti. Dixi sæpe de discrimine inter propositiones affirmatiuas & negatiuas. Affirmatiuæ profunt ad docendum, & relinquunt in animis auditorum certam Ideam, siue vt Græci dicunt, sunt *εἰδοποιηταὶ*, vt Maluaticum est vinum. Maluaticum calefacit. Hæ affirmatiuæ sunt *εἰδοποιηταὶ*, id est, relinquunt speciem seu imaginem in tuo animo, sed negatiuæ sunt fortiores in refutatione. Nam optima forma refutandi est simplex negatio, siue simplex infirmitas. Ergo quando audis negatiuas, quæ sunt accusationes peccati in Decalogo, prius cogita de affirmatiua, quæ relinquit speciem seu imaginem in animo.

[Itē, docete]

Vt Matth. 28. Præceptum de prædicatione Euangelij in toto orbe terrarum.

[Inuoca]

psal. 50. Est breuis versiculus, quem debemus recitare in prebra nostris. Nam hic versiculus, quanquã breuis, tamen tria membra continet. Primum est præceptum de inuocatione veri Dei, alterum est promissio de exauditione. Non frustra inuocas, non inuoca Deum surdum & mutum, sed inuocas Deum exauditorem precum, vt dulcissimè dicitur psal. 65. Exaudis vota hominum, ideo ommis caro ad te veniet. Nō potest Deo tribui dulcior titulus, quàm hic, quod sit exauditor precum. Tertium membrum huius versiculi est præceptum de gratiarum actione, exauditus agat Deo gratias, iuxta gradationem, quam sæpe auditis:

Christianus tentatur,

Tentatus inuocat,

Inuocans vel orans exauditur & liberatur.

Exauditus & liberatus agit gratias.

Sic argumentor.

Ore fit confessio ad salutem,

Ergo bona opera sunt necessaria ad salutem, tanquam causa seu meritum salutis.

Declaro dictum Pauli. Respondeo ad dictum Pauli. Aliud est necessarium, ut causa iustificationis, aliud est necessarium, ut effectus sequens iustificationem. Necessaria est igitur confessio in renatis, ut effectus necessario sequens, ut in viuento dicimus, necessario spirationem esse, quæ tamen non est vitæ causa. Iohannes in epistola Canonica cap. 3. sic inquit, Nos scimus, quod simus translati ex morte ad vitam, quia proximum diligimus. Disertè dicit Iohannes, Nos scimus, quod simus translati, non dicit, nos sumus propterea translati ad vitam, ut testetur dilectionem, confessionem & alia opera nõ quidem esse causas iustificationis & saluationis (est enim vnica tantum causa, obedientia & meritum Filij Dei) sed tamen esse signa monstrantia nos verè translatos esse ex morte in vitam, & discernenda verè renatos ab hypocritis. Potest aliquis gloriari de sua fide, de sua conuersione ad Deum, de sua pietate &c. Sed <sup>reus peccatorum</sup> id est, certissimum argumentum atque indicium veræ pietatis, fidei & conuersionis est dilectio proximi, item confessio veræ sententia. Hæc suo tempore dicentur prolixius.

Testis]

Et petit]

Prima pars iuramenti.

Secunda pars. Duæ sunt partes in omni iuramento. Prior est

inuocatio Dei, in qua petimus, ut Deus sit testis nostræ promissionis seu asseuerationis de re honesta & possibili. Disertè dico, de re honesta & possibili, quia ad impossibile nemo obligatur. Deinde nulla vota, nullum iuramentum debet esse vinculum iniquitatis, iniusta non sunt promittenda, nec facienda, etiam si sint promissa. Altera pars iuramenti est imprecatio, qua tibi ipsi imprecaris iram Dei & pœnas in casu periurij, iuxta comminationem additam secundo præcepto, Non habebit Deus in fontem, quisquis vanè vsurpabit nomen Dei. Iam cogita, quanta res sit, quam arctum vinculum iuramentum. Horrendum est, incidere in manus Dei, inquit Epistola ad Hebræos, scilicet irati, quia Deus est ignis consumens.

Quantum vinculum]

Cicero in 3. Officiorum, Nullum vinculum ad astringendam vitam iureiurando maiores arctius esse voluerunt. Et Lycurgus contra Leocratem, Illud autem cogitate, nerum totius publici status esse iusurandum. Cùm enim tria sint membra ciuitatis magistratus, iudices, priuati: Hi omnes inter se coniuncti sunt iuramentum.

zeiurando, hanc ob causam, quia multi pœnas effugere possunt, quas homines de fontibus sumunt: At iudicium & pœnas diuinas nemo effugere potest, & si non ipse, tamen posterij & totum genus in calamitates magnas incident.

Hesiodus vno versu totum locum de iuramento conficit, inquitens: ἀνδρὸς εὐδόκῃ γενεὴ μετὸ πιθεὶν ἀμείνων: Viri seruantis iuramentum, id est, rectè iurantij posteritas erit melior, felicior, tranquillior. Theocritus, Piorum liberis est melius, impiorum deterius, hoc est, vt inquit psalmus, Generationi rectorum benedicetur, Ecce semina impiorum peribit. Si quis igitur non parcat propriae salutis, propriae famæ & existimationi, tamen parcat suæ posteritati & totius familiæ, in quam redundant pœnæ periurij.

*Agnito Christo]*

Ioan. 14. Nemo venit ad Patrem, nisi per me, & Rom. 10. longa extat gradatio de hac sententia, Quomodo inuocabunt, nisi credant, quomodo credent, nisi fiant?

Gratiarum actio est virtus cognata inuocationi. De similibus autem & cognatis idem est iudicium. Quid est Euangelium, nisi sermo de Filio Dei? Subiecta materia & ὑποκείμενον Euangelij est Filius Dei.

*Timor & fides]*

Psalm. 33. Oculi Domini super timentes eum, & super eos, qui sperant in misericordia eius. & Psalm. 147. Non in fortitudine eius, id est, Hos approbat, hos complectitur sua misericordia.

*Sacrificabo]*

Psalm. 116. Ἀντίδοτα, quæ nos Deo reddere possumus, & quæ Deus postulat & approbat, sunt inuocatio, gratiarum actio, & tolerantia in cruce.

Dauid interrogat se ipsum, Quid reddam Domino, pro omnibus quæ mihi dedit? Est operatio subiectionem rhetoricam, Tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini inuocabo, calicem salutarem accipiam, id est, sole-

rabo crucem, non exitiosam, sed salutarem piis.

*Nomen*]

Aeschines contra Ctesiphontem, Cauete ab illis oratoribus, qui semper in ore habent nomen Reip. Et Salustius de coniuratione Catilinæ, Bonum publicum simulantes, pro sua quisque potentia certabant

Lex non annuntiat]

Rom.3.

Lex agnitio peccati, Rom.4. Lex iram operatur, 1. Cor.15. Aculeus mortis peccatum, peccati potentia Lex, 2. Cor.3. Lex ministerium mortis, & litera occidens.

Econtra Euangelium est ministerium spiritus & vitæ, vt eodē loco dicitur, sunt *æquæ* Theologica & Paulina.

Discedite]

Matth.25.

*Adduntur maledictiones*]

Maledictiones propter duas causas additæ sunt Legi. Primum, vt sciamus opus esse iustitiæ Dei, quod peccata puniuntur tantis calamitatibus. Deinde vt sciamus, has ipsas calamitates esse vocem Legis commonefacientem de pœnitentia.

psal. 39. Propter iniquitatem corripis filios hominum.

Portabit iniquitatem patris, & anima, quæ peccauit, quæ peccauit, ipsa morietur. Ergo Ezechiel pugnat cum Moyse, qui dicit, Ego visitabo iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem. Concilia Ezechiel cum Moyse. Qualis concio est, Ezechielis oratio? Est vox Euangelij, quæ promittit salutem agentibus pœnitentiam, Vt ego, nolo mortem &c. Comminatio verò primi præcepti est vox Legis, & præcipuè denuntiat pœnas corporales. Nullus enim filius aut nepos, si sit ad Deum conuersus, propter maiorum delicta æternis pœnis afficitur. Sed pœnæ præsentis vagantur per posteritatem propter delicta maiorum, quæ tamen & ipsa mitigantur conuersis. Hærodus, sæpe mali malefacta viri populus luit omnis.

Sic argumentor: Ezechiel propheta cap. 18. inquit, Filius non

Tertium præceptum,

De ordine præceptorum Decalogi sæpe iam dictum est. *Omissa igitur*



alia leges ceremoniales & forenses Moyfi, quæ non sunt naturalis. Sed quatenus hoc præceptum est morale, ac præcipit de conseruatione ministerij, & de publica congregatione, perpetuum est in hac vita, & omnes homines obligat, sicut 1. Cor. 11. dicitur, Annuntiate mortem Domini, donec veniat.

seu donec ad nos redeat iudicaturus viuos & mortuos. Non sumus alligati superstitiosè ad vnum diem: quòd autem conuenimus die Dominica, id fit sine superstitutione, posset eligi alia dies, si nõ haberetur ordinis ratio.

*Vt maneat & propagetur]*

Præcipua causa, propter quam, doctrinam & ministerium oportet audiri & conseruari, hæc est, Quia sic Deus colligit Ecclesiam, & non aliter, scilicet, voce & cogitatione scripti Euangelij, cum auditur aut legitur.

Vos, qui versamini quotidie in studiis doctrinæ, cogitate, propter quas causas sit discendum, etiam in hac vltima & tristissima mundi senectute, in qua videtur esse maiores confusiones, quàm antea. Prima & præcipua causa discendi est gloria Dei: de hac causa inquit Paulus, Omnia facite ad gloriam Dei. Et Christus inquit Ioan. 15. In hoc glorificatur pater meus, si fiat is mei discipuli. Clarè affirmat, patrem æternum affici vera gloria, laboribus discendi & docendi, & studio propagandæ necessariam doctrinam. Altera causa est collectio & conseruatio Ecclesie seu ministerij (sunt enim connexa inseparabilia, Vbi nulla dicitur Ecclesia, ibi nullum est ministerium, & econtrà) De hac causa dicitur Ephes. 4. Filius Dei sedet ad dexteram Patris, dans dona hominibus, dans ingenia, literas, artes, linguas, vt ædificetur corpus Ecclesie. Nam omnia sunt condita & conseruantur propter bonis huius mundi, tanquam corui, qui sæpe pascuntur vnà cum gallinis, aut sedent ad aliena pabula, sicut fuci apud Virgilium. Tertia causa discendi est, vt habeamus quisque suo loco pro sese necessariam & salutarem consolationem, opponendam peccato & morti in vita, si postremo actu vitæ. Semper manebit aliqua Ecclesia siue magna, siue parua, vbicunque tandem sit futura, siue in his regionibus, siue in alijs, quia portæ inferorum non præualebunt aduersus eam, & Filius

us Dei semper adest suæ Ecclesiæ vsque ad consumationem seculi  
 primùm cogitemus de corpore totius Ecclesiæ, & præpare-  
 mus nos ad ministerium necessarium Ecclesiæ, deinde etiam de no-  
 bis ipsi priuatim cogitemus, & queramus necessariam doctrinam  
 & consolationem, ne tempore hyberno, & in concursu tentatio-  
 num nobis desit frumentum, cibus & potus animæ.

Corpus Christi]

Ecclesia.

Fluctuemur]

Est metaphora digna confi-  
 deratione.

Christus]

Lucæ 10. non respiciamus ad  
 personas ministrorum, quæ pos-

sunt esse infirmæ, sed ad personam Christi instituētis & conseruan-  
 di hoc ministerium.

*Allegoriam]*

Quam tradit epistola ad He-  
 bræos cap. 4. & quæ alibi est re-  
 ferata de speciebus Sabbathi.

Non volo illa prolixè nunc  
 repetere. Primum sabbathum  
 est creationis, Genes. 2. Secundū  
 est pædagogicum, de quo nunc

dicamur. Tertium est Sabbathum Filij Dei in morte, & in sepulchro,  
 & quæsiuit, vt caro posset crucifigi. Quartum Sabbathum est  
 allegoricum, Hebr. 4. id est, quies & tranquillitas animæ, quæ non  
 tribuitur fluctibus errantium cupiditatum, sed acquiescit in Chri-  
 sto tanquam portu. De hoc Sabbatho Christus inquit, Estote mites  
 & humiles, sicut ego sum, & inuenietis requiem animabus vestris.  
 Quinta species est Sabbathum æternum, Esaia ultimo.

scilicet de Sabbatho pædago-  
 gico, de vna specie, nõ de omni-  
 bus.

Seruentiam]

*Donatista]*

Augustinus epistola 162. recitat integram historiam de origine  
 Donatistarum, quorum recita-  
 tio instituetur in Loco de Ec-  
 clesia.

Breuisimè nunc attingam  
 historiam de Donatistis. Augu-  
 stinus cum quatuor malis bestiis

maxime depugnauit, cum Arrianis, cum Manichæis, cum

Pelagianis, & cum Donatistis. Sed nulla harum bestiarum secta, quæ crudelis, tam sæua, tam immanis, quàm Donatistarum secta, quæ grassata est, non tantùm sophistica & impia fraude, sed etiam manifesta tyrannide, quam Imperatores Romani, admoniti à Diuo Augustino, armis represserunt. Summa autem opinionis Donatistarum hæc fuit, Quod nusquam Ecclesia esset, nisi in sola Aphrica, & quod illi tantùm essent membra veræ Ecclesiæ, qui se aggregassent ad numerum & cœtum Donatistarum, reliquos homines in toto orbe, & in ipsa etiam Aphrica damnabant & excommunicabant. Interdixit etiam suis vsu Sacramentorum, quæ administrabantur ab aliis Sacerdotibus, qui non erant Donatistæ. Deinde vbi erat occasio, etiam gladios stringebant aduersus innocentes homines, & in primis vitæ Augustini acerrimas insidias struebant, neminem enim magis metuebant, nullius acrimoniam magis reformidabant, quàm Augustini. Ac nisi Deus seruasset suo quodam consilio Augustinum inter tot & tantas insidias hostium, haud dubiè fuisset millies oppressus à factione seditiosa & rabiosa Donatistarum. Conferte hæc cum nostris temporibus, profectò non ouum ouo, ne lac lacti similitudinem esse potest, quàm Flaciani similes sunt Donatistis. Non enim tantùm verbo & scriptis pugnant, sed vbi habent occasionem, ibi etiam à se dissentientes, non iudicio ordinario, neque disceptatione scholastica, sed vi atque armis magistratus, cuius autoritate & prædiis abutuntur, opprimere conantur, cuius asseuerationis ego possum esse locuples testis. Sicut olim Donatistæ neminè iudicabant esse membrum Ecclesiæ, nisi addictum suæ factioni: ita similis est Flacianorum audacia & impudentia, qua audent scribere & affirmare, se solos esse membra Ecclesiæ, & omnes à se dissentientes, esse hæreticos, & nescio quales. Res est manifesta, ego cum magno dolore expecto, res legant ipsi epistolam Augustini.

Cham]

Genes. 9. Cham fuit subannator patris.

Non tegere eorum]

Constantinus Imperator dixit, Sacerdotum peccata non esse agenda in publicum, quia talibus scandalis hominum animi à doctrina alienantur. Theodoretus lib. 1. histor. Eccles. cap. 11. Est grauißima ratio simplici à scandalo.

Cum

Cum Constantinus Magnus pius Princeps indixisset Synodum Nicenam, venerunt Niceam 318 senes, sapientia, usu rerum, & aliis donis Spiritus sancti excellentes. Habuerunt autem in suo comitatu diaconos, & quosdam alios, ut fieri solet in talibus congressibus & conuentibus. Ex his igitur comitibus & asseclis summorum virorum aliqui obtulerunt Constantino Magno libellos continentium varias accusationes & querelas de aliorum moribus, & petitionem ab Imperatore cognitionem causæ, & legitimam diiudicationem. Sed Imperator grauissimè respondit, prius esse tractandam, id est, maximè necessaria, explicandam esse doctrinam veterem, & refutandam contrariam, postea se deliberaturum de *παράγωις*, qualia certè erant querelæ istæ. Post finem Synodi iussit ad se afferri libellos quos antea colligatos obsignauerat, ne quis posset pagellas aliquas inspicere aut legere, & in conspectu totius Synodi comburi iussit hos libellos, & addidit dictum memorabile, quod iam annotatis sacerdotum &c. Quia horum malis exemplis, multi decerentur à doctrina. Si multi hoc tempore imitarentur Constantinum, minus esset malorum in Ecclesia.

Primum præceptum]

*ἀξιωμα.*

*Ceu vita aliorum]*

Plato dixit, animam Reipub. esse doctrinam sapientiæ, sine qua nec reipub. nec priuatæ domus rectè administrari possunt: in anima aliorum præceptorum est primum mandatum.

Accedere]

quasi animam ad corpus.

Ministerium]

2. Cor. 3. Quomodo differunt archetypus & typus? Ar-

chetypus est viuum exemplar, ad quod alia imago exprimitur, ut Carolus Imperator adhuc viuens erat archetypus, quem multi pictores expresserunt suis lineis & coloribus. Imago verò repræsentans archetypum, vocatur *τύπος*, vel *ἀντίτυπος*, pictura Caroli in tabula vocatur typus.

Non est iam tempus differendi de causis, cur sint instituta Sacramenta, & de usu harum ceremoniarum, sed erit aliquando tempus locus, ubi dicendum erit, qualia sint signa, an sint allegorica, ut multi somniant, an sint exhibitina.

Sæpe recitauit venustissimum dictum Lutheri de precibus sacri-

ficulorum & Monachorum, Sacrificuli & Monachi Papistici orant, legunt psalmos sine intellectu, deinde orant sine affectu, tertio, orant cum contradictione, quia damnant veram doctrinam: contra hos monachos & sacrificulos teneamus hæc dicta, Paulus Coloss. 3. ait, Sermo Dei habitet inter vos abundè cum omni sapientia. Opponitur autem sapientia sophisticæ & ignaviæ. Ita psalmus 47. inquit, Psallite Domino sapienter. Eadem est autem sententia Pauli cum psalmo, igitur non opus est alia interpretatione vel glossa.

## De secunda tabula.

*Muniuntur*]

Cicero in Pisonem, Leges sunt propugnacula, muriq̄ tranquillitatis atque otij.

Mementote hoc dictum in fine de dignitate legum politicarum. Leges sunt propugnacula & muri tranquillitatis atque o-

tij, id est, vt nos dicimus, disciplinæ & pacis.

*Vitæ politicæ*]

Deus transfert atque constituit regna, quasi dicat, Non armis tantùm constituuntur & retinentur imperia, sed constitutio & conseruatio imperiorum sunt opera sapientiæ, iustitiæ & potentie diuinæ.

Rom. 13. Omnis potestas à Deo ordinata est. Et Daniel 2.

*Sed duo adiungit*]

Differunt politica Aristotelis, & secunda tabula Decalogi dupliciter, primùm mentione causæ efficientis, deinde causæ formalis. Nam Aristoteles in i politici, non monstrat Deum auctorem politiarum, sed extruit politicam doctrinam ex hoc principio, Natura ad societatem condita est, in qua opus est personis gubernatibus. Deinde tantùm philosophatur Aristoteles de officiis ciuilibus, & de operibus, quæ ex contractibus debentur. Decalogus vero & digitum intendit ad fontem politiarum, id est, ad Deum, & includit officiis politicis hanc causam finalem, vt omnia fiant propter Deum.

*Odiorum & inuidentiæ*]

Cicero pro Balbo, Est huius seculi labes quadam & maxima virtutis

virtuti inuidere. Idem lib. 3. ad Attic. epistola 49. Nos non inimici, sed inuidi perdidierunt.

Fons inuidentiæ est superbia.

Id ostendit exemplum inuidiæ

in Diabolo. Diabolus primùm est superbus, contemnit Filium Dei & genus humanum, deinde inuidet Filio Dei gloriam, quã habet, & generi humano condito ad imaginem Dei, inuidet dona, quibus est ornatum diuinitus. Cùm igitur vreretur gloria primorum patrum, & liuidis oculis aspiceret imaginem Dei nostræ naturæ impressam, impulit miseros & cæcos homines impia fraude, siue vt Plautus loquitur, doctis dolis, & facietis fabricis, vt facerent contracta mandato diuino, & sibi accerferent tenebras & reliqua mala, quibus nunc sumus immerfi. Nunc igitur in hac corruptione naturæ omnes sumus superbi & inuidi, alius magis, alius minùs, sed nemo est, quem non aliqua in re cernere possis suffenum, & qui non interdù sentiat stimulos inuidiæ. Tunc autem crescit hoc malum, quando aliquis non habet conscientiam propriæ industriæ. Verisimè enim Cicero dixit in quadam Philippica, Nemo habens conscientiam propriæ industriæ, inuidet alienæ virtuti. Inuidia est signum atque indicium magnæ imbecillitatis, & magnæ superbiæ.

*Furores amantium* ]

Cicero hunc versum recitat de amantibus, Fluctuat incertis erroribus ardor amantum.

Nihil potest dici significatiùs de amore: comparat amorẽ fluctibus marinis, & dicit, hunc ardorem habere incertos errores,

magnam *ἀταξίαν* & confusionem appetitionum.

*Auaritia* ]

Salustius de coniuratione Catilinæ, Auaritia pecuniæ studio habet, quam nemo sapiens concupiuit: ea, quasi venenis malis imbuta, corpus animumque vilem effeminat, semper infirmita, insatiabilis est, neque copia, neque inopia minuitur.

Habetis apud Paulum, 1. Tim. 6. memorabile dictum de auaritia, Auaritia, inquit, est radix omnium malorum, & qui volùt

scites fieri, implicant se multis curis vanis, & incidunt in laqueos Diaboli: & alibi vocat auaritiam cultum idolorum. Ideo Christus inquit Matth. 6. Non potestis Deo seruire & mammonæ. i. auaritiæ.

Nunc igitur]

Iam sequitur dulcissimus locus de causis, Cur homines sint conditi ad societatem.

Societate viuamus]

id est, vt non fiamus monachi eremita. Oportet iunioribus

hunc locum esse notum, quia est dulcissimus, prodest ad dicendum & iudicandum, & ad regendos mores.

### De causis humanæ societatis.

Quoties de societate humana dicitur, semper cogitandæ sunt causæ diuini consilij. Ideo ad societatem condita est rationalis creatura, vt alij alios de Deo, & de aliis rebus bonis doceant, & habeant occasiones exercendæ fidei & inuocationis, imò vt sit appetitio æternæ societatis cum Deo & tota Ecclesia. De prima causa noti sunt versiculi dulcissimi:

*Vtq; alios alij de religione docerent,  
Contiguas pietas iussit habere domos.*

Est enim ad docendum opus congregatione. De altera causa teneatur dulcissima imago Margaritæ. Vt enim hæc sit purior & lucidior iactata fluctibus marinis: sic fides & inuocatio crescunt in ærumnis huius vitæ, teste Paulo Rom. 5.

Gloriamur in afflictione, quia afflictio tanquam occasio efficit patientiam, est materia circa quam, vel obiectum, circa quod exercetur patientia.

De postrema causa dicitur Iohan. 17. Oro Pater, vt sint in nobis vnum, id est, nobiscum cõsociati æterno vinculo, & postea inter se sint vnum, id est, concordēs, & tradentes inter se muruas operas.

Non vult]

Declarat causas humanæ societatis pulcherrimis exëplis Dauidis & Dauidis.

*Lex facit exæquationem]*

Notus est Græcus versiculus: *εἰς εὖ δὲ λ. & οὐκ εἰς ὀδύνας ὁ δὲ αὐτοῦ.* Quia Dominus in familia plus sustinet curarum, quàm quisquam seruorum.

Omnes

Omnes homines sunt, aut certè debent esse vnius corporis mè-  
 mbrorum. Nulla est arctior copulatio, quàm membrorum in corpore hu-  
 mano, de quibus dicit Hippocrates, Diuinus est consensus inter mè-  
 mbrum eiusdem corporis, diuina *συμπάθεια*. Quando vnum mem-  
 brum dolet, omnia membra simul dolent, oculus aspicit locum af-  
 fectum, manus tangit locum, qui dolet. Talis debebat esse affectio  
 inter nos, si essemus membra Christi. Princeps in sua ditione est ma-  
 gis tranquillus, & verè ciuis aliquis priuatus viuit commodiùs &  
 securiùs, quàm reges & Principes. Priuatorum hominum vita  
 tranquillissima, sed hoc nemo credit.

*Patrem & matrem*]

Cicero post reditum ad Qui-  
 ros, Parentes charissimos ha-  
 bere debemus, quòd ab iis no-  
 stra vita, patrimonium, libertas,  
 & cetera tradita est.

populum Romanum, Romu-  
 lus dictus est Quirinus, inde Qui-  
 rites, ciues Romani.

Nos addimus in Ecclesia: Pa-  
 rentes sunt diligendi, quia non  
 vitam ab eis accepimus, sed etiam doctrinam & disciplinã  
 & disciplinã Domini, Non possumus vlla oratione satis amplifi-  
 care merita & beneficia parentum erga liberos. Politica officia ne-  
 cessaria anteferantur ceremoniis.

Eleemosyna est melior, quàm  
 ieiunium.

frange esurienti panem]

De quarto præcepto.

Abolimus in textu Locorum primam tabulam Decalogi, quæ  
 continet tria præcepta, Non habebis Deos alienos, Non assumes no-  
 men Domini vanè: & Sabbathum sanctifices. Nunc ergo accedimus  
 ad secundam tabulam Decalogi, cuius initium sumitur à quarto  
 præcepto: Honora patrem & matrem tuam, vt sis longæuus super  
 terram. Est autem breuissima huius præcepti narratio tradita à Sy-  
 lade, Honora parentes sermone, opere & patientia.

Quæritur autem]

Coniugium est fons politix  
 & Ecclesiæ. Si enim in familia  
 non possit esse procreatio sobolem: si nulla fieret pro-  
 creatio generis humani, vnde posset colligi Ecclesia? aut quis esset?

ordo personarum in Repub? Verissimè igitur dicitur, quòd conitium sit fons, & fundamentum, & initium Ecclesiæ & Reipub.

*Sapientia Dei, bonitas*]

Sapientiam ostendit ordo, qui est discrimen virtutum & victorius miranda sapientia ordinatos: Iustitia Dei conspicitur in pennis politicis. Conspicitur & bonitas Dei erga genus humanum quia hoc modo societatem hominum conseruat. Ideo autem conseruat, vt inde Ecclesia colligi possit, & vult, politias esse hospitia Ecclesiæ.

Considerate hæc tria paulò attentius. Ordo est distinctio, distributio non facta casu & temerè, sed magno consilio sapientis artificis. Vt igitur ordo corporis illustre & euidentis de-

rum caelestium & inferiorum est testimonium illustre & euidentis sapientia Dei, sicut Euripides inquit: *κόσμος ἐστὶν καλὸν ποιεῖν ἄνευ τῶν θεῶν σοφῶν*. Ita ordo rerum & personarum, ordo legum, iudiciorum contractuum, & ipsa distinctio personarum superiorum & inferiorum sine vlla dubitatione testis est de sapientia Dei. Non est enim intellectus ordinis in bestiis, sed naturæ intelligentis proprium deus est ordinis intellectus. Deinde iustitia Dei conspicitur in pennis fœdatorum, vt indicat Claudianus in versibus contra Rufinum, lib. 1.

*Absulit hunc tandem Rufini pœna tumultum,  
Absoluit q̄, Deos.*

Tertiò, bonitas lucet in conseruatione politiarum. Bonum enim est communicatiuum, congregatiuum & conseruatiuum, e contra malum est dissipatiuum & destructiuum. Quare cum Deus conseruet coniugia & politias, ac præbeat hospitia Ecclesiæ, confitendum est, Deum esse bonum, beneficium, & generi hominum amicum. Quod aliquando ad gubernacula Reip. seu in luce rerum versaturi sumus, faciant sibi familiarissimè notum hoc quartum præceptum.

Secundò complectitur]

De hoc Paulus inquit Rom. 13. Cui tributum, tributum: cui vestigal, vestigal. Quid differunt tributum & vestigal? Tributum soluitur de rebus immobilibus, de fundis, Græcè *φῶρος*, vestigal soluitur pro mercibus, quæ exportantur aut importantur, Græcè *τέλιον*, inde *τελώνης, τελώνιον*.

*Diligentia sanemus]*

Titius lib. 3. Decad. 3. Paren-  
talia ferendo patiendó-  
talienda est.

Congruit cum sententia Pla-  
tonica, Parentum deliria feren-  
da sunt. Vterque loquitur de mo-  
rositate, non de sœuitia crudeli.

*Discerni autem res]*

Admonitio de discrimine  
ordinem politicũ & per-

Nónne in scholis differunt i-  
psæ artes & artifices? Artes sunt  
præclara Dei dona, necessaria hu-  
mano generi, & adminicula, nõ

politice societatis, sed etiã explicacionis doctrinæ Christianæ.  
Sed artifices sunt in magno discrimine, alius alio est excellẽti-  
or exterior, alius minus dexteritatis, cõsiliij, ingenij & acrimoniæ

non sunt tradendo. Quare rectè dixit Ptolomæus, Errata artificum  
sunt ordinanda ipsi artibus. Ita hoc loco coniugium & poli-  
tice in cõiugio & politia sunt dissimiles. Nequaquam igitur pro-

ordinem politicũ & per-

sonarum aliquid detrahendum est coniugio aut  
politice. Primum reuerenter sentias de ordine diuino, deinde tri-

ordinem politicũ & per-

personis, quantum merentur.  
Seruanda est proportio inter  
verba & res. Cũ describitis

Excrabatur]

si comica, quoti-  
diana, oratio debet esse suauior, mollior, minùs grandis.

Caligulam & Neronem]

Suetonius, descripsit 12. Impe-  
ratorum vitas, ab Augusto vsque  
ad Domitianum.

*Domitianum]*

Caligula & Nero veriùs fuerunt immanes belux, quàm Impe-  
ratorum. Recitat etiam hic scriptor duo dicta Caligulæ, ex quibus  
suetura fieri potest de huius monstri immanitate. Caligula di-

immanes belux, quàm Impe-  
ratorum. Recitat etiam hic scriptor duo dicta Caligulæ, ex quibus  
suetura fieri potest de huius monstri immanitate. Caligula di-

omnes licere,

Hæc non est vox hominis, sed  
Diaboli.

[Pauci omnibus]

Quàm pauci sint boni Principes, dictum Claudij cuiusdam indicat, qui ait, Omnium bonorum Principum imagines in vno annulo sculpi posse.

Numerate bonos reges in populo Israël, quot habetis? quatuor, aut quinque, aut tyranni. In regno Persico habetis duos, Cyrum & Artaxerxem Longimanum, qui putatur esse filius Esther. Reliqui fuerunt tyranni, vt Cambyses, aut quæstores. In regno Aegyptio, vnicus fuit Ptolomæus Philadelphus. Laudatissimi Imperatores Romani fuerunt Augustus, Traianus, Cõstantinus, Theodosius, Marcianus, Carolus Magnus, Otto primus, & pauci quidam alij.

Traianus]

Dion hæc recitat, & repetitur à Suida.

Aurelius Victor: In Traiano fuerunt, quæ ab egregijs Principibus expectantur, sanctitas domi, in armis fortitudo, vtrobique prudentia.

Traianus, etsi fuit Ethnicus, tamen valde amavit doctos. Et quanquam exercuit sententiam in Christianos, mitigavit fauicia

Christianos, tamen admonitus à Plinio Iuniore, edicti contra Christianos.

[Contra me vtaris]

scilicet in defensione proprij corporis, aut eorum, quorum tibi demandata est defensio.

Si Imperator vellet has regiones iniusto bello delere, profectò Elector noster cogere tur defendere suos mandato diuino.

[David, Salomon]

Non modò inter reges, sed ne inter priuatos homines tale par vnquam fuit, quales hi, pater & filius, David & Salomon. Pater mansuetudine & probitate Deo charissimus, insignis vaticinio, filius sapientia cunctos mortales antecellens.

Saullem]

[Vt oculus videat]

primum regem in populo Dei. id est, vt gubernator videat. Iob. Ego fui oculus caecorum, id est,

gubernator imbecillum. Et Adrastus rex apud Pindarum, odia  
 Olympiorum his verbis deplorat interitum Amphiarai fratris:  
 habero te, tanquam oculum nostri exercitus, qui eras vtrumque,  
 bonus & bellator fortis. Hanc metaphoram mementote pro-  
 ferre vel distum Christi, Si oculus tuus te offenderit, id est, si governa-  
 tor vel politicus, vel œconomicus volet te abdu-  
 cere à vera doctrina, desere illum. Amandi sunt homines, sed ita vt  
 non amentur illorum errores.

de gubernatione Ecclesiæ, de  
 explicatione doctrinæ, de di-  
 iudicatione dogmatum.

*Fideles sint*]

Fidelis est verax & beneficus. Sic Deus dicitur fidelis, quia o-  
 mnimoda fide seruat promissa, & est  
 beneficus erga genus humanum.  
 Medicus dicitur fidelis, qui  
 verax & beneficus, id est, qui  
 veram, quam profitetur, rectè  
 afficit, & in medicatione præ-  
 cise assiduitatem & diligentiam.

Ita doctor in Ecclesia vel scho-  
 la est fidelis, quando tenet sum-  
 mam doctrinæ quam profite-  
 tur, & est diligens, assiduus, non  
 affectata negligentia ferias que-  
 rens.

Ne contra mandatum]

Obsequere, quam hominibus. Matth. 22. Date Deo, quæ Dei sunt, &  
 Cæsari, quæ sunt Cæsaris. Prouerb. 24. Time dominum & regem.

Alia præcepta sunt absoluta,  
 alia relatiua. Relatiua sunt ter-  
 tium & quartum, quia tertium collocat hominem in societate Ec-  
 clesiæ, quartum deducit hominem ad congregationem politicam.  
 Qui autem versatur inter alios, hunc necesse est habere commercia  
 & communicationem officiorum cum aliis. Hinc existit relatio, id  
 est, permutatio officiorum & quædam communicatio.

Xenophon]

lib. 8 παιδείας, Ἄρχων ἀγαθὸς  
 ἕδὲν διαφέρει πατρὸς ἀγαθοῦ. Est

delectissima & humanissima oratio, Bonus Princeps non differt à  
 bono patre. Sicut enim pater afficitur cura liberorum, defendit li-  
 beros, gubernat & quasi in sinu fouet: Ita eadem sunt gubernatoris

erga subditos officia & beneficia.

Pater]

Ephes. 6. Educate liberos vestros in doctrina & disciplina Domini.

Zelus]

Iusta indignatio aduersus manifestam turpitudinem, est affectus mixtus partim ex amore, partim ex ira. Qui amat iustitiam, odit sophisticam. Est igitur zelus mixtura quædam ex amore & ira.

Totus Decalogus]

ἀξιωμα.

Meministis definitionem Aristotelicam magistratus. Aristoteles in 5. Ethic. sic definit magistratum, ἀρχων ἐστὶ φύλαξ τῶν νόμων. Hæc definitionem non tantum intelligas de secunda tabula, sed etiam de prima, quod attinet ad externam disciplinam. Differunt armentarius & Magistratus: Armentarius tantum curat suis bobus pabulum, & defendit corpora bouum. Magistratus vero non tantum exerceat iustitiam iuxta leges secundæ tabulæ, sed etiam sit membrum veræ Ecclesiæ, & omni officio adiuuet, & ornent ac teneat cõseruariæ doctrinæ de Deo, & de aliis rebus bonis.

Propter Deum]

propter conscientiam, vt ait Paulus.

Cura vocationis]

Sedulitas. Semper vitia sine conspectiora virtutibus, quia

virtutes sunt rarissimæ, & vix exigua simulacra virtutum conspiciuntur in genere humano, cum è regione vitia late grassentur. Seditio est motus subditorum aduersus magistratum, cuius finis principalis est rapere aut mutare imperium, vt Absalon est seditiosus, quia mouet bellum aduersus patrem Dauidem, non defensionis causa, neque enim erat læsus à patre, verbo aut factò, sed principaliter mutandi & rapiendi imperij causa. Scitis autem quid Salomon dicat de seditiosis, Prouerb. 4. Time Dominum, filii mei, & regem, & cum seditiosis ne miscearis, quoniam repente cõsurgit perditio eorum &c. Exempla huius regulæ à Salomone tradita suppeditant historiæ nostræ ætatis, vt anno x xv. rustici excitarunt in Germania horribilem tumultum, sed à legitima potestate repressi iustas pœnas seditiosis persoluerunt. Sic anno xx xiv. motus est

editio in vrbe VVestphaliæ Monasterio ab Anabaptistis fanaticis,  
 sed quas pœnas dederit dux seditionis & reliqui affectæ, notius est,  
 quam vt debeat hoc loco prolixè commemorari.

significat inspectorem, cura-  
 torem, inde composita vox,  
 curans aliena negotia, inspiciens aliena nego-  
 tium agendo.

Præterea]

Voluntas, vt dicitur in Diale-  
 ctica, facit discrimen aut perso-

nam, vt dominus, seruus: magistratus, subditus: sacerdos, popu-  
 lum. Aut rerum, vt proprium, alienum, commune. Sicut igitur supra  
 inter quarto præcepto monstrauius discrimen inter personas & res,  
 de ipsarum rerum, id est, imperiorum discrimine & gradibus. Qua-  
 mor monarchiæ, Babylonica, Persica, Græca & Romana dimicauit  
 vel de gloria, vel de imperio, non gesserunt bella, vt deleant Eccle-  
 siam aut Euangelium, sed in omnibus & singulis monarchiis fuit a-  
 gentia Dei Ecclesiæ, vt Ecclesiæ populi Iudaici exulauit annos 70. in  
 Babylone. Deinde in Persica monarchia fuerunt pij reges & bene-  
 uolenti erga Ecclesiam, Cyrus & Artaxerxes Longimanus, qui putatur  
 fuisse filius Esther, Iudaicæ mulieris. In regno Græco etiam Ecclesiæ  
 fuit dispersa in toto orbe terrarum, vt regnante Ptolomæo Phila-  
 delpho, in Aegyptum accersiti sunt ex Iudæa 70 interpretes, qui cõ-  
 uerterunt scripta Prophetica in linguam Græcam, quæ versio adhuc  
 vocatur, & appellatur versio 70 interpretum. Hac occasione latè pro-  
 orbem, vt docerent doctrinam Propheticam inter gentes. De Ale-  
 xandro, vt de ceteris non dicã, scribit Iosephus verax scriptor, fuisse  
 eum beneficem erga summum Sacerdotem populi Iudaici, & erga  
 totam Ecclesiam. In imperio Romano quanquam multi fuerunt  
 tyranni, tamen fuerunt etiam multi nutritij Ecclesiæ, vt Constan-  
 tinus, Theodosius, Martianus & alij. Sed ab his quatuor monar-  
 chis discernendũ est Turcicum imperium, vel potius latrocinium.  
 Quia Turcæ non tantum dimicant de gloria vel imperio, sed prin-  
 cipiter propter hunc finem, vt deleatur Ecclesiæ, & memoria seu  
 nomina nominis Christi. Hoc discrimen diligenter considerandum  
 est, non tantum propter Daniele cap. 7. sed etiam propter hunc

postremum Diaboli furorem, qui grassatur in genere humano per molem imperij Turcici. Licebat olim Christianis militare, sequentibus ductum & auspicia Romanorum Imperatorum, item regum Persicorum & Græcorum, sed non licet iam militare homini Christiano cum Turcis, qui inferunt bellum Deo, Ecclesiæ & Christo.

Lex]

Alcoranus.

Crescentibus]

*ألتوا*, Crescentibus peccatis, crescit pœnæ. Nemo somni et

nemo speret mitigationem pœnarum, nisi peccata decrescant, & delicta, frustra speratur mitigatio pœnarum. Apud Esaiam dicitur cap. 1. Desinite malè facere, & discite bene facere, hoc si feceritis, mitigabuntur pœnæ. Desinite igitur malè facere, hoc est, removere causam pœnarum. Posita causa in actu, & non remota, seu non impedita, semper sequitur effectus. Est autem peccatum causa omnium malorum & calamitatum in genere humano.

Non licet]

Nemo debet minister esse alienæ crudelitatis, Nemo debet adiuuare sauitiam contra Ecclesiam.

*Sub Marco Antonino]*

Hanc historiam recitant Tertullianus in Apologetico. Eusebius lib. 5. Ecclesiasticæ historię, cap. 5. Nicephorus lib. 4. cap. 12.

Marcus Antoninus philosophus, humanissimus Imperator, cum Quadis, id est, populis Silesiæ. Ad ceteras autem difficultates & impedimenta accessit tanta siccitas, tanta aque penuria, ut homines & iumenta siti extinguerentur. Erat autem in castris Imperatoris legio collecta ex insula Melite, inquam Paulus naufragus eiectus est cum suo comitatu, Act. 27. Hæc legio cum esset Christiana, & didicisset doctrinam de vera inuocatione Dei, non tantum armis pugnat cum hoste, sed etiam Deo preces adhibebat, & sua precatione impetrabat, non modò largam aquarum copiam, quæ totus exercitus recreatus est, sed etiam fulmina aduersus hostes. Quare cum Marcus Antoninus re ipsa comperisset pietatem legionis Christianæ, & vidisset exemplum efficacæ piarum precum, appellavit hæc legionem

legionem fulminatricem, & retractauit edicta, quæ erant propo-  
 sita aduersus Ecclesiam. Huius etiam rei meminit Iustinus in sua Apo-  
 logia. Iuniores legant pagellas in Chronico Domini præceptoris.

## De quinto præcepto.

*Christus]*

Christus docet Matthæi 5. præceptum Non occides, quatuor  
 modis violari, primum corde,  
 deinde gestu externo, tertio lin-  
 gua, quarto manu.

Si quis temerè sine iustis caus-  
 fis irascitur fratri in corde, is  
 reus est iudicio: hic est primus

gradus. Secundus gradus, Si quis dixerit fratri suo Racha. Racha si-  
 gnificat talem gestum, qui præ se fert contemptum & extenuatio-  
 nem alterius. Nam rakah significat euacuare, inde est Rick, psalm. 2.  
 Inane, vacuum. Tertius gradus est, qui his verbis describitur à Chri-  
 sto, Si quis dixerit fratri suo Fatue, reus est gehennæ. Quartus est  
 gradus.

Et Augustinus lib. 1. de ciuitate Dei, cap. 21. luculentè enarrat  
 quintum præceptum.

*Inuidentiam]*

Cicero Philipp. 12. Erunt mihi non hi solùm, qui me oderunt,  
 sed illi etiam, qui inuidet, extimescendi. Et Ludouicus Viues in  
 comment. de ciuit. Dei. Inuidia  
 inquam venenum inuidos ex-  
 celsis in quo vno iustissima est,  
 ceteris in rebus iniquissima.

Virgil. Liur tabificum malis  
 venenum. Legite Ouidium in  
 Metamorph. Est diabolicum ma-  
 lum inuidere alteri, quod Deus

ei dedit, siue in corpore, siue in facultatibus, siue in honore. Omnis  
 superbus est inuidus, & omnis inuidus est superbus. Hæc duo sim-  
 pliciter conuertuntur.

Lucæ 7.

Rom. 12.

Remitte]

Mihi vindicta]

*Quantus motus]*

In corde duo sunt turbulentissimi & sæuissimi affectus, ira &  
 ambitio. Hi & facillè accenduntur in magnis viris, & accensilate

turbant imperia & vitam communem, vt bella ciuilia Sylle, Mar-  
rij, Pompeij, Iulij, orta sunt ab ambitione & priuatis odiis. Deni-  
que nulla ætas caret exemplis.

Manu]

Immediatè, sic Deus puniuit  
Sodomam.

Permissione]

vt in Aegypto, quando inter-  
fecit primogenitos per diabolos.

Magistratum]

vt Augustus puniuit libidines  
Antonij.

Licinij]

Affinis, & collegæ, & confœ-  
derati.

Longa est historia, quæ reci-  
tatur ab Eusebio lib. 9. Ecclesiast.  
hist. & quæ repetitur à præcepto-  
hist. & quæ repetitur à præcepto-

re in Chronico lib. 3. titulo de Constantino. Cùm Deus armis Con-  
stantini repressisset quatuor truculentissimos Tyrannos & acerr-  
mos Ecclesiæ hostes, Diocletianum, Maxentium, Maximinum, &  
Maximinianum, duo collegæ, Constantinus & Licinius, qui habuit  
in matrimonium sororem Constantini, ita inter se diuiserunt im-  
perium, vt Constantinus præfesset Occidenti, Licinius Orienti. Et si  
autem Licinius aliquandiu occultabat odium, quod in corde cir-  
cumferebat aduersus Christianos, tamen vt nullam simulatum fo-  
let esse diuturnum & perpetuum: ita etiam Licinius proposuit crude-  
lia edicta de necandis Christianis. Quare Christiani iniusta tyrann-  
nide oppressi, confugerunt ad Constantinum supplices, tanquam  
ad aram, & petuerunt ab eo defensionem. Constantinus memor  
affinitatis & fœderis, non statim intulit bellum Licinio, sed per li-  
teras eum aliquoties admonuit & obtestatus est, vt parceret Chri-  
stianis, quod cùm nollet facere, sed augetet & acueret seueritiam, tan-  
dem moto bello, Constantinus defendit Christianos contra Licin-  
nium, & coëgit eum post victoriam, priuatum viuere in vrbe The-  
salonica, vbi tandem interfectus est iusto iudicio diuino. Legite hæc  
vel in Chronico Philippi, vel in Eusebio. Homo ignarus historiae,  
est puer & belua. Pueri nesciunt quid ante se sit actum, beluæ nihil  
norunt, nisi præsentia. Homines verò, præsertim studiosi colligat  
animo præcipuas historias, omnes enim nemo potest.

Leuissimis occasionibus]

Eheu quàm leuibus peruenit  
ingentia

Ingentia causis. Odiosa sunt exempla, sed possemus recentia commemorare si opus esset.

Scelera]

Quare, dicat aliquis, tam diu durant bella? Quia Deus vult vtriusque partis peccata puniri.

Luco]

Lucus significat syluam, quæ non est cædua, sed sacra diis. Est hain, sicut vertit Lutherus.

Luco]

scilicet à Megarensibus.

Pericles]

Dux Atticus eloquentissimus, qui dictus est tonare & fulminare in Oratione.

*Aspasia*]

Aspasia mulier Ionica, adeo & forma & ingenio excelluit, ut nominata sit sapiens & formosa. Hanc amauit Pericles, Cyro Junior, & frater Artaxerxes Mnemon. Plutarchus de Pericle & Artaxerxe.

Hæc mulier Aspasia præbuit occasionem bello, vel potiùs incendio, quo conflagrauit tota Græcia, quod durauit integros 27. annos. Hoc describunt Thu-

cydides & Xenophon in Hellenicis. Mortuo Pericle, venit Aspasia ad eam Cyri Iunioris. Interfecto Cyro Iunioris, venit in potestatem Artaxerxis fratris, qui adeo amauit hanc sceminam, ut cum se mulierem agrotaret, vota faceret Iunoni, Si, inquit, Iuno, seruaueris mihi hanc sceminam, ego à mea arce regia, vsque ad tuum templum, totam vineam complebo aureis, & hos omnes tibi & tuo templo donabo. Tandem verò, quod est turpissimum & indignissimum factum & audum, filius Artaxerxis die coronationis suæ, nihil aliud à patre petiuit, nisi hanc sceminam. Hæc sunt tetra & tristia.

Vxor Nabal. i. Reg. 25.

*Praelia Domini*]

Bellum iustum, vel est iusta defensio, vel iusta poena, vel legitima recuperatio. Præter has species, omnia bella sunt latrocinia & hominibus poenæ generis humani.

## De sexto præcepto.

Duæ sunt virtutes, quæ præcipuè discernunt veram Ecclesiam ab omnibus aliis sectis damnatis. Vna est, vera religio, seu cultus pietatis, altera est castitas, quæ fugit & vitat omnes prohibitas libidines. Si quis igitur non amat castitatem, is non tantum sese pollutum priuatim, sed etiam tanquam v. pupa immunda auis, nidum Ecclesie, vel vt veriùs dicam, castra Filij Dei suis sordibus contaminat. Quare omnes qui volunt esse & manere viua membra Filij Dei & Ecclesie, amet castitatem, & fugiant, non modò ipsas libidines, sed etiam omnes earum occasiones & illecebras. Quàm sit autem hæc necessaria admonitio, & quàm sæpe sit inculcanda & repetenda, ostendunt exempla tristia & execranda, quibus multa hospitia Ecclesiarum & scholarum profanantur, quæ de re non addam plura, sed hortor eos, qui lapsi sunt vel imbecillitate humana, vel à Diabolo impulsì, vt resipiscant, & desinant sese polluere talibus sceleribus & scandalis.

Inclinationes]

Motus]

re, quàm vri. Illud *καὶ ἐξ ἑδῶν* significat flammam inordinatam, quæ difficulter possunt extingui extra coniugium.

Vita]

Scottatores]

mundi historia, quæ plena est exemplorum, in quibus conspicitur ira Dei aduersus vagas libidines. Primum exemplum est delictio vniuersalis mundi per diluuium. Alterum exemplum est delictio Sodomæ & reliquarum ciuitatum, postea sequuntur innumerabilia, quorum multa audietis infra in titulo de castitate, ideo nunc sum breuior.

Regno Christi &amp; Dei]

Quare distinctè loquitur Paulus de regno Christi & Dei? sine re diuersa regna? Respondeo: Differunt non re, sed modo rei. Regnum Christi in hac vita est Ecclesia, quæ verbo nutritur, augetur & roboratur,

praua incendia animorum.

De quibus motibus inquit Paulus 1. Cor. 7. Melius est nubere

Melius est nubere

Melius est nubere

Melius est nubere

Melius est nubere

Melius est nubere

Melius est nubere

Melius est nubere

Melius est nubere

Melius est nubere

Melius est nubere

boratur, imò, vt ordiar ab eo quod primum est, Ecclesia in hac vita generatur, deinde nutritur, tertio augetur, postea roboratur verbo Dei. Quatenus igitur Ecclesia colligitur per ministerium verbi & sacramenta, dicitur regnum Christi. Sed Ecclesia triumphans & glorificata, id est, adducta à Christo ad æternum Patrem, vt Deus in omnibus beatis, appellatur regnum Dei. Vult igitur hoc docere Paulus, Homines polluti & contaminati vagis libidinis, nec sunt vera & viuamembra Ecclesiæ in hac vita, sed mortua membra, nec erunt hæredes dulcissimæ & beatissimæ consuetudinis cum Deo.

Quadam verò ]

De similibus idem est iudicium, Deus voluit aliqua scribi, vt possemus de ceteris congruentibus ad eandem regulam iudicare.

*Respicentes ]*

Augustinus tractatu ultimo in Iohannem, Productior est peccator quam culpa, ne parua putetur culpa, si cum illa finiretur & pena.

Proponite vobis exemplum Dauidis, quod est maxime illustre. Deus remisit Dauidi agenti

penitentiam, & credenti in venturum liberatorem omnia peccata sine exceptione, & in his quoque adulterium & homicidium, sicut dicit Propheta Nathan, cap. 12. lib. 2. Reg. Dominus abstulit peccatum tuum, non morieris. Hæc est vox absolutionis, qua audita, credidit Dauid sibi esse remissa peccata. Sed post hanc remissionem peccatorum, quantæ pœnæ Dauidem exercuerint, non ignoratis. Quare non Deus simul remittit pœnam temporalem cum remissione culpæ? Respondeo: Duæ sunt causæ præcipuæ, vna est priuata, altera publica. Priuata hæc est, Quia Deus vult Dauidem retinere in officio, & intra metas pœnitentiæ, timoris & fidei. Scitis enim, quanta sit securitas humani cordis, quàm citò nos capiat obliuio beneficiorum Dei. Quare ne obrepat Dauidi obliuio & ingratitude, Deus eum exercet & premit, ne deinceps eum deleat peccatum. Hæc est priuata causa. Publica causa est, Quia Deus vult, pœnam Dauidis ipso exemplo aliis prodesse, ne quis licentiam Dauidis in peccando imitetur, sed potius pœnitentiam & fidem Dauidis. Si enim Deus non pepercit tanto regi, quantò minus nobis parcat, qui nihil sumus collati ad Dauidem. Hæc sunt

utilia ad vitam, & meliora quàm cauillationes aliorum, & engra-  
fonora.

Vibes quinque]

Sodoma, Gomorrha, Adama  
Seboim & Segor, Genes. 19. Deus

non curat tuam nobilitatem. Nobilitas pertinet ad hanc vitam,  
non ad futuram.

*Aegyptus]*

Sophocles in Electra describit pœnas adulteri Aegypti & Cly-  
temnestra, quos interfecit Orestes, qui postea furere cepit, & can-  
dem est absolutus iudicio Deo-  
rum in Areopago.

Est vobis notus versiculus de

Aegyptio:

*Queritur Aegyptus, quare sit factus adulter,  
In promptu causa est, desidiosus erat.*

Et Cato dicit, Homines nihil agendo, malè agere discunt. Quare?  
Quia anima est *ἐνταλέχεια*, est agitatio perennis & continua. Si er-  
go anima tua est intèra in bonas actiones, faciliùs potes vitare mala.

Tribus Benjamin]

Iudic. 20. Vno die in tribu Ben-  
iamin interfecti sunt 25. millia

hominum. Tanta clades accepta est à tribu Benjamin, propter pau-  
corum petulantiam, qui stuprauerant per vim Leuitæ uxorem.

*Comminationes diuinas]*

Leuitici 18. Omnis anima  
quæ fecerit has abominatio-  
nes, eradicabitur.

Sunt verba Tragica, & verè  
fulmen est. Deus irascitur qui-  
dem omnibus peccatis, sine vlla  
exceptione, sicut dicitur in psal-

5. Non volens iniquitatem Deus tu es, sed post idolatriam nullum  
genus peccatorum magis est Deo inuisum, quàm confusio libidi-  
num. Et si enim effusio sanguinis humani etiam est atrox & tragica,  
tamen Deus faciliùs dispensat de peccato contra quintum præce-  
ptum, quàm de peccato contra sextum. Quod ita confirmatur, quia  
Deus discernit gradus cædis, & iubet, autorem cædis fortuitæ seu  
involuntariæ solo exilio puniri, non morte mulstari, & concedit ei  
in patriam reditum post mortem summi Sacerdotis, & concedit ei  
in vniuersis, nulla auditur, nulla legitur dispensatio in sacra Scriptura, sed  
omnis

omnis anima, quæ fecerit abominaciones has, eradicabitur, nisi egerit penitentiam.

*Pudicitia]*

Cicero de provinciis consularibus. Duæ sunt res sanctissimæ, religio & pudicitia.

Quæ est ratio huius dicti? Nō tantum intueamur causas philosophicas, videlicet, quia neutra res patitur mixturam aliquã,

sed cogitemus de Deo authore illarum virtutum. Religio est sanctissima, quia pertinet ad sanctificationem nominis Dei immediate celebrat nomen Dei, illustrat gloriam Dei. Pudicitia verò ideo est sanctissima, quia ipse Deus est castus & purus, & odit omnes libidines prohibitas. Casta Deus mens est, casta vult mente vocari. Estote sancti, inquit Deus, sicut & ego sum sanctus, id est, castus, purus, mundus. Cum igitur sint res sanctissimæ, certè decet nos has duas res sanctè colere.

*Verecundia]*

Cicero in partitionibus Oratoriis. Custos virtutum omnium, deleucus fugiens, laudemque maximè consequens, verecundia est.

Nuper audiivistis Diabolicam vocem Caligulæ, qui dixit, sibi nullam rem magis placere, quam

imerecundiam. Ideo fuit talis belua, tale monstrum. Cui enim perit pudor, eidem perierunt omnes reliquæ virtutes. E contra pudor est deleucus nutricula aliarum virtutum omnium.

Quare vocatur Venus ebria à poëtis? Quia est naturalis copulatio ebrietatis & libidinum. Quia ebrietas inflamat corpus, nunquam sine corpore quiescere.

*Sine temperantia]*

Ventus citatus ab Athenæo, *ὁ ἄνεμος ἰσχυρὸς γέροντα σοφιστῶν:* id est, temperantia est vicina pietati.

Ideo Christus dicit, Hoc genus dæmoniorum non eicitur, nisi precatione & ieiunio, id est, sobria precatione. Et Petrus dicit, Estote sobrij ad precationē.

De septimo præcepto.

*Piè & sanctè]*

Leuitic. 19. Sint iusta pondera, mensuræ &c.

[Esaia]

cap. 33. Lex talionis.

Perque quis peccat, per ea punitur.

[Malè parat]

Cicero Philipp. 2. Ut est apud  
poëtam, nescio quem, Malè par  
ta, malè dilabuntur.De malè quasitis, non gaudet  
tertius hæres.

[Auaritia]

Cicero in Pisonem, Auaritia criminibus infinitis implicata est. Ideo psal. 119. precatur: Inclina cor meum ad testimonia tua, & nō ad auaritiā, quæ est radix omnium malorum, vt inquit Paulus. Cicero 2. Offic. Nullum vitium tetrius est, quàm auaritia, præsertim in Principibus, & Rempu-  
blicam gubernantibus. Habere enim quæstui Rempu-  
blicam, non modò turpe est, sed scele-  
ratum etiam & nefarium.

Magistratus est *λεττογλα*, id est, publici muneris administra-  
tio. Non igitur debet esse *ποπι-  
σμός*, mercatura, aut quæstura,  
aut aucupium pecunie, vocat eum

cùm describit quendam Syriacum regem ignobilem, vocat eum  
exactorem.

[Ignavi &amp; prodigi]

Regula quæ habet testem ex-  
perientiam.

[Prodigi]

Catilinam ad coniurationem contra patriam, inter cetera ino-  
pia rei famularis stimulatam ferūt, cui profusissimo & sumptuo-  
sissimo nihil fatis erat. Nam sub Sylla multa rapuerat, multa à Syl-  
la dono acceperat.

## De octauo præcepto.

Pactum est consensus duorum vel plurium, de re honesta & pos-  
sibili.

[Pulcerrimam virtutem]

Plato in 5. de legibus. Veritas est causa omnis boni, Deo & ho-  
minibus, Deo quidem, quia Deus hac veritate discernitur à Dia-  
boli

bellis, & rectè agnoscitur, & inuocatur iuxta normam veritatis, de qua dicit Filius Dei, Iohan. 17.

Pater sanctifica eos in veritate, sermo tuus est veritas.

Veritas est Deo caussa omnis boni, non quòd Deus indigeat aliquo nostro bono. Est enim *veritas non est in dæmoniis*, sed respectu nostri hæc dicuntur.

Hominibus verò propter ingentes vtilitates, quæ sunt manifestæ. Nam sublata veritate, tollitur tota vita humana.

### De nono & decimo præcepto.

Nonum & decimum præceptum adduntur superioribus, vt sint enarrationes totius Decalogi, & discernant hanc sapientiam Decalogi à legibus politicis & disputationibus philosophorum. Nam Leges politicæ tantum regunt locomotiuam: Philosophi verò tantum concionantur de mo-

deratione affectuum. At Lex *concupiscentia* damnat concupiscentiam, quæ est radix omnium peccatorum.

Augustinus sic dicit de concupiscentia, Cõcupiscentia est peccatum, & pœna peccati, & caussa peccati. Primum est peccatum, quia pugnat cum Lege Dei, Nõ *concupisces*. Secundò est pœna peccati, quia in integra natura nulli concupiscentia, id est, errans appetitio. Tertio, est caussa peccati, id est, fons omnium peccatorum. Sic dicit Iacobus in epistola, Concupiscentia est mater peccati.

Rom. 7. Nesciebam concupiscentiam esse peccatum, nisi Lex diceret, Non concupisces.

De promissionibus & comminationibus Legis.

Leuit. 18. & Paulus sæpe citat in suis scriptis.

Deut. 27. Galat. 3. Omnes promissiones legales sunt conditionales, requirunt conditionem impletæ Legis sine peccato.

psal. 32.

*Exitus bellorum]*

Isoocrates in Archidamo, Omnium bellorum exitus congruit cum iustitia. Scipio in oratione ad Annibalem, Decad. 3. lib. 10. Neque patres nostri priores de Sicilia, neq; de Hispania fecimus bellum, & tunc Mamertinorum sociorum periculum, & nunc Sagunti excidium, nobis iusta ac pia arma induerunt. Vos la-  
 cesisse, & tu ipse fateris, & Dij testes sunt, qui & illius belli exitum, secundum ius fasque dederunt, & huius dant, & dabunt.

scilicet Carthaginenses.

primi Punici.

scilicet secundi belli Punici.

### De Lege naturæ.

Post enarrationem Decalogi, sequitur in textu dulcissimus locus de Lege naturæ, de qua etiam aliquid dictum est in doctrina Ethicorum, & in Dialectica. Est autem in initio detestandus furor & amentia omnium, siue sint Flaciani, siue alij furentes homines, qui quantum in ipsis est, conantur delere ex mentibus hominum naturas naturales practicas, quæ vocantur alio nomine leges naturæ. Dicunt enim Flaciani, & similes, asini veriùs quàm homines, non distare hominem à bestiis, quod attinet ad Dei notitiam, & transformant hominem in brutum, in animal rationis experts. Ut igitur Antinomi conati sunt ex Ecclesia Legem exterminare, & quasi proferre: ita Flaciani & eorum asseclæ conantur delere & tollere experimentibus humanis hoc lumen, quod est notitia principiorum prætorum, seu Lex naturæ. Quid igitur restat, nisi ut ex ipso Deo seu odio personarum, sed amore veritatis, quam obscurare & corrumpere tales homines non desinant suis clamoribus & venenatis scriptis. Ac si quis putat, me dicere hyperbolica aut abhorrentia à re ipsa, huic ego possum quocumque momento ad oculum demonstrare, rem ita se habere, ut iam à me fuit commemoratum.

*noivàs èvvolas]*

Cicero in prima Tusculana, *èvvolas* insitæ & quasi consignatæ in animis notiones. *noivàs èvvolas* antecepta animo rei quædam in facinatione

ratio, prænotio insita, vel potius innata cognitio. Cicero in 1. de natura Deorum: Sunt autem tria *κρίσεις* apud Stoicos, primum *αἰσθησις*, id est, testimonium sensuum, quod vocamus experientiam. Alterum est *λογιστική*, id est, notitia principiorum. Tertium *κρίσις*, id est, iudicium de consequentia. Sed omisis ceteris, dicamus de principiis, quæ sunt notitiæ nobiscum nascètes, quas Deus velut radios suæ lucis & sapientiæ in nostras mentes sparfit, ut sint testimonia de Deo, & discernant nos à bestiis, & regant vitam, & gignant honestas artes, quarum vsus in vita necessarius est.

Considerate membra definitionis. Definitio principiorum, quam recitavi, est causalis. Efficiens causa principalis est Deus, fons omnis sapientiæ. Materia in

quæ est mens humana, ut iam de angelis nihil dicamus. Loquimur enim iam de genere humano, non excludimus angelos. Causa formalis est lumen, quod magis mirari possumus, quàm describere verè est enim radius quidam lucis & sapientiæ diuinæ. Causæ finales principales sunt quatuor: Prima, ut sint testimonium de Deo. Est enim impossibile, hoc lumen quod est durable & perpetuum, casu remisse, aut casu ita manere in mente humana. Altera causa finalis est, ut discernant homines à bestiis. Non est enim in bestiis intelligentiæ ordinis, aut notitia numerorum, aut iudicium bonæ conscientiæ, aut discrimen honestorum & turpium &c. Tertia causa, ut regant vitam humanam in disciplina externa. Nemo enim potest regere mores sine certa lege, sine certa regula. Hæc autem regula est Lex naturæ, seu notitia principiorum practitorum. Quarta est præterea causa, ut hæ notitiæ sint fons omnium artium, seu ut gignant honestas artes, quarum vsus in vita valde necessarius est.

*Sine numeris*]

Epicharmus: Vita humana duabus rebus maximè indiget, numeratione & ratiocinatione. His enim vita continetur.

Non loquamur subtiliter de hac sententia, sed simus contenti popularibus exemplis, quæ ab omnibus intelliguntur. Quid potest esse pater familiâs sine numeris? Profectò nemo debet plures facere sumptus, quàm pro redituum proportione. Ne autem sumptus superent magnitudinem redituum, necesse est, te numerare

dies totius anni. Deinde numeranda sunt prandia & cenę: neque tantum cibi & potus est ratio habenda in re familiari, sed multa alia sunt numeranda, de quibus longum esset dicere. Sic in re mercatorica, in mercatura, in omnibus contractibus, in iudiciis, quid posset fieri remota numeratione? Sed non volo in re manifesta esse prolixus,

Discrimen]

Ac debent]

naturale.  
Occupatio. Quæritur, quare languidior sit assensio de notitiis practicis, quam de speculabilibus. Respondeo ad hanc quæstionem, Quia & in mente est maior caligo de altero genere principiorum, quæ vocantur practica, & in corde est horribilis contumacia contra leges naturæ. Notæ sunt querelæ, neque hoc loco prolixè repetendæ, de dissidio rationis & affectuum, de *ζυγομαχία* mentis & appetitionum. Propter hoc dissidium seu *ζυγομαχίαν* minimè mirandum est, languidiorē esse assensionē de principiis practicis, quàm de speculabilibus. Græci assensionem vocant *συγκατάθεσιν*.

Labem]

Impetus]

*Κατέχειν*]

propter peccatum originis.  
*ἕκμας*, affectus.  
significat captivum tenere.  
Veritas primò significat veram propositum dicendi vera, & agendi congruentia rebus ipsis, ut cum dicitur, Veritas est fundamentum omnium virtutum. Terriò, vsurpatur *μεταληπτικός* pro effectione veritatis, veræ sapientiæ & iustitiæ, ut Iohan. 14. Ego sum veritas, id est, efficiens veraces, & Spiritus sanctus nominatur Spiritus veritatis, qui nō efficit hypocritas, sed veraces, habentes veram sapientiam, iustitiam & vitam.

Neq; audit currus habenas]

Virgil. in Georg. Auriga est rans.  
tio, equus est affectus temerè errans.

*Natura vel opinione]*

Omnibus notissimum sit dictum Ciceronis in 1. de legibus: Nos ad iustitiam nati sumus, neque opinione, sed naturali ius constitutum est. Et Euripides gravissimè dixit, citante Plutarcho, Turpe est turpe, siue videatur, siue non videatur.

Resuta

Refutauimus in Ethicis Cynicam & barbaricam opinionem, que fingit, tantum opinione differre honesta & turpia. Est execranda & diabolica oratio. Lumen in mentibus non est extinguendum, acuti faciunt Flaciani.

*Ostendit]*

Soluet partim lumine naturali, quod vocatur notitia simplex, partim ratiocinatione, quarente vestigia Dei impressa naturæ.

[Ius diuinum]

Rom. 1. Qui cum ius Dei norint &c.

Tribus verbis volumus repetere summam, & tantum in memoriam reuocare notissima & sæpe dicta. Imago Dei in homine antequam lapsus complectitur tria, quorum primum est sapientia mentis, id est, illustris notitia Dei, Legis, & totius naturæ rerum. Adam fuit summus philosophus, fuit optimus Theologus, & fuit optimus Iuriconsultus. Sunt enim tria obiecta sapientiæ præcipua, Deus, Lex, & natura rerum. Secundò, in voluntate erat libertas non impedita, & iustitia ac sanctitas vera, id est, obedientia & conformitas congruens ad totam Legem, amor Dei ardens, & purus amor proximi sine peccato. Tertio, in corde erat *εὐταξία*, id est, ordo & harmonia, seu cõcentus suauissimus omnium affectuum & appetitionum. Nunc è regione in mente est caligo, in voluntate auersio à Deo, & in corde contumacia contra Legem Dei.

*Ambigit ratio de prouidentia]*

Solutio præcipui argumenti contra prouidentiam.

Cicero in 3. de natura Deorum, Telamon pater Aiacis vno versu totum locum conficit, Cur nulla sit prouidentia, Nam si esset, bonis bene esset, & malis malè, quod nunc abest.

A definitione.

Prouidentia est, distribuere præmia & poenas iuxta certam normam.

Sed in hac vita non semper puniuntur iniusti, & iusti non consequuntur præmia.

Ergo nulla est prouidentia diuina.

Est reale argumentum, & in philosophia prorsus insolubile, nisi  
 la philosophia potest hoc argumentum rectè explicare.

Respondeo dupliciter, primùm ex Lege, deinde ex Euangelio.  
**Legalis solutio hæc est.** Respõ-  
 deo ad Minorem. Regulariter  
 atrocía delicta puniuntur atro-  
 cibus pœnis, etiam in hac vita,  
 nec euertitur hæc regula propter quãdam contraria exempla.  
 Maior non potest negari, quia  
 est definitio vera.

Hæc responsio tradita est ab Isocrate in oratione de pace. Euange-  
 lica solutio cõcionatur de futuro iudicio, in quo fiet integra distri-  
 butio præmiorum & pœnarum. Quia pro sceleribus reddentur  
 pœnæ æternæ, & pro virtute præmia æterna. Hanc posteriorem  
 solutionem totã philosophia ignorat, & contenta est legali re-  
 sponzione.

Catalogus legum naturæ,  
 Lex naturæ]

Ideo]

Sunt dulcissimæ hæc pagellæ,  
 Lex naturæ, congruens cum  
 primo præcepto.

Xenophontis]

In quatuor libris de dictis Socratis, Ciceronis in libris de natu-  
 ra Deorum, de legibus, in Thuseul. quaestio. & similibus, vt Iso-  
 cratis in oratione de pace.

Ciceronis]

Cicero in 3. Catilinar. Quis potest esse tam auersus à vero, tam  
 Deorum immortalium nutu  
 atque potestate administrari?

Ad secundum præceptum]

Est honesta oratio.  
 Secunda Lex naturæ.

De pœnis periurij]

Cicero in 2. de Legibus. Per-  
 iurij pœna diuina est exitium,  
 humana, dedecus.

Omnis periurus est infamis  
 iudicio humano. Nuper audiui-  
 ffis in Isocrate oraculum datum  
 Clauco. Herodot. lib. 6.

ἀνθρώπος εὐόρκος ἕως μετ' ἄνδρα ἀμείνωτος.

Tertium

Tertium præceptum]

Pugnabo pro sacris]

Tertia Lex naturæ.

Idem nos faciamus. Ego pugnabo pro religione, pro verita-

te & solus, & cum aliis. Quisquis est propugnator veritatis, ille habet tres socios certissimos & fidelissimos, à quibus nunquam desinat. Primus est Pater æternus, qui clamat de cælo, Hic est Filius meus dilectus, hunc audite. Secundus est  $\lambda\beta\gamma\delta$ , Filius Dei, habitans in cordibus piorum per fidem. Tertius socius fidelissimus est Spiritus sanctus paracletus, de quo dicit Christus Matth. 10. Non timeatis illi loquentes, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Qui habet hos tres socios, pugnabit etiam solus pro veritate, & non alicuius alios confidere fœderibus stultis, & coniunctioni humanæ, quæ est incertissima. Tamen in morte necesse est, vnumquemque solum pugnare pro religione, si vult esse saluus.

Restriçtio. Intelligatur hoc dictum de vero cultu Dei, non de impiis ceremoniis & traditionibus.

Quarta Lex naturæ.

Primum igitur agnoscit]

*Primus fons gubernationis]*

Principia doctrinæ politicæ, quæ apud Aristotelem extant in

- I. politic.
- II. Homo est ad societatem natura conditus.
- III. Prima societas est legitima coniunctio maris & fœminæ.
- III. Prima societas est legitima coniunctio maris & fœminæ.
- III. Ex prima societate domus oritur, in qua sunt parentes, liberi, & serui.
- IV. In societate multorū necesse est alios præesse, alios parere.

V. Ad familiæ imaginem civitas constituitur.

Sicut homo vocatur à Græcis  $\mu\iota\kappa\rho\sigma\upsilon\beta\alpha\mu$ : Ita domus est quædam parva civitas.

Est bona & magna pars philosophiæ moralis, consideratio Legis naturæ: sed multo est eruditior collatio earundem legum ad Decalogum. Quare qui tempus & operam tribuet huic doctrinæ, is sciet, se præclare studium suum posuisse.

In prima pagina Institutionum Iustiniani habentur tria præ-

cepta iuris, Primum est honestè viuere, alterum, neminem lædere, tertium, suum cuique tribuere. Honestè viuere, est præstare obedientiam omnibus honestis legibus, quæ obedientia vocatur ab Aristotele iustitia vniuersalis. Suum cuique tribuere, est officium iustitiæ distributiue, quæ versatur in ordinandis personis. Postremò, neminem lædere, est iustitiæ particularis opus & munus, videlicet non lædere aliorum corpora, coniuges, facultates & famam.

Ouid. in Metamorph.

-- sed immedicabile membrum

Ense recidendum est, ne pars sincera trabatur.

Multa dicuntur in eandem sententiam à sapiētibus extra Ecclesiā.

[Multas rationes]

Rationes quinti præcepti quinque sunt.

I. Est vtilitas seu necessitas. Si enim promiscuæ cædes grassarentur in genere humano, breui tempore interiret humana societas.

II. Est *σὸφία*, id est, beneuolentia erga cognatum sanguinem. Habent enim omnes homines quoddam commune fœdus inter se, propter propagationem eiusdem naturæ à primis parentibus.

Alij distant propius à stirpe, alij longius. Sed tamen verissimum est, quod dicit Paulus Act. 17. Deus totum genus humanum ex vno sanguine, scilicet primorum parentum propagari voluit.

III. Cruciatu cōscientiæ, qui sequitur cædem iniustam.

Videtur parricidas sentire horrendos cōscientiæ cruciatu post perpetratam cædem. Sic Cain

Genes. 4. est vagus & instabilis, quia huc illuc rapitur à mala cōscientia.

IV. Quia homo est imago Dei. Non vult autem Deus, hæc suam imaginem destrui.

De hac ratione dicitur Genes. 9. Qui fuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis eius per hominem, id est, per Magisterium, id est, per Magistrum, id est, per Magistrum, id est, per Magistrum.

stratum. Quia homo ad imaginē Dei factus est. Est grauissimæ rationis.

V. Postrema causa est discriminē mortis humanæ & pecudum. Nam mortua pecude, nihil manet reliquum, quia anima pecudis vana.

ma cum corpore extinguitur. At in morte humana superstes est anima, quæ sociam massam delectat, & vindictam à Deo petit, vt Genes. 4. Deus inquit: Sanguis Abelis fratris tui clamat ad me de terra.

Hic clamor implet cælum & terram, nec sinit homicidam conuiescere, & nisi rursus vulnus cordis sanetur, infuso saluberrimo balsamo Euāgelij, necesse est hominem extingui. Sanguine igitur humano abstineat, si uindex, siue priuatus. Loquor de innocenti sanguine.

Genes. 4.

Genes. 9. post diluuium. Assuefacite vos ad textum Scripturæ, quoniam locus Scripturæ est melior ad docendum & consolandum hominem, quàm mille dicta humana.

Magistratum, κατ' ἐξουσίαν.

Sequitur sextum præceptum, Non mœchaberis.

Coniugia testantur]

Aristoteles lib. 1. de re familiari. Diuino numine præsentem, facta nuptiarum facta sunt, & duces vxor, & ei se vir tradidit.

Aristoteles in eo loco recitat in signum dictum Pythagoræ, quod in nuptiis clementiam quæ est ratio? Ratio est grauissima. Quia, inquit Pythagoras, sponsa ad aram in templo commendatur sponso, ut in templo. Hinc intelligi potest, apud Ethnicos magno in honore fuisse ritum nuptiarum. Ac nuptiæ quæ non approbabantur publicis ceremoniis, quales adhuc hodie sunt uisitæ & meretriciæ, quales in incesta. Significat autem *κῆρ* nuptiale cingulum, quod est præcipuum sponsæ ornamentum.

Vlysses Odyss. 6. in oratione ad Nausicaam precatur Deos, vt ipsi tribuant maritum ac domum, & concordiam. Xenophon in Oeconomico. Mihi dii ipsi videntur hoc par copulasse, quod uocatur mas & fœmina, vt mutua esset quàm maxima utilitas ipsius, scilicet paris.

Hæc dicta philosophica ideo recito, vt discant iuniores etiam

apud Ethnicos honorabile fuisse coniugium & thorum immaculatum, vt ait Paulus.

Septimum præceptum.

*Videt ratio distinctionem]*

Apud Euripidem inquit Helena, Commune est cælum omnibus hominibus, & terra, in qua oportet vnumquemque suam domum habere, nec appetere aliena, nec vi auferre.

*Ius gentium]*

Ius gentium, secundum philosophos non differt à iure naturæ

Relinquamus Iuriconsultis, tanquam artificibus suas disputationes de iure gentium. Nos in præsentia loquamur more philosophorum, non discernamus subtiliter ius naturæ & gentium.

Philosophorum]

vt Aristotelis in 5. Ethic. Vtinam hæc essent tam facta

facilia, quàm sunt ad intelligendum expedita.

Octauum præceptum.

*Sublata fide]*

Liuius lib. 6. Decad. 1. Fide abrogata, omnis humana societas tollitur.

Nihil potest dici de veritate tam magnificè, tam amplè, tam copiosè, quin magnitudo & bonitas rei longè superet. Veritas,

vt inquit Plato in 5. de Legibus, est causa omnis boni, Deo & hominibus. Deo quidem est causa veræ agnitionis & inuocationis, in iudiciorum cultuum: homini est causa omnis boni in artibus, in iudiciis, in contractibus, in fœderibus, denique in omnibus partibus vitæ.

*Propter Deum]*

Omnes virtutes amandæ sunt, primùm propter Deum, deinde propter ingentes vtilitates, quæ pertinent ad conseruationem humanæ societatis.

Virtus conseruat speciem, & plerunque etiam indiuiduum, etiam si

nam si interdum indiuiduum destruat propter virtutem, non culpa virtutis, sed hominum malitia, qui virtutem oderunt.

Recensui]

Epilogus. Fuerunt dulcissimæ pagellæ, plenæ veræ philosophiæ & eruditionis, imò etiam eloquentiæ.

De calo]

Causa promulgationis Legis est, vt sit testimonium Dei contra dubitationes de discrimine

bonestorum & turpium, de futuro iudicio, & de multis aliis rebus, de prouidentia &c.

Lex naturæ congruit quidem cum Decalogo, quod verissimū est, sed differt à Decalogo gradibus lucis. Nam Decalogus est clarior, Lex naturæ nunc est obscurior post lapsum. Deinde assensio de legibus naturæ impeditur tum multis dubitationum

rebus, de prouidentia diuina, de futuro iudicio, & de multis aliis diuinis rebus. Quare, vt mens confirmetur contra hos fluctus & procellas dubitationū, magna gratia est Deo habenda, quòd sua voce in montibus, inter tonitrua & fulgura, audiente maxima multitudine Legislaturam Legem promulgauerit.

Iudicij tui]

Quia omnis Lex aut gubernat, aut iudicat.

Vt enim gubernat obedientiam, ita iudicat & accusat contumaciam.

psal. 119. Verbum est regula fidei & bonorum operum. Deus iudicat, sed etiam opera luce sui verbi.

Lucerna pedibus]

Legumlatoribus]

Vt in Lycurgo Legislatore Lacedæmoniorum, qui permisit adulteria, expositiones infan- tum, & ingeniosa furta.

Hæc reperiuntur apud Plutarchum, in vita Lycurgi.

## De vsu Legis.

Pactus in epistola ad Rom. cap. 5. & in epistola ad Galatas, cap. 3. hanc ipsam questionem tractat, quis sit vsus Legis. Sic enim potest quis argumentari.

Quicquid non iustificat, est inutile in Ecclesia.  
Sed Lex non iustificat, ac ne potest quidem iustificare, aut viuifi-  
ficare.

Ergo Legis doctrina est inutilis in Ecclesia, nullum habet vsum.

Respondeo ad hoc argumentum.

Nego consequentiam. Quia est fallacia caussarum, fallacia secun-  
dum non caussam vt caussam. Non enim sequitur: Lex non iusti-  
ficat, Ergo Lex est inutilis. Possunt enim esse alij fines, seu vsus Le-  
gis. Est autem in summa triplex vsus Legis: primus est pædagogicus:  
secundus, spiritualis: tertius, διδασκαλικός. Pædagogicus vsus per-  
tinet ad disciplinam, qua omnes homines sunt retinendi intra me-  
tas honestatis, & coercendi, ne quid turpiter faciant contra bonos  
mores. De hoc vsu primo inquit Paulus 1. ad Timoth. cap. 1. Lex est  
iniustus posita, adulteris, homicidis &c. videlicet vt eos reprimat &  
coerceat. Secundus vsus est spiritualis, qui propriè pertinet ad  
conscientiam, non ad externam gubernationem morum. De hoc  
vsu inquit Paulus Rom. 5. Lex subintravit, vt abundaret peccatum,  
quasi diceret, Vbi non est Lex, ibi non agnoscitur aut certè extenua-  
tur peccatum. Vt igitur existat in conscientia agnitio peccati, & hæc  
comitetur pauor inenarrabilis, in quo sentitur iudicium Dei: Lex,  
sapientissimo & optimo consilio Dei promulgata est in monte Sina,  
& scripta in duabus tabulis, imò etiam cordibus humanis inscul-  
pta, vt suprà diximus de Lege naturæ. Tertius vsus est διδασκαλι-  
κός, videlicet, regere obedientiam renatorum. Non enim modò  
fides, sed etiam opera regenda sunt certo verbo Dei. Sicut enim non  
placent Deo opiniones, quæ excogitantur sine verbo Dei: ita etiam  
Deus non approbat cultus, quos nominat Paulus ad Coloss. 2. de-  
λοθηρησίας, de quibus dicitur: Frustrà colūt me mandatis homi-  
num. Est igitur primus vsus Legis pædagogicus, pertinet ad ex-  
ternam disciplinam, qui seruit huic mortali vitæ. Alter vsus, & qui-  
dem præcipuus est spiritualis, qui refertur ad conscientiam. Ter-  
tius vsus est διδασκαλικός, docens, qualis obedientia Deo placeat.

Vsus autem]

Sedes materiæ de effectu Le-  
gis: est caput septimum ad Ro-  
manos.

Bona est & utilis consuetudo,  
quarere in omnibus doctrinis  
sedes materiæ, id est, loca, in qui-  
bus principaliter & propriè, &  
quasi

quasi ex professo materia tractatur. Sic doctrinæ de usu seu effectu legis propria sedes est cap. 7. ad Rom. Nusquam enim Paulus vberius & splendidius de hac materia concionatur, quàm in eo capite, cuius iam aliquoties facta est mentio.

Lex est spiritualis, inquit Paulus, Ego verò sum carnalis.

non iustificari. Paulus Gal. 3. Si data esset Lex, quæ posset viuificare, vtique per Legem effici-

Præstare] iustos] iustitia, quasi dicat, Impossibile est, Legem vel iustificare, vel viuificare. Hæc beneficia sunt propria Mediatoris Filij Dei, non sunt legis aut Moyſis beneficia. Lex per Moyſen data est, Gratia & veritas per Christum facta est. Cùm nominamus Legem, intelligimus & nominato vno correlatiuo, debet intelligi alterum.

Iohan. 16. Spiritus sanctus arguet mundum de peccato, Quia non credunt in me. Ratio certè non iudicat esse peccatum, non credere in Filium Dei. De iustitia, Quia ad Patrem vado, & posthac non vido me. Ratio non agnoscit hoc genus iustitiæ, quod est transitus Christi ad Patrem per suam passionem, & mortem, & resurrectionem, sed iudicat iustitiam esse obedientiam, quæ præstatur legibus.

*Exoritur quæstio]*

Galat. 3. Quid igitur Lex? Propter transgressiones addita fuit, ut sit, Legis præcipuus vsus est accusare & cõdemnare peccatum, & excitare in conscientijs pauores inenarrabiles, qui sunt sensus iudicij diuini.

Respondet ad quæstionem.

Sic argumentor.

Quia nemo ad impossibile obligatur, vt vulgò dici solet.

Impossibilia sunt inutilia.

Lex est homini impossibilis.  
Ergo Lex est inutilis.

Talia communia argumenta debet iuniores habere in promptu, & eorum solutiones.

Respondeo ad maiorem. Impossibilia sunt inutilia, quæ scilicet tantum hunc finem prospiciunt, vt fiant, siue vt conatus ad ea

dirigatur. Lex autem non est tantum tradita vt fiat, sed omnium primum propter hanc causam, vt abundet peccatum, hoc est, vt sentiatur onus peccati, quod sine Lege leue esse ducitur.

tuitum. De inuoluntario seu fortuito genere dicit textus, Si quis fuerit auctor cædis inuoluntariæ, poterit confugere ad vnâ ex tribus ciuitatibus, quæ sunt ad hunc vsûm destinatæ, vt præbeat hospitium supplicibus & exulantibus in tali casu, & talis post mortem summi Sacerdotis restituatur in integrum, & quasi iure possimili reuertatur in patriam, & habeat eum locum inter ciues, quem antea habuit. Videtis Deum in hoc casu dispensare. Si quis autem ex insidiis fratrem suum interfecerit, is etiam si ad altare meum confugerit, tamen eum inde abstrahas, vt ceteri timorem habeant, & non misereberis eius.

Plato in Gorgia, Calamitates & ipsis qui perferunt, & spectatoribus vtilis sunt. Vtrique enim redduntur meliores, illi dolore, hi exemplo. Et Cicero in 15. epistola ad Brutum: Dixi seueras sententias, non tam vlciscendi causa, quam vt in præsens sceleratos ciues timore ab impugnanda patria deterrerem, & in posterum documētum statuerem, ne quis talem amentiam vellet imitari.

psalm.

Cicero pro Marcello, Nemo sibi soli viuit, aut sibi etiam soli natus est.

ipso opere, ipsa obedientia, in hac vita à nobis compleatur.

In cap. 19. Deuteron. discernuntur duo genera cædiū, quorum alterum est voluntarium, seu for alterum inuoluntarium, seu for

in Dialogo, vbi exagitat rethores.

Magistratus non debet esse vindictæ cupidus, sed debet sine priuatis affectibus facere officium suum.

Calamitates humanæ, publicæ & priuatae nihil aliud sunt quam carcer Legis.

32.

[Non tantum nobis]

Seneca ne videretur aliquis mutuari à Cicerone, ita enun- tiat hanc sententiam, Nemo sibi sit. Vult Seneca aliter dicere quam

quam Cicero, sed deterius dixit & obscurius. Hæc ideo dico, ne quæ  
videat, verè eundè mutuari à bonis auctoribus verba, phrasès, clau-  
sulas, & interdum integram sententiàm. Non laudo furta, quibus  
pagellæ sine mentione auctoris trāsribuntur. Sed sicut licuit  
Virgilio aut integrum versum, aut hemistichium, aut phrasès, aut  
epitheta mutuari ab Ennio pœta: ita liceat nobis à Cicerone vel ver-  
bis, vel phrasès, vel clausulas, vel integram sententiàm aliquam mu-  
tuari. Si autem integros locos volumus mutuari, addamus nomen  
auctoris, ne quis nos conuincat plagij.

[Pædagogia]

Galat. 3. Lex est pædagogus ad  
Christum.

[Iohan.]

1. Ioh. 3. Omnis qui peccat, sci-  
licet contra conscientiam, alio-

qui omnes sumus peccatores. Quod hæc sit sententiã Iohannis, te-  
statur exemplo Cain, quia in eodem textu dicitur, Cain ardebat o-  
dio fratris. Vtitur etiam Iohannes exemplo Diaboli.

[Secundus vsus]

Augustinus psalm. 129. Non data est, quæ posset viuificare, sed  
quæ ostenderet peccata peccatori. Peccator enim oblitus erat se,  
hoc videbat se. Data est illi Lex, vt videret se. Fecit reum Lex, libe-  
rator Legis.

scilicet Christus.

Lex est data per manum Mediatoris, scilicet Filij Dei. Sic inter-  
pretantur veteres, Chrysoftomus & alij, & rectè.

Lex data est, quæ terreat & constringat in reatum, & non ab-  
soluat Lex à peccatis, sed osten-  
dit peccata.

Debetis amare cõsensum ve-  
tustatis piæ, ne quis fingat, aut

exhiberet, nos comminisci nouam doctrinam. Lex est doctrina à  
Deo tradita, scilicet duobus modis. Primùm Lex est insita menti hu-  
manæ in prima creatione, deinde sæpe est repetita voce Dei, sed o-  
mnium maximè illustris repetitio facta est in monte Sina. Paulus  
Roman. 8. Corpus mortificatur propter peccatum. Et psalm. 39.  
Propter iniquitates corripis filios hominum. Et psal. 90. Quoniam  
iniquitates tuas defecimus, & in furore tuo turbati sumus. Posuisti iniqui-  
tates nostras in conspectu tuo, occulta nostra in lucem vultus tui.

Lex & monij fuerunt similes monachis, ideo habuerunt mo-

nasticas leges. In vita Lycurgi apud Plutarchum. voluit Lycurgus  
hac lege iniicere frenum auaritia.

Sicut leo]

Esa. 38. Cùm Ezechias rex a-  
grotasset, & iterum ex morbo  
conualuisset, cecinit Deo carmen *עִזְרַאֲיִלֵּנוּ* pro liberatione, &  
inter cetera sic inquit, describens pauorem suæ consciētia, Sicut leo  
contriuit omnia ossa mea.

*Nil igitur dubium]*

Refutat Antinomus, qui Legem eiciunt ex Ecclesia.

Per Legem]

Rom. 3.

Iram efficit]

Rom. 4.

Fit excellenter]

Rom. 7.

Aculeus]

1. Cor. 15. Sunt venustissimæ  
metaphoræ in hoc dicto Pauli.  
Comparat Paulus mortem latroni interficienti viatores, & armat  
hunc latronē hasta, quæ est peccatum. Aculeus mortis, id est, caussa  
mortis hasta, seu gladius, qua interficit mors omnes homines, est  
peccatum, peccati verò potentia, id est, coticula, est Lex. Quando  
peccatum non agnoscitur, tunc accedit Lex, & acuit & limat pecca-  
tum. Paulus fuit viator, mors est latro, peccatum est hasta, Lex est  
coticula acuens hastam.

Paulus]

Rom. 7. Vinebam sine Lege,  
& ignorabam, concupiscentiam  
peccatum in me reuixit, ego mortuus sum.

A Propheta]

2. Reg. 12.

Agnum Dei]

Iohan. 1.

Conclufit]

Rom. 11. est magna consola-  
tio, Omnibus circumdedit signū  
reatus &c.

Suo loco]

in titulo de libertate Chri-  
stiana.

A Lege]

id est, à maledictione. Gal.  
Christus factus pro nobis maledictum, redemit nos à maledictione  
Legis. Ezech.

Ezech. cap. 20. Non ambulate in præceptis patrum vestrorum, sed ambulate in meis præceptis.

Esai. 29. Matth. 25. Christus citat hoc dictum.

psalm. 119.

vt in Laconicis: permittit magna scelera Lycurgus. Leges Solonis & Atheniensibus, non à Lacedæmoniis.

videlicet à damnatione, non ab obedientia. Christus dicit, Non veni soluere Legem, sed implere.

in articulo de iustificatione & de operibus. Agamus Deo gratias, quòd adiunxit nos, vt finem imponeremus huic etiam Loco.

v 3

FINIS LOCI DE  
LEGE DEI.



# LOCVS DE PRAECE- PTIS ET CONSILIIIS.



**P**OST amplissimam & vtilissimam doctrinam de Lege Dei, quam hactenus vtcunq; enarravimus, sequitur in ordine Locorum titulus de praeceptis & consiliis, quem docendi causa quatuor capitibus complectemur. Primum caput exponet discrimen inter praecepta & consilia, & proponet catalogum seu tabellam consiliorum, quae monachi aliquot saeculis sic appellarunt. Sicut enim Stoicorum philosophia diuidunt officia in perfectum & in commune, quidem appellarunt *κατ' ἄριστον*: commune verò *κατὰ κοινόν*. Ita monachi & scholastici Theologi, qui enarrarunt sententias Petri Lombardi, sinxerunt discrimen, cuius nullum est fundamentum in sacris literis, inter praecepta & consilia. Ac dixerunt, praecepta pertinere ad omnes homines, summos, medios & infimos, consilia verò tantum ad eos referenda esse, qui aliis hominibus antecellere virtutis, iustitiae & sanctitatis gloria cupiunt. De hoc igitur genere pauca dicemus in capite primo. Secundum caput tituli quem nunc ordimur, recitabit aliquot causas publicae vindictae, quam exercet magistratus iuxta certas leges. In tertio capite colligemus aliquos locos consolationis opponendos paupertati, oneri verè misero & graui, vt ait poeta. Cum autem paupertas nominatur, non tantum intelligitur rei familiaris inopia, quae certè magna est miseria, sed etiam alia onera longè duriora complectitur, cuiusmodi sunt odia, calumniae, conuitia, contemptus, morbi, exilia, carceres, supplicia. Quartum & postremum caput erit breuis admonitio de causis, propter quas castitas inuiolatè retinenda est. Quanquam autem multa possent in hanc sententiam commemorari praeclare & vtiliter, tamen nos contenti erimus tribus causis, seu tribus argumentis, quibus vtitur Paulus in 1. ad Corinth. cap. 6. quae omnia suo loco audietis. Non enim plura debent esse *πάρρησια*, quam *εργα*. Sciant ergo studiosi, hunc titulum de praeceptis & consiliis, nihil aliud esse quam appendicem seu *ἐπίσημα* Loci de Lege. Postea verò audietis doctrinam propriam Euangelij, in sequentibus titulis de discrimine Legis & Euangelij, & de iustificatione.

Quare hoc iam fit persuasum auditoribus, nos non diu versaturos esse in hoc titulo, sed duros operam, vt primo quoque tempore ad finem perducamus, vt relicta tandem legali materia, veniamus ad ea, quæ sunt propria Ecclesiæ Dei, eamq; discernunt à ceteris Ecclesiis: ac nisi ordo doctrinæ postulare repetitionem huius tituli, ego recto cursu contenderem, & quasi inuaderem in arcem causarum, videlicet in articulos optimos & dulcissimos.

de discrimine Legis & Euangelij, & de iustificatione.



## De discrimine præcepti & consilij.

### C A P V T I.



Vemadmodum in arte medica, doctrina de venenis traditur, non de venenatis bestiis, vt vitæ hominum infidiamur, sed vt ea vitare discamus: ita in Ecclesia necessaria est antithesis veræ & falsæ collatio contrariorum.

doctrinæ, vt fugiamus falsas opiniones, & veritatem quæramus, & in ea acquiescamus, nes nos peccatore, & veritatem quæramus, & in ea acquiescamus, simul Deo gratias agentes, quod immensa bonitate se patefecit, & Ecclesiæ immotam veritatis normam tradidit, de qua Filius Dei inquit. Pater, sanctifica eos in veritate, sermo tuus est veritas. Hæc Ioh. 17. normam iudicij sequentes, facile discernere possumus vera à falsis, quæ aut manifestè absurda sunt, aut speciem veri habent, & magno cum applausu excipiuntur. Cum igitur hæcenus vera & veritas Legis sententia exposita sit, non omittenda est refutatio opinionis Pharisaicæ, quæ leges in consilia transformat detestabilis Pharisæi, & miserabili incitiam differendi. Vt autem summa huius commentii, quod vanitatis & stultitiæ plenissimum est, à

iunioribus intelligi possit, dicam breuiter, quid intersit inter Legem & consilium. Lex est sententia aliqua de faciendis & non faciendis, proposita vel à Deo, vel à magistratu, quæ propter auctoritatem Legislatoris obligat ad obedientiam, & contumacibus poenam denuntiat. Consilium verò est sententia ostendens aliquid boni sine obligatione ad obedientiam, & sine denuntiatione poenæ, vt 1. Cor. 7. Paulus inquit: De virginibus præceptum non habeo, consilium autem do. Ac Lex quidem sua auctoritate non frangit, etiam si nullam rationem afferat. Consilium verò regit auditorem suasionem seu ostensionem alicuius boni. Deinde omnis violatio Legis aut culpa est aut dolus: ac consilij prætermisio à culpa & scelere liberata est. Hæc de vniuersali discrimine inter Legem & consilium dicta, ad speciem, de qua nunc agimus, reuocentur.

Optimus ordo, seu optima via & ratio docendi est, progredi à genere ad speciem, & initio discutere de thesi seu de generali questione, postea verò transferre sententiam ad hypothesin, ad speciem.

Primum igitur iuniores cogitent, quid in communi sermone significet præceptum, quid consilium. Præceptum est sententia aliqua à superiore proposita, siue à Deo, siue à Magistratu, obligans subditos ad obedientiam præstantiam, ad certa officia, ac simul denuntians poenam non obedientiam, tibus. Consilium verò dicitur sententia, quæ nec ad obedientiam, nec ad poenam violatæ obediētæ obligat, sed ita proponitur, vt tibi sit integrum obtemperare, aut non obtemperare consilio. Sic Paulus inquit 1. Cor. 7. De virginibus, hoc est, de iis, qui viuunt cælibes: præceptum non habeo. Nusquam enim Scriptura præcipit vitam cælibem. Consilium autem do eis, qui habent donum castitatis, vt propter præsentia pericula maneant cælibes, vt sint expeditiores ad omnes casus, & ad omnia pericula, quæ impendent propter Evangelij professionem. Hæc ita in genere sint breuissimè dicta, quæ nullo verbis dilatare aut extendere, cum sint per se manifesta. Nunc veniamus ad hypothesin, & propius accedamus ad nostrum negotium.

Ita enim doctores Pontificij censuerunt, sententias in Decalogo propositas habere vim legum: Enarrationes autem Decalogi à Christo traditas Matth. 5, & alibi, consilia & habenda & nomina

anda esse, eaque non pertinere ad omnes homines, sed tantum  
illos, qui singularem prae-  
rogativam bonorum operum ex-  
petunt, & aliis iustitia & san-  
ctitate antecellere volunt.

qui volunt esse perfecti, seu  
qui volunt esse in statu perfe-  
ctionis.

Monstrabo iunioribus in magistro sententiarum, in Petro Lom-  
bardo semina huius erroris. Quamquam enim magister ipse parce  
& verecundè loquitur de praeceptis & consiliis: tamen sententiarum,  
scriptores scholastici, Scotus, Thomas & alij, qui scriperunt comen-  
tarios in hunc librum, longius sunt progressi, nec manserunt intra  
limites sui magistri, sed serobes, ut dicitur, transilierunt. Sedes igitur  
huius Loci apud Lombardum, lib. 3. sententiarum, distinctione  
3. Bonum est, iuniores interdum aliquid repetere ex sordibus su-  
periorum aetatum & seculorum, propter hanc utilitatem, ut appa-  
ret discrimen inter lucem & tenebras, inter diem & noctem, inter  
bona, quibus nunc Dei beneficio fruimur, & illas delirationes,  
quae quid durius dicam, superioris aetatis. Verba Lombardi sunt:  
*quodam, quod hic dicitur simpliciter (scilicet de dilectione proximi &  
inimicorum) tenere volentes, illud praeceptum determinant, dicentes, illis  
posse dari in praeceptum, diligere omnem hominem, etiam inimicum: Mi-  
noribus vero in consilium, in praeceptum vero eos diligere, qui nihil mali fece-  
runt &c.* Hæc sunt parva semina, ex quibus postea nata est ma-  
gnæ arbor. Ex his enim verbis extracta est lögailias malorum apud  
scholasticos Theologos, quæ lucem Ecclesiæ eripit, & quasi noctem  
quendam offundit plenam tenebris. vno absurdo dato, alia mille  
sequuntur. Ita posita hac falsa hypothefi, de discrimine inter præ-  
ceptum & consilium, sequitur obscuratio doctrinæ Legis, doctrinæ  
de peccato, doctrinæ de iustitia fidei, denique obruitur, quasi quo-  
dam diluvio totius Ecclesiæ confectio. Hæc videntur iunioribus  
magis inaudita, mirabilia, sed ante annos 40 aut 50, nihil fuit his ma-  
gis perulgatum & tritum in omnibus scholis & templis.

Si quis autem catalogum consiliorum requirit, quæ ab indo-  
cto in regno Pontificio excogitata sunt, nihil est, quod expedire  
tam facile possimus. Sunt enim in summa duodecim, ut sequens  
tabella indicat.

1. Paupertas, seu desertio facultatum, Matth. 19. Si vis esse per-

fectus, vade & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus.

Sicut ex malis moribus, iuxta peruulgatum dictum, nata sunt bonæ leges: ita hæc ineptiæ & nugæ scholasticorum Theologorum de consiliis, præbent nobis occasionem interpretandi grauissima dicta & sententias à Christo traditas apud Matthæum. Ac mirum est, Matthæum præ ceteris Euangelistis idoneum fuisse visum, & maximè accommodatum ad stabiliendum commentum de consiliis. Non enim ex vilo alio Euangelista proferuntur prætextus duodecim consiliorum, sed ex solo Matthæo assumuntur tegumenta & vela, quibus obtenditur hic error. Quid respondendum est ad hanc sententiam? Non sunt transformanda singularia præcepta in vniuersales regulas, sicut vulgò dicitur: Præcepta non transformanda sunt in regulas. Est autem hæc vocatio singularis, qua præcipitur cuidam auditori & discipulo Christus, vt omnibus bonis venditis, sedatur dominum. Hæc est breuissima & expeditissima responsio, sed non reicio alteram, quæ talis est. Perfectio non consistit in venditione bonorum seu desertione facultatum, sed in eo, quod dicitur, Tu me sequere, scilicet fide. Nam sequi Christum, non est tantum imitari exemplum Christi, sed est fide amplecti hunc Dominum, & accipere eius beneficia, & postea afferre fructus fidei pro modo vocationis.

II. Abnegatio sui. Matth. 16. Si quis vult me sequi, abneget se ipsum. Est autem abnegare se ipsum, deponere fiduciam & admirationem propriæ sapientiæ & iustitiæ, & gloriari in solo Christo.

Quidam Theologus per hoc cum venisset dixit, Abnegare se ipsum, est se ipsum absolueri ab omnibus rebus secundis, Sich selbs absolviren von allen guten.

ten tagen / & verè se ita res habet. Qui sequitur Christum, & abneget semet ipsum, id est, deponit fiduciam & admirationem propriarum dotum, & gloriatur in solo Christo, qui nobis à Deo donatus est, vt sit nostra iustitia & sapientia, 1. Cor. 1. Is eadem operatollit crucem, non semel atque iterum, sed quotidie, & transit, vt ait Psalmus, per vallem lachrymarum, & inter lacrymas fodit fontes, scilicet doctrinæ, & vt alius inquit psalmus, Flens portat pretiosum semen.

III. Castitas, Matth. 19. Sunt eunuchi, qui castrauerunt se ipsos propter regnum cælorum,

Castitas

Christus in ca. 19. Matthæi interrogatus à Pharisaïs de diuortio, nō  
 liceat homini repudiare vxorem, & dare ei tabulam diuortij, respō-  
 det, Quos Deus coniungit, homo non separet &c. Postea digreditur  
 ad eos qui viuunt extra coniugium, qui sunt cælibes. De his inquit  
 Dominus: Sunt triplices eunuchi: Alij, quos fecit ipsa natura, qui  
 vocantur à Iurisconsultis spadones, qui non sunt ad generandum  
 informati à natura. Alij verò sunt eunuchi ab hominibus facti, vt  
 Turcicus tyrannus ministros sui gynæcei facit eunuchos ope & ar-  
 te chirurgica. Tertium genus eunuchorum, inquit Christus, com-  
 pletur eos, qui propter regnum cælorum se ipsos castrauerunt, nō  
 alio modo, vt fecit Origenes, non rectè intelligens hunc locum,  
 sed constituto firmo proposito perseverandi in cælibe vita, vt Atha-  
 nasius, Basilus, & quidam alij fuerunt tales eunuchi. Et si enim po-  
 terant ducere vxores, & à natura erant informati ad fecunditatē:  
 tamen singulari dono præditi, & habentes propositum perseveran-  
 di in vita cælibe, manserunt cælibes, & quidem puri, non contami-  
 nati vel in anima, vel in corpore, ac talis quidem status maximè con-  
 gruit doctoribus Ecclesiæ, si est possibilis. Si cui autem hæc prima  
 nauigatio non conceditur, is teneat secundam, vt dicitur in Græco  
 proverbio, *δευτερον πλῆρ.*

Theologi scholastici, vt discernere inter consilia & præcepta,  
 secuti sunt exemplum sui magistri Petri Lombardi. Sed vt aliquo  
 pretextu ornarent malam causam, inter cetera etiam ad suum cō-  
 mencium detorserunt titulum, quem Esaias cap. 9. Filio Dei tribuit,  
 Et vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius. Hunc  
 consiliarium interpretati sunt, vel potiùs corruerunt, vt dicerent,  
 non tantum tradidisse præcepta Ecclesiæ, sed etiam con-  
 silia supererogationis, vt ipsi vocant. Nobis vobis per-  
 consiliarium sit, Christus appellari à Propheta Esaiâ cap. 9. consiliarium  
 propter aliam causam longè grauiusimam, quia videlicet protulit  
 ex sinu Patris optima & saluberrima consilia Euangelij, sicut Bapti-  
 stas inquit Iohan. 1. Deum nemo vidit vnquam, Filius, qui est in sinu  
 Patris, ipse nobis reuelauit. Vocatur etiam ideo Dominus & salua-  
 tor noster consiliarius, quia dat nobis Spiritum consilij & fortitu-  
 dinis, hoc est, Spiritum sanctum, sine quo omnia nostra consilia, stu-  
 dia, conatus & actiones nihil valent coram Deo.

IV. Non reddere malum pro malo. Matth. 5. Benefacite iis, qui vos oderunt.



VIII. Vitare occasionem  
peccandi. Matth. 18. Si te oc-  
catus offenderit, erue eum.

Oculus, phrasi Scripturæ, imò  
metaphora vtitata in omnibus  
linguis, significat vel doctorem,  
vel consiliarium, vt Salomon

inquit Prouerb. 20. Vt oculus videat, & auris audiat, Deus facit v-  
trumque. Item Iob in suo libro gloriatur, & verè gloriatur se fuisse  
vtrumque cæcorum, id est, doctorem, gubernatorem, consiliarium ho-  
minum imperatorum & indoctorum. Et apud Pindarum oda 6. O-  
phiatae, sic deplorat mortem fratris sui Adrastus, Desidero te,  
vtrumque bonus, & bellator fortis. Si igitur volet te tuus doctor, præ-  
ceptor, consiliarius, aut quicumque alius gubernator seducere à via  
iustitiae, abiice eum, desere eum.

IX. Fugere hypocrisis. Matth. 6. Cauere, ne iustitiam vestram  
faciat coram hominibus.

Sic argumentor:

Christus videtur dicere pugnancia. Nam cap. 5. Matth. dicit, Sic  
facite lux vestra coram hominibus, vt videntes opera vestra bona,  
glorificent Patrem, qui in cælis est. Sequenti verò capite sic inquit,  
ne faciatis vestram iustitiam coram hominibus. Concilia  
locos, qui habent speciem contradictionis, verè ne pugnant in-  
ter hæc dicta? Non: quia non dicuntur respectu eiusdem. Fines  
sunt actiones. Nos debemus facere bona opera coram homi-  
nibus propter gloriam Dei, & propter bonum exemplum, sicut in-  
quit Paulus, Omnia facite ad gloriam Dei, & ne sitis scandalo Ec-  
clesiæ. Hic finis est bonus & ordinatus. Sed facere bona opera co-  
ram hominibus inani ostentatione, qua aucupamur nostram glo-  
riam, hic finis iure reprehenditur à Christo. Apud Augustinum  
hæc est, quam longa concio de conciliatione horum locorum, sed summa  
hæc est, quam recitavi. Christus cap. 5. tradens regulam vitæ, iubet  
facere bona opera propter gloriam Dei, postea capite sequenti prohi-  
bet inordinatum, videlicet inanem ostentationem.

Concilia mihi alia duo dicta:

Hilarem datorem diligit Dominus. Sed Epicharmus dicit, citâ-  
re paracho, in vita Antonij, Morbum habes, lætariis dando. Respon-  
dit: Hæc differunt fine. Hilarem datorem, scilicet lætan-  
tem officio, seu qui virtutis causa aliis benefacit. Epicharmus dicit,  
lætariis dando, id est, ipsa profusione.

X. Congruentia vitæ & doctrinæ. Matth. 23. Dicunt, & nõ faciunt.

pulatio sapientiæ & eloquentiæ, & rarum Deidonom, sed si altero nobis esset cendum, vel sapientia, vel eloquentia, satius esset, nos esse indisertè prudentes, quàm stultè loquaces: ita quanquam summum decus doctoris in Ecclesia est consonantia doctrinæ & vitæ, tamen si alterutro nobis cendum esset, mallem audire doctorem rectè docentem, etiamsi in vita esset aliquid scandali, quàm hypocritam ostendentem folia fici in moribus sine fructibus, id est, sine vera doctrina.

XI. Non angis de victu. Matth. 6. Ne sitis solliciti de cibo.

manducet. Et Deus inquit ad Adam vultus tui &c. Et psal. 128. Laborem manuum tuarum manducabis. Beatus es, & bene tibi erit. De hac sollicitudine Paulus loquitur Rom. 12. Sollicitudine non pigri, scilicet in vocatione. Item 1. Cor. 4. Hoc requiritur in ministro, vt sit fidelis. Fidelitas autem completitur assiduitatem & diligentiam. Secunda species sollicitudinis est sollicitudinem prohibet Christus Matth. 6. & hanc iubet Deo commendari. Psalmus 55. Iacta curam, scilicet de euentu, de exitu &c. Postrema species est, sollicitudo de aliena vocatione, quæ vocatur πολυμεγυμοσύνη. Hanc etiam prohibet Christus Iohannis vltimo, cum inquit ad Petrum, Si volo hunc manere, quid ad te attinet, tu me sequere, id est, obtempera tuæ vocationi, nec sis sollicitus de vocatione aliena, & Petrus in epistola vocat ἀνομιώσις, qui se ingerunt alienæ vocationi.

XII. Candida admonitio proximi. Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus &c.

re ac dissimulare. De hoc gradu nota sunt dicta, qui vitia odit, homines odit. Item. Fer infirmitatem, infirmitatis tuæ memor. Item. Dat

Cicero dicit de oratore: Malo indisertam prudentiam, quàm stultam loquacitatem, & rectè. Magnum quidem decus est, co-

Quotuplex est sollicitudo? Triplex est sollicitudo. I. de labore. Hanc præcipit Deus, vt Paulus inquit, Qui non laborat, non

manducet. Et Deus inquit ad Adam vultus tui &c. Et psal. 128. Laborem manuum tuarum manducabis. Beatus es, & bene tibi erit. De hac sollicitudine Paulus loquitur Rom. 12. Sollicitudine non pigri, scilicet in vocatione. Item 1. Cor. 4. Hoc requiritur in ministro, vt sit fidelis. Fidelitas autem completitur assiduitatem & diligentiam. Secunda species sollicitudinis est sollicitudinem prohibet Christus Matth. 6. & hanc iubet Deo commendari. Psalmus 55. Iacta curam, scilicet de euentu, de exitu &c. Postrema species est, sollicitudo de aliena vocatione, quæ vocatur πολυμεγυμοσύνη. Hanc etiam prohibet Christus Iohannis vltimo, cum inquit ad Petrum, Si volo hunc manere, quid ad te attinet, tu me sequere, id est, obtempera tuæ vocationi, nec sis sollicitus de vocatione aliena, & Petrus in epistola vocat ἀνομιώσις, qui se ingerunt alienæ vocationi.

Diomih, quot sunt gradus te- quitatis priuata? Tres. Primus, communes infirmitates, quæ no- puniuntur legibus, eleganter fer- Qui vitia odit, ho- memores odit. Item. Fer infirmitatem, infirmitatis tuæ memor. Item. Dat

veniam facile, cui venia opus est. Secundus gradus est, arcana  
 & ambigua in optimam partem interpretari, denique quæ-  
 sitione errata non exaggerare hyperbolicè. Nemo enim homi-  
 num est sine erratis. Tertius gradus, de quo loquitur Christus no-  
 minatim Matth. 18. est fratrem errantem aut peccantem admonere,  
 & fieri potest, in viam reuocare.

Sed omisis ceteris, nunc tantum de vindicta, de paupertate &  
 castitate dicamus.

## De vindicta.

### CAP. II.

**S**cripsit Iulianus Apostata libros contra Eccle-  
 siæ doctrinam, in quibus præcipuè exagitat pro-  
 hibitiones vindictæ. Ait, tolli magistratus, iu-  
 dicia, pœnas, legitima bella, confirmari atrocita-  
 tia in infinitum: denique pugnare eam doctri-  
 nam cum sensu communi, & tollere nervos hu-  
 manæ societatis. Ad has calumnias responsio  
 firma & luculenta hæc est, Euangelio maximè confirmari &  
 ordini politici, nec prohiberi vindictam ordinatam,  
 sed inordinatam, quæ  
 ad officium magistratus  
 pertinet, sed inordinatam, quæ  
 privati exercent.

Historia Iuliani Imperatoris  
 & Apostatæ, debet omnibus piis  
 esse notissima, propter exemplum  
 & audacem impietatem. Iu-  
 lianus natus est patre Constantio, fratre Constantini Magni, cumq;  
 in Bithynia, è regione Constantinopolis. In eâ schola tatum pro-  
 fectus Iulianus iuuenis, vt aliquandiu fungeretur officio lectoris seu  
 professoris. Sed corruptus est, & ab Ecclesia abalienatus partim à  
 philosopho Sophista, cuius adhuc extant quædam *περὶ ὑπερβολῶν*,  
 partim à philosophis Platonicis, Iamblichò, & quibusdam aliis.  
 Quare, cum concepisset odium veræ doctrinæ & Ecclesiæ, oppu-

gnauit Euangelium & Ecclesiam, non tantum vt alij tyranni, gladio, sed etiam stylo suo, id est, libris editis contra Ecclesiam doctores, & ad- & aliis malis artibus, vt quod Christianis eripuit facultates, & ad- didit hanc ironiam venenatam, Beati pauperes, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Item, quod prohibuit publico edicto, ne liberi Christianorum admitterentur ad scholas dialecticas & rhetoricas, Quia, inquit, nos sentimus proprias pennas in nostris vulneribus. Omitto reliqua, quae iuniores ipsi legere possunt in Chronico D. Praeceptoris, vel apud Theodoretum lib. 3. historiae Ecclesiasticae. Nam totus ille liber consumitur in narratione de Iuliano Apostata. Quomodo autem perierit in bello Persico, omnibus notum est. Cum enim accepisset vulnus, incerto auctore, exclamabat, Vicisti Galilae. Sic enim per contumeliam appellabat Filium Dei. Hic Iulianus Apostata inter alia exagitauit doctrinam Ecclesiae hac calumniam, quod in illa diceret prohiberi omnia iudicia, omnia bella legitima, omnes poenas magistratum. Quid verò respondendum est ad hanc calumniam? Respondeo. Christus Matth. 5. 6. & 7. enarrans Legem diuinam, non hoc agit, vt deleat magistratum, aut tollat iudicia & reliquos nervos humanae societatis, sed proponit doctrinam de poenitentia, quae arguit singulorum hominum corda, & docet, qualis esse debeat vnusquisque erga Deum. Interea concedit Christus vt sari in politia, & obtemperare honestis legibus.

Sunt enim sex causae, propter quas vult Deus fontes affici poenis politicis, quarum prima oritur à sapientia Dei, altera à iustitia Dei. Vult enim Deus intelligi & notum esse discrimen virtutum & vitiorum, vt sciamus, qualis sit ipse: quod non intelligeretur, nisi sanctae essent poenae, cum quae fit iniustus, vult deleri iniustos, sicut Deuter. 4. dicitur, Deus est ignis consumens.

Ante annos 50, hoc est, ante initium repurgatae doctrinae Ecclesiae, multi boni viri in republica, multi boni viri in republica, qui in causis capitalibus, quae ad alterius capite, & trahere carnifici gladium ad homines tollendos è medio. Praeterea & monachi & sacrificuli indocti & fascinati superstitione, auxerunt hunc vanum timorè suis nugis & ineptiis. Dixerunt enim, non timere

indutum veste monastica Deo placere, aut si quis non posset fieri monachus, ei tamen persuaserunt, vt sepeliri se curaret indutum veste monastica, sicut multi reges & Principes sunt sepulti in tali veste. Nunc verò Dei beneficio tota doctrina de officiis politici ordinis & infimis gubernatoribus, ne fingant sibi culpam, vbi nulla est culpa. Hæc ideo dico, vt norimus nostra bona, sicut de agricolis inquit Virgilius. Non semper fuit hæc doctrina tam vulgaris, sicut nunc est, Dei beneficio.

Tertia causa est commonefactio de pœnitentia. Nam politica pœnæ & ipsis, qui perferunt, & spectatoribus vtilis sunt. Vtrique enim, si modò sunt sanabiles, redduntur meliores, illi dolore, hi exemplo.

Sunt verba Platonis in Gorgia.

Quarta causa est commonefactio de pœnis æternis. Cùm enim pœnæ pœnæ non satisfaciunt iustitiæ Dei, tantùm sunt initia pœnarum pœnarum in iis, qui non sunt ad Deum conuersi, nec quarunt remissionem peccatorum per Mediatorem.

Nazianzenus in oratione de Athanasio, inter cetera etiã hoc narrat: Cùm Iulianus Apostata, de quo antea aliquid diximus,

in bello Persico translatus esset in urbem Antiochenam Syriæ, & non esset terræ mandandus, terra contremuit, quasi reiiciens hoc hominem, vt breuiter dicam, hunc hominem perditum & damnatum. Multa etiam alia acciderunt valde tragica & tristia eo tempore, quo sepultus est tyrannus & Apostata Iulianus. Hæc, inquit Nazianzenus, fuerunt initia æternarum pœnarum, quas sine vlla dubitatione nunc sustinet hic Apostata, blasphemus hostis Filij Dei. Ita omnes homines, qui non cõuertuntur ad Deum in hac vita, operimentur æterna ira Dei, & æternis suppliciis mactabuntur. Qua de causa ipsa que hæcenus exposita sunt, propter quas magistratus coguntur mandatu diuino exercere vindictam, & punire turbantes humanam societatem atrocibus delictis, non indigent longiore explanatione. Nam prima causa, vt diximus, sumitur à sapientia Dei, quæ discernit recta & non recta. Secunda sumitur à iustitia

Dei, quæ est vindex destruens contraria suæ voluntati, iuxta dictum Deus est ignis consumens. Tertia causa est commonefactio de peccatis, sicut vniuersaliter omnes calamitates generis humani sunt monitrices & concionatrices de conuersione ad Deum. Quarta causa est commonefactio de futuro iudicio, quia peenæ in hac vita non satisfaciunt iustitiæ Dei, nec respondent magnitudini peccatorum. Sequitur adhuc duæ causæ, quas breuiter addemus superioribus.

Quinta causa est necessitas communis. de hac causa loquitur Cicero in 8. Philippica.

Sicut enim Demosthenes scripsit orationes inuestiuas in patrem Alexandri Magni, regis Macedonici: ita Cicero scripsit inuestiuas in Antonium, quas nominat titulo Demosthenico Philippicas: ac dicit Cicero in illis orationibus; suum stylum canescere. Nam senilis oratio est suauior & dulcior, & minus affectata, simplicior, non comparata ad pompam & ostentationem, sed natura proximæ. Sicut enim summa laus picturæ est, imitari naturam, & eius simplicitatem exprimere sine colorum varietate: ita summa laus eloquentiæ est, posse aliquid explicare propriè, perspicuè, discretè, sine peregrinis & procul accersitis ornamentis & amplificationibus.

In corpore si quid eiusmodi est, quod reliquo corpori noceat, vri ac secari patimur, vt membrorum aliquod potiùs, quàm totum corpus intereat.

Vt vitam redimas, ferrum patieris & ignem, dicit poeta. Si quis laborat cancro, eum necesse est vri & secari, vt non dicam de aliis generibus morborum.

Totum corpus est maius sua parte.

Sic in Reipub. corpore, vt totum saluum sit, quicquid est pestiferum, amputetur.

Eandem sententiam extulit Ouidius his verbis,  
-- sed immedicabile membrum

*Ense recidendum est, ne pars sincera trahatur.*

Vniuersaliter salus totius est anteferenda salutis vnius partis, id quod docet nos ipsa numeratio. Meliùs est seruare totam ciuitatem, quàm vnã domum.

Sexta causa est exemplum. Hæc causa explicatur à Cicerone in 15. epistola

Epistola ad Brutum, Dixi seueras sententias, non tam vlciscendi  
 causa, quàm vt in præsens sceleratos ciues ab impugnanda patria  
 detererem, & in posterum do- Vita humana non tantùm re-  
 cumentum statuerem, ne quis gitur præceptis, sed etiam exem-  
 talem amentiam veller imitari. plis. Ac multum valent exempla  
 in vtramque partem. Vt igitur bona exempla inuitant ad imitatio-  
 nem virtutis & rectè factorum: sic exempla pœnarum sanabiles re-  
 uocant in viam, & deterrent ab iniustis consiliis & factis. Hæc sunt  
 manifesta.

Cùm autem causa, propter quas priuata seu inordinata vin-  
 dicta reprimenda est in doctrina Non volo eadem ad rauim  
 de virtutibus exposita sint, in- vsque repetere & inculcare, sed  
 de qui volet, eas assumat. vobis sum hortator, vt semper

repetitis præceptum Epicteti philosophi, qui dixit, Non potest do-  
 ctimar radices agere, nisi quis eadem quotidie audiat, & dicat ipse, &  
 postea ad vsum in vita transferat. Qui amat varietatem lectionum,  
 tantum seruit voluptati, & exiguo tempore demulcet suum pectus,  
 sed qui eadem sæpe audit, dicit & repetit, & transfert ad vsum in di-  
 cendo, scribendo, iudicando, formandis moribus, is verè proficit, is  
 tanto cursu contendit ad solidam eruditionem. Audiuiſtis autem in-  
 diuisis aliquot causas, quas nõ volo prolixè repetere, propter quas  
 mandanda est cupiditas priuata vindictæ. Prima & summa causa  
 est, mandatum Dei, quod sæpe repetitur, Remittite, & remittetur  
 vobis. Altera causa est, quia vindicta est honor soli Deo competes,  
 cuiusmodi dicitur & rectè & grauiter, *Richten/Rühmen/vnd Res*  
*gibiret Gott allein.* Iudicare, gloriari, & vindicare sunt ope-  
 ra Dei propria, iuxta dictũ quod citat Paulus Rom. 12, ex Deut. cap.  
 31. *Mihi vindictam, & ego retribuam.* Hic affirmat Deus, se velle ef-  
 fecti vindicem & iudicem, & velle sibi hunc honorem tribui. Quare,  
 qui exercet priuatam vindictam, id est, inordinatam, is eripit Deo  
 suum honorem. Tertia causa est agnitio propriæ infirmitatis &  
 condonationis diuinæ, sicut quotidie precamur in oratione Domi-  
 nice, *Remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus nostris*  
*peccatoribus, quasi dicamus, Da veniam danti veniam, sis mihi pro-*  
*ptus propter Christum, sicut ego propter te, propter tuam volun-*  
*tatem libenter remitto, offensiones & iniurias, quibus sum læsus*

ab aduersario, vel ab amico, vel à proximo meo. Quarta causa, quia nulla res magis impedit inuocationem, quam iniuriarum tenacitas & cupiditas vindictæ. Dum enim aliquis ardet hoc affectu, quomodo potest Deum alloqui, Miserere mei, Deus. Item, Remitte nobis debita nostra? Quinta causa est, quia cupiditas vindictæ priuata turbat Ecclesiam & Rempublicam, & impedit alia negotia magis necessaria. Postrema causa est exemplum Filij Dei, qui dicit Math. 11. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.

## De paupertate.

## CAP. III.



**V**traque ars magna est: rectè ferre paupertatem, & rectè vti diuitiis. Verissimè enim à Comico dictum est, Paupertatem esse onus & miserum & graue. Quare vt hoc onus, quod multis Æthna grauius videtur, sine deformitate feramus, loci quidam consolationis colligendi sunt.

Cicero de Senectute: Senectus multis videtur grauior Æthna.

Hæc doctrina pertinet propriè ad ordinem scholasticum, qui vel cum paupertate conflictatur, vel certè spernitur & negligitur in mundo. Consolemur igitur nos his locis, non modò aduersus paupertatem & inopiam rei familiaris, sed etiam aduersus cõtemptrum & iniqua iudicia aularum & vulgi. Nam multi homines summi & infimi ex alto despiciunt nostros labores, nostras occupationes, stultitia, conatus, putant, nos frangi futilibus & inanibus contentionibus. Aduersus hæc iniqua iudicia cõfirmemus nos talibus sententiis.

Est autem primus locus agnitio voluntatis Dei. Non enim casu sparguntur facultates, nec tantùm humana diligentia parantur, sed Deus auctor est huius dissimilitudinis, vt alij sint pauperes, alij diuites.

Abraham est diues, Lazarus est pauper: & tamen vterque est Deo charus, sed Deus non distribuit eodem modo bona corporalia.

Esti

Etsi enim bona spiritua-  
lia & æterna, æqua lance di-  
tribuit omnibus, tamen corpo-  
ralium bonorum vult esse dissi-  
militudinem, vt vita sit conso-  
lata multis vinculis, & alij a-  
lium ope indigeant, & firmio-  
ra membra opem ferant infir-  
mioribus.

Deus tam est propitius Laza-  
ro, quàm Abrahamæ, tam est propi-  
tius Ieremiæ miserrimo homi-  
ni, quàm Iosepho & Danieli, qui  
vixerunt in florenti fortuna.

Si omnes essemus diuites, pri-  
mùm hoc sequeretur incommo-  
di, quòd nemo alteri seruiret, ne-  
mo alteri operam sui officij præ-

beret. Indigentia verò est vinculum  
humanæ societatis. Ego non  
possum tua opera carere, tu vicissim non potes mea opera carere, vt  
sciam nominem pro genere. Manus manum lauat. In hanc senten-  
tiam inquit Xenophon, Natura alterum alterius indigere voluit,  
quod vni deest, præstò plerunque est alteri. Deinde, si omnes  
essent diuites, non haberemus occasionem exercendæ dilectio-  
nis misericordiam, nemo alteri opem ferret, quia vbi nulla pauper-  
tas non est opus elemosynis. Adeo sapienter Deus omnia ordi-

Ad hunc locum consolationis pertinent dicta Salomonis, Si-  
militer habitant diues & pauper,  
omninoque facit Dominus. Itè,  
non despicit Dominus pauperem, expro-  
bator factori eius.

non fortuna cæca.

II. Secundus locus consolationis est causa finalis. Nam Deus  
pauperem exercet nos paupertate & aliis afflictionibus, non vt  
perdat nos, sed vt nos retrahat ad poenitentiam, aut exuscitet, vt  
crectam nobis timor, inuocatio, & ceteræ virtutes. De hac causa  
Terullianus inquit in libro de patientia: O seruum illum bea-  
tum, cuius emendationi Dòmi-  
nus instat, cui dignatur irasci,  
opem admonendi dissimula-  
tione non decipit.

punire. Ira sæpe ponitur pro  
pœna.

Tertius locus est collatio euentuum. Etsi diuitiæ & paupertas  
sumus mediæ, quibus rectè, aut secus vti possumus, tamen ple-  
rumque paupertas virtutis occasio est, & diuitiæ multis propter

abufum, peftem perniciemque afferunt. Deinde pauperum corpora plerunque firmiora sunt, quia indigentia fanitatis mater est, & labores atque exercitia bonā valetudinem conferuant, vt me dicorū omniū princeps scripsit. Hippocrates.

Mementote duos aphorismos Hippocratis, quorū primus est, *ἐνδεία μὴ τὴν ὑγίαιαν*. Indigentia mater fanitatis. Natura est paucis contenta. Siquis igitur non

onerat ventriculum & epar nimio cibo & potu, sed paruo assuetus est, vt Virgilius de iuuentute inquit, patiens operum, paruōque affueta iuuentus, is facile tuetur valetudinem. Econtrā affluentia & satietas cibi & potionis mater est omnium morborum. Plures enim pereunt crapula, quā gladio, vt dicitur in prouerbio. Alter aphorismus est, *κόποι καὶ γυμναστικαὶ σφραγίδες ὑγίαιας*, Labores & exercitia sunt adminicula valetudinis. Sicut enim somnus, secundum Hippocratem, prodest visceribus: ita labor prodest ariculis. Absumit enim superfuitates & redundantes humores. Quantum autem boni sit in exercitacione corporis, docet Platonicum dictum, quod citat Plutarchus in præceptis de tuēda valetudine, Non exerceas corpus sine mente, nec mentem sine corpore. Qui semper alsidet libris, & nunquam exercet aliquo motu corpus, colligit magnam vici copiam prauorum humorum. Econtrā, qui sine mente, sine ratione, sine delectu, sine consideratione circumstantiarum exercet corpus, vt si quis statim post cibum sumptum saltat, is non minus nocet corpori.

Est & illa sapientis vox vera, Somnus pauperis dulcissimus. De hac collatione euentuum præclare philosophatur Theodoretus in oratione 6. de prouidentia.

quit, sunt firma valetudine, & habent quandam coloris suauitatem. Econtrā diuitum liberi, singulis ferè momentis indigent operum medicorum.

Siraçidæ.

Quotidie cernuntur ante oculos exempla huius asseuerationis. Pauperum liberi, qui vescuntur pane atro & iure hestescunt, vtille apud Comicum inno, vt ille apud Comicum inno,

Quartus locus est breuitas huius vitæ. Hanc consolationē proponit



pite, tanquam membra fouemur & sustentamur, semper in nostris auribus sonent verficuli,

*Exul erat Christus, comites nos exulis huius  
Esse decet, cuius nos quoque membra sumus.*

Rom. 8. scribitur, Quos Deus elegit, hos etiam vult fieri conformes imaginis Filij sui, hoc est, vult membra fieri similia capiti, & milites pati similia afflictionum ducis. Ideo Paulus inquit Paulus, ego suppleo ea, quæ defunt passioni Christi. Non hoc dicit Paulus, suas afflictiones esse merita remissionis peccatorum, quæ possint applicari aliis, sicut Papistæ hunc locum deprauarunt & corrumpunt: sed loquitur de copulatione capitis & membrorum, & de similitudine ducis & militum. Miles non debet querere plures delicias, plus laxamenti expetere, quàm dux: ita nos non debemus appetere inæqualitatem in amicitia Christi, sed simus contenti, ea fortuna, in qua fuit, Christus.

Dixi de præcipuis consolationibus, quarum meditatio onus paupertatis alleuare potest. Nunc de vsu facultatum pauca dicenda sunt, ne quis existimet, nos ipsas diuitias accusare & condemnare. Utendum est autem facultatibus non modò ad nos ipsos & domesticos alendos sine luxu, sed etiam ad conseruationem ministerij & Reipub. & ad iuuandos pauperes verè egenes. De hoc vsu Lex Moyfi nos admonet, quæ iussit dari primitias & decimas sacerdotibus, & conferri *διδραχμων* seu dimidium sceli, id est, quartam partem aurei Rhenani ad tabernaculum. Iussit etiam dari quintas regibus, & relin-

qui spicilegia pro pauperibus. Et Xenophon in Oeconom. præclare dixit, lucunda res mihi videtur, & magnificè colere Deum, & amicos egenes iuuare, & Rempubl. meis opebus ornare,

de quarta parte aurei Rhenani, extat Exod. 30. Sententia Legis hæc est: Omnes masculi, qui attigerunt annum ætatis 20. soluant tabernaculo dimidium sceli, quod Græci vocant *διδραχμων*, duas vide-


scilicet partes.

id est, Hic est optimus vsus diuitiarum, qui conferrur ad cultum Dei, & ad iuuandos amicos, denique ad ornandam, tutandam & conseruandam Rempubl. Lex verò de didrachmo seu de dimidio sceli, vel quod idem est, de

et drachmas, quartam partem aurei Rhenani. Iam cogitate quanta  
 pecunia fuerit collecta vno anno. Haud dubie in regno Dauidis sur-  
 peravit numerus Israëliitarum duodecies centena millia, quia di-  
 midium huius numeri extat lib. 4. Moyfi, qui nomen habet à nu-  
 mero. Crescete autem politia, creuit etiam multitudo hominum.  
 Ergo vno anno accepit fiscus templi tres tonnas auri, posita hac  
 hypothesi, quod fuerint in regno Dauidis duodecies centena mil-  
 lia. Si iam singuli homines deberent vnum nummulum Misnicum  
 conferre ad iuuandam Ecclesiam præter morem solitum, moue-  
 re seditionem. Tanta est ingratitude hominum erga ministeriũ.  
 Nunc hoc potest dici, quod ministri sustententur spoliis Aegy-  
 ptiorum, ad missas funebres & venales, & nisi adhuc conseruarentur  
 spolia illorum spoliatorum, esurirent & sitirent, & nudi essent o-  
 mnes ministri Ecclesiæ. Quotusquisque Principum iam aliquid  
 conferat ad scholas, vel ad templa de suo? plerique sunt liberales de  
 spoliis Aegyptiorum. Sed olim tanta fuit liberalitas & beneficentia  
 vniuersi vulgi, vt singuli masculi quotannis contulerint ad taberna-  
 culum, quartam partem Ioachimici, vel aurei Rhenani.

## De castitate.

## CAP. IV.


**D**E O nunc ero breuior in explicanda doctri-  
 na de Castitate, quia aures vestrae quotidianis vo-  
 cibus personant de hac virtute. Multa enim au-  
 diuistis, quæ ad hanc rem pertinent, in doctrina  
 de virtutibus, deinde plura audietis in ipso tex-  
 tu, in quo colligentur præcepta Dei de hac virtu-  
 te, & seuerissimæ comminationes pœnarum,  
 quæ Deus nuntiatur violantibus castitatem. Audietis etiam ex-  
 tra horribilia & tragica pœnarum, quibus oppressi sunt omnes scor-  
 datiores, adulteri, & alij homines polluti. Quare cum nolim actum  
 agere, & eandem cantilenam ad rauim vsque repetere, nunc contem-  
 ptus ero tribus argumentis, quibus vtitur diuus Paulus in priore e-  
 pistola ad Corinth. cap. 6. vbi cum posuisset hanc propositionem:

Nullus adulter, nullus scortator possidebit regnum Dei, addit gra-  
uissima argumenta, quæ mox audietis, cur toto peccatore fugienda sit  
omnis contaminatio & seminis effusio extra ordinem à Deo insti-  
tutum. Summa verò hæc est: Nostra corpora sunt membra Filij Dei,  
deinde sunt redempta magno pretio ab eodem Domino. Quare nõ  
licet nobis transferre nostra corpora ad vsum capiti nostro dispi-  
centem, & à Deo prohibitum. Hæc bonam mentem magis mouere  
& debent & possunt, quàm omnes declamationes, quantumuis splen-  
didæ & copiosæ, imò magis etiam nos flectere debet ad amorem ca-  
stitatis, quàm omnia supplicia & omnes corporis cruciatus, sed au-  
dite ipsum Paulum.

Cùm in Ethicis, & aliàs sæpe dictum sit de causis, propter quas  
retinendum est castitatis decus: nunc tribus argumentis contem-  
tus ero, quibus Paulus vtitur in priore epistola ad Corinth. cap. 6.  
Primum enim constat inter omnes, qui non modò aliquid sapien-  
tiæ, sed etiam sanitatis habent, proprium corpus alienare nefas  
ei eripiendum. Si enim facultates inuito domino voluntatem Do-  
mini? Sunt autem corpora nostra membra Christi, & templum  
Spiritus sancti. Neque enim Christus tantum frater noster est, sed  
etiam ita nobis coniunctus est, vt caput membris, vt vitis palmi-  
tibus, suamque massam humanam & nostram eodem Spiritu vi-  
uificat, & similibus donis or-  
nat. Non igitur transferenda  
sunt corpora nostra ad vsum  
prohibitum contra voluntatem  
Domini.

Augustinus sermone 62. de  
verbis Domini: Membra Chri-  
sti, cogitate quale caput habea-  
tis (Hæc vox debet sonare in tuo  
corde) Filij Dei, cogitate qualem

Patrem inueneritis, Christiani cogitate, quæ vobis hæreditas pro-  
mittatur.

Primum argumentum breui syllogismo includi potest. Propriū  
corpus alterius non est ei eripiendum: Sed corpora nostra sunt pro-  
pria Christi, quia sunt membra eius: Ergo nostra corpora non sunt  
Christo eripienda. Maior declaratur argumento à fortiori. Non  
licet facultates inuito domino alienare, iuxta dictum, Non furtum  
facies. Multò igitur minus aliena corpora transferenda sunt inuito  
domino ad prohibitū vsum. Hæc Maior est principii & axioma-  
tura.

naturaliter notum. Veniamus ad Minoré. Non tantum sumus fratres  
 Christi, sed quod longè maius est, imò longè maximum, etiã mem-  
 bra Filij Dei. Diligenter propter Deum & vestram salutem colligi-  
 tur & considerate omnia dicta Scripturæ, in quibus Christus appel-  
 latur caput Ecclesiæ, & nos membra huius capitis. Nulla est enim  
 efficacior consolatio in vita & in morte, quàm firma fide statuere,  
 Christum esse caput nostrum, & nos esse huius capitis mēbra. Quo-  
 modo enim Christus potest nos relinquere in miseris, aut in morte  
 perpetua, maximèque misera, si est nostrum caput, vt certè est? quo-  
 modo nos possumus perpetuò latere in monumentis, & in pulvere  
 regnare, & esse ludibria vermium, si Christus caput nostrum viuit, &  
 regnat, & sedet ad dexteram Dei, vt det dona suis membris? Hanc  
 Theologiam & Paulus ipse, summus Ecclesiæ doctor post Christum  
 nos docet, & Pauli natiuus discipulus Augustinus, qui in omnibus  
 suis scriptis nihil magis vrget, nihil magis inculcat, nihil sapius re-  
 petit, quàm hanc ipsam *συνπαθήσαν* & coagmentationem arctissi-  
 mam capitis & membrorum. Quamquam enim multa sunt in to-  
 tius Theologia plena doctrinæ & consolationis, tamen haud scio, an  
 vllum membrum, aut vlla pars doctrinæ Christianæ plenior sit do-  
 ctina & consolatione, quàm hæc ipsa, de qua nunc loquimur: sed  
 sponte currentes, & dicto audientes, non necesse est pluribus verbis  
 hortari & incitare. Magnum est priuilegium, magnum beneficiũ  
 eternitatis Christi, iuxta dictum psalmi 22. Narrabo nomē tuum  
 tribus meis, in medio Ecclesiæ laudabo te. Et post resurrectionē  
 Ioan. 20. Christus inquit ad Mariam & ad fratres meos, & dicit  
 ascendendo ad Patrem meum & ad Patrem vestrum, ad Deum meum  
 & ad Deam vestrum. In his & similibus dictis expressè vocamur fra-  
 tres Christi, quæ certè est dulcissima appellatio, sed longè arctior est  
 copulatio, & coniunctio, & coagmentatio capitis & membrorum  
 nostre. Sicut enim Hippocrates dicit, diuinum esse consensum in-  
 ter membra eiusdem corporis, quem consensum præclare illustrat  
 nos Paulus 1. Cor. 12: Ita est diuinus & inseparabilis consensus in-  
 ter caput Filium Dei, & nos misera & infirma membra. Sicut caput  
 toti corpori impertit sensum & motum per neruos: ita Filius Dei  
 est efficax in suis membris per verbum & Sacramenta, & per Spiritum  
 sanctum, qua de re, si tempus pateretur, liberet plura dicere,  
 sed vult aliquando, si vult Dominus, tempus & locus de his rebus  
 vultus dicendi, & aliquo modo declarandi & explicandi, quomodo

nos Filius Dei faci at sua membra, inserat nos suo corpori, & quomodo habitet in nobis Christus, cum Scriptura toties dicat, Christum habitare in nobis. Hæc erunt alterius loci & temporis. Nunc sumus contenti hac breuitate.

Dein de grauius peccatum est, sibi ipsi facere iniuriam, quam alteri, vt Cato magis peccat, sibi necem conciscens, quam si alium interfecisset. Libidinosus verò propriū corpus polluit. Quare non est leue peccatum proprii corporis contaminatio.

est vpupa contaminans proprium nidum.

Hoc argumentum ita recitat Paulus, Omne peccatum fit ex-

tra corpus, vt furta, latrocinia, vsura, & quicquid est talium delictorum, hoc omne extra corpus perpetratur. Libidinum verò corporis teterrima fit in proprio corpore, est contaminatio proprii corporis. Vt igitur omnes detestamur vpupam, propter proprii nidi cōtaminationem: ita verè digni sunt odio, & ab omnibus creaturis execrandi, qui petulanter deformant probis in hincis sua vasa, & sua corpora, de quibus dicit Paulus 1. Thess. 4. Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra, vt vnusquisq; possideat vas suum. i. corpus suū, quod est domicilium animæ & Spiritus sancti, aut cerè debebat esse, in sanctitate, & non in contaminatione.

Postremò, nemo est dominus suorum membrorum, præsertim si pretio redemptus sit.

Est regula Iurifconsultorum & optima regula.

Nos sumus à Filio Dei redempti. Etenim propter nimiam charitatem, qua dilexit nos Deus, vt seruum redimeret: nec Pater Filio, nec Filius ipse sibi pepercit. Verè nimiam, quia & mensuram excedit, modum superat, planè supereminens vniuersis, vt verbis Bernardi vtat. Ergo non habemus ius disponendi de nostro corpore pro arbitrio.

in sermone de passione Domini.

Verba, quibus Paulus hoc argumentum explicat, hæc sunt. Et tales quidem aliquando fuistis, id est, scortatores, adulteri, im pudici, libidinosi, sed nunc estis abluti & redempti, & sanctificati per nomen Christi, & per Spiritum sanctum. Et in multis aliis locis exaggerat Paulus & tota Scriptura magnitudinem pretij, quod soluit Filius Dei pro nobis redimendis & vindicandis in veterem libertatem & digni-

ingratam, vt i. Petri i. dicitur: Non estis redempti auro, vel argenteo, vel gemmis pretiosis, sed sanguine immaculati agni. Vt autem inueniatur huius argumenti pondus diligenter expendat, & in feriis, quæ sequuntur altera septimana, sit modestior, & minus sit petulans & feroc, addâ aliud dictum Bernardi, quo vix aliud extat dulcius.

Bernhardus in sermone 2. de Pentecoste: Pater, vt seruum redimat, Filio non parcat. (Rom. 8. Qui vnigenito Filio non pepercit, sed pro nobis tradidit illum & c.) Filius seipsum libentissimè tradidit. (Phil. 2. Factus est Patri obediens vsque ad mortem, mortem autem non sanctum vterque mittit (Pater & Filius: cum venerit paraclēta, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis, qui procedet à Patre, Iohan. 17. Et Act. 2. inquit Petrus: Dextra Dei exaltatus Christus effudit hoc donum quod videtis.) Et ipse Spiritus interpellat pro nobis genitibus ineffabilibus (Rom. 8.) O duri, & indurati, & obdurati Filij Adæ, quos non emollit tanta benignitas, tanta tenax, tantus ardor amoris, tam vehemens amator (sic Deus dilexit mundum, id est, adeo vehementer dilexit) qui pro vilibus farraginis tam pretiosas merces expendit. Relinquo hæc cogitanda, non volo addere plura verba.

His tribus argumentis si qui non mouentur, vt casti pudoris sanctissimum decus conferant, duriores sunt scopulis inueniant stantibus, & nullo xuo quocumque, quanquam assiduis fluctibus tunduntur.

Non sunt mea, sed Pauli, vel potius Spiritus sancti argumēta.

Sicut fabri suis malleis tundunt suam incudem, sic fluctus tundunt scopulos.

EXPLICATIO TEXTVS LO-  
CORVM THEOLOGICORVM  
PHIL. MELANTHONIS

De præceptis & consiliis.



**S**icut aliorum Locorum pagellas in textu per-  
currimus, ita deinceps nobis idem faciendum  
esse statuamus. Etsi enim quibusdam hæc repeti-  
tio molesta & odiosa, quibusdam etiam inanis &  
non necessaria, tamen nobis sit persuasum, re-  
ctissimam viam esse ad solidam eruditionem in  
omnibus generibus doctrinarum & artium, non noua quotidie le-  
gere, audire & discere, sed eadem de eisdem sæpe commemorare.  
Vix enim hac ipsa diligentia obtineri potest, vt ad propositam me-  
tam perueniamus. Sed omnia hæc *per se* pergam vsitato  
more in textu. Exordium sumitur ex Loco communi, Vno abstru-  
do dato, multa sequuntur. Item: Paruus error in principio, in fine  
fit maximus: vt cum viator semel deflexit à recta via, quod longius  
progreditur, eò magis errat. Ita in artibus & doctrinis vsuuenire so-  
let, vt aberrantes semel à scopo veritatis, postea pluribus erroribus  
implicentur. Principiis igitur, vt ille ait, obstandum est, nam serò  
medicina paratur, Cum mala per longas conualuere moras, vt in-  
quit poëta. Scitis Origenem obscurasse discrimen literæ & Spiritus,  
ac dixisse, literam apud Paulum significare Grammaticam interpre-  
tationem Scripturæ: Spiritum verò esse sensum allegoricum. Hæc  
falsa hypothesis constituta, quæ pugnat cum mente & sententia Pau-  
li, & longissimè à re ipsa & veritate distat, Origenes sumpsit sibi infi-  
nitam licentiam fingendi quidlibet, & transformandi omnia dicta  
Scripturæ in allegorias, vt si quis Homericum poemam allegoricè in-  
terpretetur. Idem Monachis accidit in Papatu, qui cum essent ignari  
iustitiæ fidei, & suam iustitiam vellent stabilire, vt ait Paulus Rom.  
10. sinxerunt mille portenta opinionum. Nam vt alia exempla erro-  
rum Papisticorum omittam, quàm est hoc crassum erratum, quod  
ex præceptis fecerunt consilia, cum nusquàm ferè extet in Nouo Te-  
stamento consilij nomen, nisi semel apud Paulum 1. Cor. 7. De vit-  
gialibus

quibus præceptum non habeo, consilium autem de eis & c. Hæc o-  
mnia dico, ad declarandam sententiam communem, quæ sæpe in  
Scholis ex Aristotele citatur: Vno inconuenienti dato, multa se-  
quuntur in 1. Phys. Non disputemus subtiliter de numero consilio-  
rum, alij plura, alij pauciora numerant, sed tria fuerunt præcipua a-  
pud Monachos, qui quidem & nominatim professi sunt paupertate  
& castitatem. Verè autem de talibus hypocritis dicit Bernar-  
dus & venustè, Hypocritæ sunt pauperes sine defectu, & humiles si-  
ne respectu, & diuites sine labore. Franciscani simularunt se non  
habere studium pecuniæ, & vt hoc persuaderent hominibus, aut nõ  
consectarunt suis manibus pecuniam, aut si necesse fuit attingere  
pecuniam, prius inseruerunt digitos chirothecis, sed tales hypo-  
crite sua mendicitate & simulata paupertate ædificarunt amplissi-  
mas domos, emerunt multos redditus, & nisi Deus mutasset præsen-  
tium religionis, qui tunc erat, haud dubiè facti fuissent vnà  
cum aliis monachis domini totius terræ. Talis etiam fuit ipsorum  
vitas.

[Quia consilia]

scilicet κατ' ἐξοχλήν.

Semper vni errori multi sunt  
Semper solus est, sed semper multos secum attrahit. Dicam vobis quæ  
sunt opiniones monachorum de perfectione: Monachus indu-  
it vestem monasticam, cu cullum, finxit se denud baptizari,  
hanc mutationem vestitus comparauit cum baptismo: deinde  
hanc monasticam ita amplificauit & exaggerauit, vt diceret, se vi-  
uere in statu perfectionis, cui nihil deesset de summa sanctitate &  
ceteris. Omnes igitur alios homines infra se collocauit, imò & qua-  
si ab eis despexit, tanquam imperfectos & immundos, & sordibus  
se vix immerfos, quibus vix locum aliquem in cælo concessit,  
se vero affirmavit mereri operibus vitæ monasticæ, & illis exerci-  
tium disciplinæ singularem & eximiam coronam in cælo. Præterea  
gloriarum monachus, suam vitam monasticam ita refertam esse meri-  
torum operum, vt possint ex hoc fonte deduci riuuli ad irri-  
gandam totam Ecclesiam. Hinc extiterunt tot fraternitates, vt vo-  
cantur, & alia mille mendaciæ ex hoc fonte nata sunt. Qui vixerunt  
in hæc Papisticis ab ineunte ætate, sciunt hæc ita se habere, non sunt  
sunt nimis vera.  
Sic argumentor. Omnis doctrina congruens cum doctrina

Christi est vera. Stoica paradoxa congruunt cum doctrina Christi. Ergo Stoica paradoxa sunt vera. Sicut enim Stoici laudantur *ἀπαθείαν*, id est, indolentiam, & omnium affectuum carentiam seu vacuitatem: ita Christus videtur cap. 5. Matthæi fingere sapientem sine ira, sine gratia, sine villo motu cordis. Respondeo ordine ad propositiones: Omnis doctrina congruens cum voce Filij Dei est vera, congruens scilicet secundum omnes causas. Deinde ad Minorem respondeo: Stoica paradoxa cōgruunt cū voce Filij Dei, apud Marcum cap. 5. Nego Minorem: Quia causæ faciunt discrimina actionum. Et si, quod ad formam attinet, videtur esse quædam similitudo & congruentia vocis Christi & hyperbolarum Stoicarum: tamen causæ finales monstrant infinitum discrimen. Nam Stoici pugnant suas ideas & suam *ἀπαθείαν* fictam & commentitiam, pugnantem cum natura hominis, & cum ipsa creatione, vt doceant sapientem & posse & debere illas ideas facto ipso exprimere. Hæc sunt inania somnia, quia præcipiunt impossibilia & contraria naturæ, Christus verò proponit suas conciones, vt vocet & inuitet omnes homines ad pœnitentiam, id est, ad agnitionem peccatorum & iræ Dei. De hoc discrimine iam audietis in textu. Hæc ideo dico, ne similitudo vos decipiat. Fuerunt quidam non indocti homines in Ecclesiastica, qui decepti hac similitudine scripserunt, congruere Stoicam philosophiam cum Euangelio, & nullam sectam magis probandam esse, quàm Stoicam, sed tales, quanuis docti & magni, vehementer errant.

In Mario]

Marij, Pompeij & Cæsaris apud Plutarchum. Item legite historiam Syllæ & illam in lectione Chronici libelli.

Lucanus lib. 2. de Mario:

*Vir ferus & fato cupienti per  
dere Romam.*

*Sufficiens.*

Vas iræ, vt Scriptura loquitur, organum pestiferum sibi & aliis.

Huius viri vitia si cum virtutibus comparentur, hæud facillè sit dictu, vtrum bello melior, an pace perniciosior fuerit. Quàm enim Rempub. armatus aduersus

Sunt verba Flori, qui redegit in Epitomen Liuium.

uerfus

Paulo post crudelissimo luctuo-  
simoque bello implicauit.

Hoc est altera manu ædifica-  
re, & altera rursus destruere.

Quantum profuit patriæ in bello, tantum nocuit in pace. Fuit igitur  
causa contrariorum, sicut sæpe idem est causa contrariorum. Qui  
Cimbri habitant? quid vocatur Cimbrica Chersonesus? Dania.  
Cimbri habitauerunt ad Septentrionem in illa angusta ora ad littus  
aditum, ad mare Septentrionale. Hi Cimbri, septentrionales po-  
puli vna cum mare Septentrionale. Hi Cimbri, septentrionales po-  
pulum in Italiam tempore Marij, ante Christum natum, & maxi-  
mam cladem in Italia attulerunt Romanis, nec mediocrem eis pauo-  
rem iniecerunt, sed tandem à Mario callido duce, magis consiliis,  
quam armis represi sunt, & tantam acceperunt cladem, vt nemo  
illam descriptionem tragicam, quæ apud Plutarchum extat  
de clade Cimbrorum, sine lacrymis legere. Quantum igitur profuit  
defensione aduersus Cimbrorum suæ patriæ Marius, tantum postea  
perdidit & destruxit, excitato bello ciuili aduersus Syllam, cuius v-  
tatur gloria, sicut plerunque senes sunt inuidi, & vruntur gloria  
iuniorum. Marius erat senex, Sylla autem iunior erat, & gerebat bel-  
lum aduersus Mithridatem, & quidem feliciter, & cum magna lau-  
de. Propter hanc futilem causam, si modò est causa appellanda, ac-  
cessit Marius tantum bellum in patria, quo tota ferè patria con-  
sumpta.

Lucanus lib. 2. de Sylla:

In Sylla]  
Sylla quoque immensis accessit cladibus vltor,  
quod exiguum restabat sanguinis vrbi  
hausit, dumq; nimis iam putrida membra recidit,  
Excessit medicina modum, nimiumq; secuta est,  
Qua morbi duxere, manus.

Et paulò post:

Tunc data libertas odiis, resolutaque legum  
Frenis iraruit, non vni cuncta dabantur,  
Sed fecit sibi quisque nefas, semel omnia victor  
Insserat.

Legite ipsi Lucanum, optimum poetam post Virgilium. Sylla

habuit quidem meliorem causam, quam Marius, quia initio usus est necessaria defensione aduersus senem inuidum, & liuidum, & πολυπρόσωπον, sed postea, ut fieri solet, bonam causam male agendo corrumpit per gestus incompósitos, ut inquit Aristophanes, quia dum adhibet medicinam ciuili bello, quod excitauerat Marius sua ambitione & aemulatione, excedit modum, & factus est crudelissimus tyrannus. Quae de re admonent nos hae historiae? De multis rebus magnis, de quibus ipsi domi cogitate, sed praecipue de moderatione affectuum, irae, seu cupiditatis vindictae, & stulta ambitione & aemulatione, quae semper in ore atque in animo habet symbolum Pompeij, id est, versum Homeri in 6. Iliad. αὐτὰρ ἄπιστος ἐνὶ στήθεσσι χονεῖ μμεναι ἄλλον, Semper studeas esse primus, nunquam velis esse secundus.

In Caio Casare]

Lucanus lib. 1.

*Nec quenquam iam ferre potest Casare priorem,  
Pompeiumve parem.*

Tanta fuit φιλοτιμία, id est, honoris cupiditas & ambitio in animo Caesaris, ut dixerit, se malle esse primum in obscuro oppidulo, quam Romae secundum aut tertium. Pompeij vero quae fuerit ambitio, declarat symbolum, quod iam recitauimus. Duo montes non miscentur in vnum, ut in Graeco proterbio dicitur. Sed interea patitur misera Ecclesia & Respub. dum ista fiunt. Dum superbit impius, persecutionem patitur pauper, inquit psal. Quicquid delirant reges, plebsuntur Achii.

De Ario]

Scribunt dolore repulsa motum esse Arium, cum non esset factus episcopus, ut aduersaretur Episcopo Alexandro.

Legite historiam integram in lib. 1. Theodoretus de historia

Ecclesiastica, Arius presbyter Alexandrinae Ecclesiae, vir facundus & ingeniosus, cum mortuo priore episcopo, videret sibi praeferrim petitione honoris Alexandrum, cui postea successit Athanasius, dolore repulsa permotus, sparfit blasphemum dogma aduersus Filium Dei, & hoc pomum contentions venenosum & pestiferum obiecit miseræ Ecclesiae, ac durauit blasphemia Arii annos 300. vsque ad initium regni Mahometis, ac si verè volumus iudicare, reperimus, regnum Mahometis non aliunde, quam ex semine Arii natum esse. Non

*Non priuata]*

Recitatur in signe dictum Biantis, qui fuit in patria summus gubernator. Ego, inquit, calculum legi tribuo, & societatem *συμπάθεις*, commiserationē. cōspiciendū humanitati.

Apud Laërtium, Quoties Bias Prienæus sapientissimus vir timentiam capitalem de aliquo fure aut latrone, non potuit tenere lacrymas, & interrogatus, cur ita faceret, respondit, Et si legi tribuo, quod suum est: tamen ipsi humanæ naturæ tribuo miseritiam, *συμπάθεις*, commiserationem, societatem ægritudinis, vt cetero vertit. Magistratus non debet lætari calamitatibus miserorum hominum, non debet ex eis voluptatem capere, nec debet indulgere priuato dolori & furori, sed quando fecit suum officium, debet deplorare humanam infirmitatem. Nam si Deus nos deserere, singuli incideremus in furta, latrocinia, adulteria, & alias pe-

De priuata vindicta.

Verſamur adhuc in titulo de vindicta. Est autem duplex vindicta, alia publica, alia priuata, siue ordinata & inordinata. De publica ordinata haec dictum est. Sequitur nunc in textu vtilissima doctrina de reprimenda cupiditate priuatae vindictæ. Ac congrua tota hæc concio cum fine capituli 12. ad Roman. vbi Paulus inquit. Nolite malum reddere pro malo, sed vincite malum bonitate: *ut dicitur à Paulo sententia Salomonis, quæ figuratè hoc ipsum significat, videlicet reprimendam esse cupiditatem priuatae vindictæ: quod si feceris, effundes super caput eius carbones, hoc est, Si aduersarius te ipsa compriet, te non certare odio & cupiditate vindictæ, sed etiam aliquid odij remittet de suo odio, & tecum redibit in gratiam. Hæc etiam audiuitis laudari dictum Valerij Maximi, quod certè perpetua memoria dignum est, Speciosius iniuriæ vincuntur beneficiis, quàm mutui odij pertinacia pensantur. Hæc sententia grauiſſima sit nobis regula vitæ, & admoneat nos de moderatione iræ, quæ nisi frenetur & rectè regatur, caussa est maximorum malorum publice & priuatim. Sed audiamus ipsum textum.*

*Vindicta priuata]*

Vindicta priuata est, quæ exercetur priuato affectu, & extra ordinem à Deo institutum, seu approbatum.

Satyra]

Inuenal. 13.

*At vindicta bonum]*

Cicero actione prima Verrina. Ferendo iniurias maiorem laudem, quàm vlciscendo homines merentur.

Item: Qui iniurias suas persequi volunt, dolori suo, non Reipub. commodis seruiunt.

Non Reipub. commodis seruiunt]

Dauid]

tissima propter lectionem psalterij. Nemo potest intelligere psalmos, nisi memoria teneat historiam recitatam à Samuele in duobus libris, vbi describuntur certamina, pericula & liberationes dinæ Dauidis, sed particula quæ hîc attingitur, ad hunc modum se habet. Cùm Dauid pulsus esset à filio Absolone in exilium, quidam Semeia, vt homo *ἐπιχαυρονδης*, id est, gaudens alieno malo, sine suo emolumento, exprobrauit Dauidi exilium & calamitates, inmeritus es deletionem posteritatis Saulis. Nam Dauid mandato Dei maximam partem eius familiæ cruci affixerat. Sed quid responderet conuitori Dauid? Sinite vt mihi maledicat, quia dixit Dominus: Si fortè respiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi bonum pro his maledictis. Quanta est hæc patientia, quanta animi moderatio? Satellites Dauidis, audita hac exprobratione, & hoc venenato sarcasmo, ad eum exarserunt, vt fuissent facturi impetum in conuitatorem, nisi Dauid hac oratione eos repressisset. Vtinam vero singuli atroci iniuria læsi, possemus non modò in ore, sed etiam in animo habere talem vocem, Dominus reddet mihi aliquid boni pro talibus maledictis.

Dauid]

1. Reg. 24. &amp; 26.

simile

*Simile Dauidi]*

Propter duas causas hac moderatione vsus est.

I. Vt ipso facto refutaret calumniam Saulis, qui vociferabatur. Dauidem seditiosum esse, & velle excutere Dominum ex regno. Aduersus hanc calumniam non verba, sed res parauit, parrens Sauli insidiatori, cum quidem sæpe haberet occasionem eius interficiendi sine tumultu.

II. Deinde habuit rationem scandali, quia noluit auctor esse mali exempli, interficiendorum regum in populo Dei.

*Humanis prædiis]*

Plai. 118. Melius est confidere in Domino, quàm confidere in homine: melius est sperare in Domino, quàm in Principibus. Et psal. 60. Vana salus hominis, in Deo faciemus virtutem. Et psal. 60. Illi in curribus & in equis, id est, in prædiis humanis.

nos autem in nomine Domini invocabimus. Et Ieremias cap. 17. Maledictus qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum. Benedictus vir, qui confidit in Domino &c.

Dicat aliquis, Quare non est confidendum humanis prædiis? Non iam loquor de prohibitione diuina, quæ est manifesta, sed quæ sunt probabiles rationes, propter quas homines sa-

uam extra Ecclesiam non debent confidere humanis prædiis, voluntatibus, studiis, coniunctionibus &c. Tres sunt rationes: prima sumitur à vita hominis, quæ mille casibus proposita est, iuxta Manilij, qui dixit acutè & ingeniosè, Nascentes morimur, Interim dum loquimur, morimur. Non origines pendet. Interim dum loquimur, morimur. Non morimur, quando animam exhalamus, sed incipimus statim mori in hac lucem. Ideo etiam infantes, quantumuis ignari vite humanæ, tamen deplorant suam miseriam acerbis lacrymis. Et Seneca dicit de inconstantia vitæ humanæ, Nemo tam diuos habitans, craftinum vt possit sibi polliceri. Secunda ratio à mutatione voluntatis humanæ, Omnia vertuntur, certè vertuntur aëres. Et Salomon in Proverbiis venustè inquit, Sicut facies hominis in aquis: ita cor hominis ad hominem. Et Plato sic definit amentem valde venustè, Amicus est animal natura mutabile. Tertia ratio sumitur ab inconstantia fortunæ, Omnia sunt hominum te-

nui pendentia filo, Et subito casu, quæ valere ruunt. Et Seneca inquit, Res Deus nostras celeri citatas turbine versat. Item, Brevis hora mutat ima summis. Et Simonides poeta sapiens & diuinus, vt eum appellat Plato *ἁπολιτῶν* sic dixit, Facilior est hominis mutatio, quàm muscæ, quantumuis celeriter volantis. Non necesse est dicere de Alexandro & Iulio, qui subitis casibus & subitis ruinis oppressi sunt, sed considerate & aspiciate quotidiana exempla. Ex his omnibus sequitur hæc conclusio, Non est confidendum præsidis humanis, primùm, quia vita humana est incertissima: deinde, quia voluntas est mutabilis, & Euripo mobilior: tertio, quia fortuna est inconstans, & leui momento de gradu deiicitur. Confidat igitur, qui volet, Principum, aularum & magnorum virorum benevolentia, sed caueat, ne aliquando ipsa experientia conuictus, agnoscat & fateatur, hæc esse verissima, quæ iam dixi.

*Vim vi repellere]*

Vim iniustam licet repellere vi ordinata, scilicet officio Magistratus, cum eius auxilio vti possumus, aut propria manu, si desit magistratus. Est & hæc interpretatio Iurisconsultorum vera, Vim vi repellere licet, scilicet in continenti, & cum modo inculpatæ tutelæ.

in eo loco, vbi orta est primùm iniuria & rixa.

Continens hoc loco significat illud ipsum vestigium, in quo orta est offensio animorum. Nam primo motui, primo incendio animi datur aliqua venia: deinde defensio debet esse moderata, id est, defensio non debet excedere modum. Non sæuiat defensor, tanquam crocodilus in iacètes, aut fauciatos, aut alioqui abiectos & infirmos.

*Recta ratio]*

pectari, imò porrigunt tunc gladium in tali casu defensionis. Omnis natura appetit, amat conseruationem sui, & fugit, odit destructionem sui.

Cicero pro Milone, Silent leges inter arma, nec sinunt se ex-

Non pugnat cum Euangelio]

naturæ, teste Paulo, Rom. 1. & 2. Ergo Euangelio non aboleatur natura.

Filius Dei apparuit, vt destruat opera, non Dei, sed Diaboli. 1. Ioan. 3. Est autem opus Dei ius Pater

Pater]  
Rex Aza]  
Pena]

Illustrat rem exemplis.

3. Reg. 15.

remouens eam à gubernatione.

Sic Constantinus]

Historiam de Licinio represso à Constantino, quarant iu-  
lo tantum summam recitare, vestrum erit domi attentius & ac-  
curatius omnia legere.

Constantinus Magnus, laudatissimus Princeps, nutritius & pa-  
trone veræ Ecclesiæ, cum quinque tyrannis dimicauit, & omnes,  
iutore Deo, feliciter repressit. Primum enim repressit Diocle-  
tianum crudelissimum tyrannum, deinde Maximianum, qui se ap-  
pellabat Herculem. Tertio, Filium eius Maxentium, de quo pau-  
ca post plura dicentur. Quarto, Maximinū. Ad extremum ipsum  
Licinium affinem, & collegam, & confederatum. Sed omitamus  
hanc commemorationem de Diocletiano, Maximiano, Maxentio  
& Maximino, & dicamus de solo Licinio, vt propositum nostrum  
est. Post reliquos tyrannos armis superatos & feliciter repres-  
sos, inter se diuiserunt orbem Christianum Constantinus & Lici-  
nius, qui habuit in matrimonio sororem Constantini Constantiã.  
Licinius quidem tenuit Orientales prouincias, Constantinus  
Occidentem. Sed Licinius non diu potuit dissimulare odium  
conceptum aduersus Christianos. Itaque sæuitiam exercuit in mul-  
tos Christianos, quorum alios trucidauit, alios coëgit exulare. Quare exu-  
lantes ad Constantinum, velut ad portum & aram, pre-  
ces impetrarunt ab eo, vt intercederet pro misera Ecclesia a-  
d Licinium collegam, affinem & confederatum. Constanti-  
nus morem gerit supplicibus, & graui epistola scripta, hortatur Li-  
cium, vt desinat sæuire in miseros homines & innocentes. Sed  
Licinius non obtemperaret Licinius Constantini admonitioni & in-  
cessioni, Constantinus suscepit bellum aduersus tyrannum, &  
in vrbe Thraciæ, Adrianopolin, quæ non procul ab vrbe Cõ-  
stantinopoli sita est, fortiter & feliciter eum vicit, ac coëgit fugere  
in Bithyniam, quæ est prouincia Asiæ minoris, è regione  
Constantinopolis. Soror Constantini Constantia, precibus impe-  
travit à fratre irato victore, vt concederet vitam marito, Constan-  
tinus ea lege permisit viuere Licinium, si se abdicaret imperio, &

contentus esset priuata vita in vrbe Theſſalonica. Ad extremum in-  
 quietus & turbulentus homo Licinius, studens nouis rebus, est op-  
 pressus quodam tumultu subito in vrbe Theſſalonica. Hic fuit exi-  
 tus Tyranni.

*Maxentij]*

Eusebius lib. 9. Ecclesiasticae histor. cap. 9. & lib. 3. Chron. Phi-  
 lippi, pagina 65. Prudentius describens interitum tyranni Ma-  
 xentij sic inquit:

Testis Christicolæ ducis ad-  
 uentantis ad urbem,  
 Miluius exceptum Tyberi-  
 na in stagna tyrannum  
 præcipitans.

Constantini, qui coluit Chri-  
 stum, & defendit Christianos,  
 scilicet ex Gallia,  
 pons.

Maxentius fuit filius Maximiani Herculei, & Romæ in ipsa vrbe  
 exercuit immanem crudelitatem. Non enim tantum interfecit Chri-  
 stianos propter piam confessionem, sed etiam rapuit virgines & ma-  
 tronas, & alia multa sceleratè fecit. Quare Senatus Romanus voca-  
 uit ex Gallia Constantinum: cui dubitanti, an duceret exercitum  
 ad ipsam urbem, ad reprimendum Maxentium, monstrata est ex-  
 lo crux ignea, cum hac inscriptione, *ΕΥ ΤΟΤΩ ΠΙΝΕΣ*. In hoc signo vin-  
 ces. Hoc prodigio confirmatus Constantinus, duxit exercitum con-  
 tra Maxentium, nec tantum vicit tyrannum, sed etiam magnam  
 multitudinem vnà cum tyranno præcipitauit de ponte Miluio in  
 subiectum flumen Tyberim.

### De paupertate.

Secundus titulus in Loco de præceptis & consiliis, est de paupere-  
 tate, de qua memineritis dictum Filij Dei apud Matthæum cap. 5.  
 Beati, inquit, pauperes Spiritu, quoniam ipsorum est regnum cae-  
 lorum. Non dicit simpliciter, Beati pauperes, quia nec paupertas per  
 se quenquam facit heredem vitæ æternæ, nec opulencia per se, & suo  
 genere damnat hominem: sed disertè addit distinctionem particu-  
 larè, Spiritu, vt doceat, eam paupertatem Deo placere, & habere in-  
 gentia præmia post hanc vitam, quæ est spiritualis. Sunt autem alij  
 Spiritu pauperes, qui præsens onus paupertatis, & omnes alias  
 summas propter Deum patienter tolerant, sine deformitate & sine  
 fremicy

demittit aduersus Deum & homines, nec propter inopiam rei fami-  
 liaris ad malas artes confugiunt. Talis pauper fuit Lazarus lauda-  
 tus à Christo, Luc. 16, qui non tantùm fuit pauper, sed etiam spiritu  
 pauper, hoc est, fide, inuocatione & patientia vicin omnes ærumnas,  
 molestias & difficultates, quæ paupertatem comitari solent. Alij  
 verò sunt pauperes spiritu, qui etsi viuunt in re lauta, & habent vel  
 magnas, vel mediocres opes, Dei concessu & munere datas, tamen  
 parati sunt ad perferenda exilia, odia potentum, denique ad suppli-  
 canda toleranda, si postulet necessitas in casu confessionis. Hoc modo  
 omnes pij & fuerunt, & sunt, & erunt pauperes, nec vnquam antepo-  
 nunt commoda huius breuissimæ & fugacissimæ vitæ, gloriæ Dei,  
 salutis Ecclesiæ, & propriæ salutis animarum, memores dicti Christi,  
 quod extat apud Matth. cap. 16. Quid prodest homini, si totum mun-  
 dum possideat, & animæ salutem in discrimen adducat? Hæc pau-  
 perem præfatus, vt sciant studiosi, de qua paupertate simus dicturi.  
 Multi sunt pauperes corpore & facultatibus, sed paucissimi sunt pau-  
 peres spiritu, siue in aduersis, siue in secundis rebus. Sciunt igitur stu-  
 diosi, nos dicturos esse de paupertate spirituali, quæ vel in præsentia  
 parat graue & miserum onus paupertatis, cuius appellatione etiã  
 miserias complector: vel quæ animo parata est ad omnes casus  
 tribulationum periculorum, quæ profectò dies & noctes nos circum-  
 dant, propter veræ doctrinæ professionem. Non viuimus in horto  
 Eden, nec colligimus mala Hesperidum, de quibus poëtæ scribunt,  
 sed verifamur inter tela Diaboli, quæ nemo potest vincere & effuge-  
 re, nisi diuinitus custodiatur & protegatur.

Veatus, qui non fuerit in me  
 [scilicet Lazarus]

Matth. 11. Quibus rebus offen-  
 ditur ratio humana intuens Chri-  
 stum & Ecclesiã? Tribus. Pri-  
 mum offenditur humili & abiecta specie Christi. Quid enim magis  
 indignum est, & sine honore, quàm vermiculus cruentus, pendens in  
 cruce inter duos latrones? sic enim Filius Dei se appellat psal. 22. E-  
 go sum vermis, & non homo, opprobrium hominibus, & abiectio  
 hominibus. Est igitur prima causa scandali, non quidem dati, sed accepti  
 & pharisaici, humilis & abiecta species Christi. De hac causa inquit  
 Paulus 1. Cor. 1. Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudæis qui  
 deum scandalum, stultitiam verò gentibus. Secunda causa offen-  
 sionem est absurditas doctrinæ. Nam sapientia Euangelij  
 in conspectu mundi sæculi & mundi sapientium non est  
 conuersa in stultitiam, sed in perditionem, & ad-  
 ducit omnes in perditionem, quia non est secundum  
 sensum hominum, sed secundum sensum dei.

uersa fronte repugnat iudicio rationis, teste Christo, Iohan. 16. Spiritus sanctus arguet mundum de peccato, de iustitia, & de iudicio. Quo dicto significat, aliud esse iudicium rationis de maximis rebus, videlicet de peccato & de iustitia, & aliud Spiritus sancti & Euangelij. Tertia verò causa omnium maximè alienat animos ab Euangelio & Ecclesia, videlicet magnitudo & moles ærumnarum, quæ est comès professionis Euangelij. Est enim regula vniuersalis, quæ non habet exceptionem, tradita à Paulo, Omnes, qui piè volunt uere in Christo, persecutionem patientur. Hæc est completè ueritas, nec habet ullam exceptionem. Nullus vnquam fuit sanctus in terra, qui non senserit aliquos Diaboli & mundi morsus, qui non laetatus sit crudeli dente impiorum aut hypocritarum. Hæc igitur tria offendunt animos hominum, & multos abducunt ab Euangelio.

Vulgare ]

Vulgare quidem, sed miserum & graue, vt ait Terentius. Me-

mentote versum cuiusdam Italici poetæ,

--iustissimus esse

*Qui cupit, exiguas semper habebit opes.*

Econtrà, vt ait Seneca, facilis est ad diuitias via, quo die cœperit aliquem bonæ mentis penitere. Inopia multos hortatur ad malas artes, vt Catilinam & similes. Ideo dicit Salomon Prouerb. 30. Diuitias & paupertatem ne dederis mihi: diuitias quidem, ne capiat me obliuio Dei mei in affluentia omnium rerum, vt dicitur,

*Luxuriant animi rebus plerunque secundis.*

*Nec facile est aqua commoda mente pari.*

Paupertatem verò ne dederis mihi, ne fiam fur, & prophanent nomen Dei mei. De facto hæc sunt vera, sed non de iure, de quo inquit Seneca: Læta res honesta paupertas. Item, Nemo tam pauper viuuit, quàm nascitur & moritur: sunt verè philosophica dicta. Dic mihi, quid afferimus nascentes? nihil, nisi nudum & imbecillum corpusculum. Quid efferimus ex hoc mundo? aut nihil, aut parum. De hac sententia admonet nos Paulus 1. ad Timoth. 6. Habentes vitæ & amictum, sumus contenti. Ratio est, quia nihil in mundum importauimus, & nihil inde exportabimus. Bona corporis aut deserunt nos in hac vita, aut à nobis deferuntur in morte. Quid est igitur, cur tantoperè sumus de his rebus solliciti, cur propter has vmbra-

bras, fumos & somnia accersamus animæ nostræ extremum periculum?

Qu] Marci 10.

Cum tribulatione]

Ex hoc dicto sumitur regula notissima de promissionibus re-  
rum corporalium. Omnes promissiones bonorum corporalium  
sunt intelligendæ cum exce-  
ptione crucis & castigationis.

Quando in festo natalis Chri-  
sti pueris afferuntur munuscu-  
la additur plerunque virga. Haud dubiè pia vetustas voluit illa ce-  
remonia ludicra significare, quod grauitur dicitur in hac regula.  
In monasteriis]

Monachus ingrediens in  
Monasterium, deserit pauper-  
tatem, & quærit diuitias, quia habet sufficietem victum, imò etiam  
deliciam & delicias in monasterio toto tempore vitæ suæ, quas  
nonquam fortasse habiturus fuisset in mundo, vt ipsi loquuntur.

Colligite fragmenta, Iohan.  
Reuerenter est vtendum do-  
nis Dei. Deus non vult, vt con-  
culces tuas facultates, aut abii-  
ceris suas opes in mare, aut flumina, vt possent liberius philoso-  
phari.

Certissimum est, Principes]

Christus inquit, Facilius est,  
vt transeat camelus per foramen  
regni, quàm vt diues ingrediatur in regnum cælorum.

Sed consolatio tradita est psal. 47. Principes populorum con-  
grediantur cum populo Dei A-  
rabum, & à scutis terræ Domi-  
ni cum vera Ecclesia.

Et psalm.

Cum conuenerunt reges & populi, vt seruiant Domino. Hæc

& similia testantur, omnibus ætatibus aliquos Principes vo-  
cari ad æternæ Ecclesiæ societatem, & ad veram agnitionem Dei,

vt hos esse nutritios & defensores Ecclesiæ, qualis fuit Pharaon in  
Egypto, tempore Iosephi, qui hospitium præbuit familiæ Iacob,  
& Abimelech rex Palæstinorum, qui fuit beneficus erga familiam

Omitto reliqua exempla, quæ  
sunt nota, de Constantino, Theodosio, Marciano & aliis.

Opibus]

Sicut inquit Demosthenes,  
Pecunia est neruus rerum gerē-  
darum. Sine pecunia nihil potest geri, nec in pace, nec in bello.

Rectè teneas]

Vtraque ars magna est, rectè  
vti diuitiis, & rectè ferre pauper-  
tatem.

Benedictio]

Prouerb. 10. Benedictio Do-  
mini diuites facit, scilicet pios.  
mini diuites facit, rapiūt ipsi, vn-

Nam impij non expectant benedictionem Domini, rapiūt ipsi, vn-  
de cunque possunt, facultates. Ideo dixit D. Hieronymus: Diues, aut  
est iniquus, aut iniqui hæres, scilicet vt plurimum. non est propo-  
sio vniuersalis, sed indefinita, quæ tamen multa exempla comple-  
ctitur.

*Vt rectè teneas]*

Quatuor magnæ virtutes ad legitimam possessionem & ad-

ministratorem facultatū per-  
tinent. Prima est iustitia bonæ  
conscientiæ. Secunda, iustitia  
commutatiua, seruans æquali-  
tatem in contractibus. Tertia,  
gratiarum actio erga Deum.  
Denique beneficentia erga pau-  
peres.

Res sunt possidende bono ti-  
tulo & bona fide, vt Iurisconsul-  
ti loquuntur in titulo de præscri-  
ptione, de beneficio longi tem-  
poris.

Si es diues, & vis Deo placere  
in vsu diuitiarum, & in posses-  
sione facultatum, primùm habeas iustitiam bonæ conscientiæ, ni-  
hil possideas iniusto titulo, aut mala fide, sicut inquit Zachæus Lu-  
cæ 19. Si quem defraudauit, reddo quadruplum. Deinde sis æqualis  
& iustus in contractibus, ne defraudato alios, sed sis contentus in-  
festo pretio. Tertio, agas Deo gratias. Non enim cæca manus fortu-  
næ distribuit inter homines bona corporalia, vt fingunt poëta: Epi-  
curei, sed Deus alios facit diuites, alios pauperes. Postremò, frange  
esurienti panem tuum, & carnem tuam ne despexeris, vt ait Esaias  
cap. 58. Si has virtutes habueris, potes bona conscientia esse diues.

Vidua]

3. Reg. 17. Historia est nota, sed  
tamen est valde dulcis & i. 2. ubi  
propter pueros eam recitabo, vt præbeam eis occasionem, carmine  
vel oratione soluta illam meliùs scribendi. Elias docuit annos 20.  
&

reliquit discipulum Elifæum, qui docuit annos 70. Vterque docuit Legem & Euangelium in populo seu regno Israël, seu decem tribubus, quæ erant antix post mortem Salomonis à reliquis duabus, Iuda & Beniamin. Nam propter idolatriam Salomonis non modò regnum est dilaceratum & distractum in duas partes, sed etiam secuta sunt bella perpetua & ciuilia inter reges Iudæ, & reges Israël, & noua idola approbata & stabilita sunt. Cùm igitur Elias reprehenderet idola impij regis Achab, coactus est exulare, & exulacione & Tyro in Phœnicia. Erat autem tunc maxima fames in regno Iuda & Israël, & in vicinis regionibus. Et si igitur nihil haberet misera scemina, nisi parum admodum farinae & olei, quod vix sufficeret vnico & quidem tenui prandiolo vel cœnulæ, tamen has escas & miseris reliquias liberali pectore communicauit cum filio, cuius vitam anteposuit salutis & incolumitati suæ, & filij vitam, quem habuit. Hanc fidem & dilectionem ita Deus compendit, vt toto tempore famis, quæ durauit triennium & amplius, nihil eorum necessariorum desideraretur in familia viduæ Sareptanæ. Cùmque filius, quem habebat vnicum, esset mortuus, Prophetæ vocauit eum in vitam, & factus est hic resuscitatus, non modò discipulus, sed haud dubiè etiam fideliter postea seruiuit Sareptanæ, ac multi Hebræi putant, Ionam Prophetam esse filium viduæ Sareptanæ, de qua renunc non disputo. Deinde domus viduæ fuit Ecclesia, & templum Eliæ Prophetæ, in qua Deus colitur, & edidit per Eliam multa testimonia presentis in Ecclesia, & sine vlla dubitatione hoc triennio, conuincit Prophetam apud Sareptanam, multi ex vicinis gentibus conuincunt ad Deum. Videtis igitur quanta præmia sequantur obedientiam, in primis & beneficentiam erga discipulos Euangelij. Ac congruit tota historia viduæ Sareptanæ cum dicto Christi Matth. 10, Qui dederit potum aquæ frigide in nomine meo, amen dico vobis, non perdet mercedem.

Non vt alijs sit ignauia ]

Deus non iubet te ita dare eleemosynam, vt tu cum familia locupletetur de tua eleemosyna. Quique det eleemosynam pro modo facultatum, si non potes dare panem, si non potes dare panem, da verba pla-

*Ceterum modus]*

Solon, teste Plutarcho, dixit, opem ferendam esse inopia, nec ignauiam viatico instruendam esse.

*ἀπορία ἢ φέρο δὲν βονδὲν, ἐκ ἀπύλων ἐφοδίαζεν.*

Fontes tui deriuentur]

Quid potest dici venustius? Vos scitis, iam multos ciues habere in suis ædibus aquam, quæ per canales deducitur ex flumine in oppidum. Si quis igitur esset tam sordidus & parcus, imò etiam inuidus, vt non sineret suos riuulos emanare extra domum, quanta esset improbitas? quis non talem malitiam detestaretur? Sani homines & moderati ita vtuntur aqua domestica, vt non aliis hominibus inuideant aquam, quæ effluit extra domum. Hanc imaginem intuetur Salomon.

Conserues propter Remp.]

Rectè dicunt Iuriconsulti, Interest Reipub. vt patrimonia sint salua & integra, quia si nemo haberet patrimonia, quid fieret effemus omnes mendici, erronei, & tandem conuerteremur ad latrocinia.

Vt magna]

Dixit hæcenus de diuitiis, nunc accedit ad paupertatem.

*Non esse signum]*

Prouerb. 3. Disciplinam Domini non repudies, nec castigatorium eius auerferis. Quem enim diligit Dominus, castigat, & eo velut pater filio delectatur. Hoc dictum Salomonis citatur & illustratur à Paulo Hebr. 12. in hanc sententiam, Afflictiones non sunt signa iræ & reiectionis, sed gratiæ Dei, & sunt exercitia piis salutaria.

Legite cap. 12. ad Hebræos. Ibi argumentatur Paulus per contrapositionem, Quæ diligit Deus, non diligit, sed ducit esse spirituum. Est optimum argumentum, & est in hoc argumento egregia consolatio. Ratio iudicat, nos à Deo vel abiectos, vel desertos esse, propter calamitates præsertim diurnas. Econtrà affirmat vox diuina, tunc nos maximè diligi à Deo, & quasi in sinu foueri, cum diuiter exercemur & premimur. Ita enim inquit Salomon, Quem diligit,

igit (non dicit quem odit) hunc castigat. Mox addit, qualis sit dilectio, & eo, scilicet castigato, quasi pater filio delectatur.

Spiritu] Est particula distinctiva, quasi dicat, nō omnes pauperes sunt beati. Irus apud Homerum est pauper, de quo & in versu dicitur, Irus & est subito, qui modò Cræsus erat. Irus, inquam, Homericus est pauper, sed non est beatus propter paupertatem. Ideo Christus dicit, Beati pauperes spiritu.

Omnis pauper [pretus] Hæc facile dicuntur & scribuntur, & possunt verbis amplius dilatari, sed in vsu hæc exercere & discere, alia res est. Cogitamus in pace de bello, hoc est, in tranquillitate de futuris certaminibus & periculis, & ad ea nos præparemus.

Attalus] Eusebius lib. 5. histor. Eccles. luculenta narratione describit Gallicam persecutionem, in qua

Attalus & Blandina nobilissimi coniuges sunt custodia mancipii & affecti supplicio, & inter alia citat memorabilem sententiam Pauli, quæ extat Rom. 8. Non iudico afflictiones huius temporis diuturnas esse, vt comparentur ad magnitudinem futuræ gloriæ, quæ ordinantur filij Dei. Huic, inquit, dicto, tanquã regulæ obtemperant martyres Gallici, ingenti animo pertulerunt supplicia, & hac summissima spe futuræ gloriæ, vt de Stephano scribitur, sua damna

Cultus] Cultus Dei & summi, & præcipui, & difficilimi, & periculosi, & difficilimi, & periculosi, nihil gloriosius, ita nihil periculosius, nihil difficilius, nihil magis arduum, quàm propter manifestæ veritatis confessionem sustinere certamina cum hypocritis superbis, invidis, malignis, nocendi cupidis, calumniatoribus. Deinde non minùs difficile est perferre carcerem, odia potentum, & singulis momentis expectare iectum carnificis. Non sunt hæc otiosorum hominum speculationes, sed exercitia & tyrocinia nimis aspera & dura.

Qui reliquerit] Matth. 19. Hæc etiam multò dictu, quàm factu sunt faciliora.

*Aut cùm vocatus]*

Hebr. 11. Per fidem Moyſes grandis effectus, renuit vocari filius filia Pharaonis, magis eligens ſimul malis affici cum populo Dei, quàm temporariis peccati com modis frui, maiores arbitratus diuitias probrũ Chriſti, quàm Ægyptiorum theſauros.

Nullum eſt illuſtrius exem- plum ſpontanea ſeu voluntariae paupertatis, quàm Moyſes, qui à parentibus expoſitus, tanquam naufragus ex aquis extractus eſt à filia Pharaonis, cùmque non ſolum forma, ſed etiam ingenio & virtute excelleret, dictus eſt filius filia Pharaonis, id eſt, nepos regis, ac tanta fuit regis & filia regiae benevolentia erga Moyſen, vt omnes Ægyptij non aliter cogitarent, quàm Moyſen futurum ſucceſſorem & hæredem regni. Sed Moyſes, vt vir pius, & amans Deum & Eccleſiam, maluit eſſe ſocius & comes ærumnarum & periculorum ſui populi afflicti, & miſeris modis oppreſſi ab Ægyptiis, quàm frui voluptatibus, opibus & honoribus aulicis, exiguo tempore, ſicut totum huius vitæ curriculum eſt valde breue & exiguum. Vbi autem nunc reperias imitatores Moyſis? Multi propter offulam tacent, multi propter paucos denarios fiunt proditores aut deſertores.

*Nam Euangelij confeſſio]*

Cyprianus de oratione Dominica: Nihil debemus Chriſto præponere, quia & ille nihil nobis præpoſuit.

Eſt pulcerrimus aphoriſmus.  
Talia dicta debereſ meminiffe,

tanquam regulas vitæ. In carmine de natali Domini canimus:

*Beatus auctor ſeculi  
Seruile corpus induit,  
Vt carne carnem liberans,  
Non perderet quos condidit.*

*Fæno iacere pertulit,  
Præſepe non abhorruit,  
Paruoq; lacte paſtus eſt,  
Per quem nec ales eſurit,*

Cùm Chriſtus eſſet diues, potens, iuſtus &c. factus eſt propter nos pauper, imbecillis, peccatum ſeu maledictum, vt loquitur Paulus, id eſt, denique

tenique se infra omnes angelos & homines abiecit, & factus est  
 vermiculus. Psal. 22: Ego sum vermis, & non homo &c.  
 ut nos exaltaret, vt nos locupletaret, vt nos restitueret in in-  
 tegrum. Hæc pertinent ad illustrandam clausulam in dicto Cypria-  
 ni, nihil nobis præposuit, posthabuit cælum & omnia, nostra causa.

Sic Deuter. 33]

Sicut Iacob Patriarcha voca-  
 tus ad vitæ exitum singulis filiis,  
 pronuntiauit benedictionem, & singulis ali-  
 quibus donauit, aliis regnum, aliis sacerdotium, aliis aliud, vt  
 Genes. 49: Ita Moyses cum euocaretur ex hac fragili & mi-  
 serabili vita in vitam æternam, ad se vocauit duodecim tribus Israël, &  
 prædixit futuros rerum euentus. Omisissis autem aliis, di-  
 citur de Leuitica tribu, ex qua & ipse originem duxerat: Vos,  
 non eritis reges, aut Principes, aut potentes in mun-  
 do, sed eritis baiuli arcæ fœderis, id est, gestatores maximorum onerum  
 in Ecclesia, vestris humeris imponetur onus grauiissimum, vi-  
 detur cura explicationis dogmatum, & diiudicationis controuer-  
 sarum maximarum, & gubernatio Ecclesiæ. Vt autem hæc onera, &  
 pericula eleganter sine deformitate ferre  
 possitis, propono vobis non solum admonitiones de omnibus par-  
 tibus officij, sed etiam trado diuinas promissiones præmiorum, qui-  
 bus Deus ornabit pios & fideles doctores. Sed audiamus verba ipsa  
 nostri libelli.

Ad Leui]

Quatuor sunt partes bene-  
 dictionis, quam Moyses tribui  
 Leuitice seu sacerdotali pronuntiat. Primùm enim alligat sacer-  
 dotes ad certum genus doctri-  
 ne diuinis testimoniis traditum  
 per Prophetas, Christum & Apostolos. Deinde addit præceptum,  
 quod doctores esse velit doctores, videlicet tali robore fidei, vt anteferant  
 vitam. Postea addit promissionem, quod sit exau-  
 ditur hoc sacerdotium diui-  
 nis ordinatum. Postremò mi-  
 seratur hostibus huius Euange-

Distributa coquuntur melius.  
 Primùm enim alligat sacer-  
 omnes doctores.

Respicite ad hanc distributio-  
 nem, tunc facilius intelligetis di-  
 ctum Moysis.

*Hæc est tua Lex]*

In Hebraico textu hæc verba leguntur: Perfectio tua & lux tua. Lucem vocat doctrinam Ecclesiæ propriam, vt in psal. 119. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Deinde facit mentionem perfectionis seu integritatis, vt moneat, doctrinam integrè & incorruptè proponendam esse auditoribus.

Vetus interpres vsus est hoc loco breuitate Laconica, & præ-

stitit lectori intempestiuam beneuolentiam, verba sunt longè significantiore in Hebraica lectione.

*Massa]*

Exod. 17. recitatur historia de tumultu populi rixantis cum Moyse propter aquæ penuriam. Ideo ab euentu locus ille dictus est Massa, id est, tentatio, & Meriba, id est, litigatio.

Lutherus vertit das hæder wasser.

Nescio]

scilicet in casu confessionis, non præcipit ἀσοφίας, sed præcipit φιλοσοφίας talem, in qua an-

Thymiama]

significat fragrantem odore, qualis est balsami aut vnguentorum, Ruchwerck.

Holocaustum]

Brandopffer, quod totum crematur. Quædam sacrificia tota cõburebantur, quædam diuidebantur inter Deum & sacerdotes.

*Iudicia tua ô Iacob]*

Duæ sunt partes ministerij: Præcipua est doctrina Legis & Euangelij, altera pars est administratio ceremoniarum.

Liberis]

Item præceptoribus, amicis & collegis.

*Isdem conuittis]*

Magna est superbia & flagitiosa impatientia, nolle ea ferre, quæ alij meliores tulerunt.

Non est discipulus melior magistro, nec seruus præstantior domino. Si vocarunt dominum & magistrum

Magistrum Beelzebub, quantò magis ornabunt eodem titulo discipulos & seruos?

*Efficax & salutare]*

Pfal. 84. Qui transit per vallem lacrymarum, & fodit fontem, tunc benedictionibus coronabitur doctor. Pergunt de victoria in victoriam, vt appareat in Sion id est, Ecclesia.

Deus id est, Pij testes & propagatores veræ & necessariæ doctrinæ spargunt doctrinam, voce & scriptis, non sine periculo, & habent multos hostes, non solum æternos, sed etiam domesticos.

Fons significat doctrinam, visitata metaphora Scripturæ.

sed tamen pij doctores defenduntur diuinitus, & eripientur ex faucibus fati, donec absoluant suum curriculum, & erunt victores omnium calumniarum, qui sine rectè dicta & facta horribiliter deformantur.

*Quærent regnum Dei]*

Quæ est vox mundi? Recitatur vox mundi à poëta,

*O ciues, ciues, querenda pecunia primum est,*

*Virtus post nummos.*

Hinc concioni Diaboli & mundi opponite regulam Christi, Primum querite regnum Dei, postea etiam panis quotidianus non

De castitate.

Quatuor sunt loci parænetici, id est, hortatorij ad castitatem, vt alia argumenta nunc breuitatis causa omittam. Primus Locus est voluntas Dei. Nam Deus, vt in versu dicitur, casta mens est, & vult castamente inuocari, & discerni ab omnibus naturis immundis, expressa mentione castitatis. Hæc est præcipua causa, & omnium maxima, propter quam castitas amanda & colenda, & omnis libidinum confusio fugienda & viranda est. Secundus Locus paræneticus de castitate continet præcepta passim sparsa in sacris literis de hac virtute, vt 1 Theff. 4. Hæc est voluntas Dei, vt abstineatis à fornicatione, & sciat vnusquisque vas suum possidere in sanctificatione & honore. Tertius Locus recitat comminationes diuinas, quarum castitate omnes sanos decet moueri. Tristissima verò commina-

tiorextatLeuit.18:Omniaanimaquæfecerithasabominaciones, & radicabitur. Hocfulminevocisdiuinæquionmouentur,suntdu- rioresCaucasirupibus,&frigidioresglacie.Quartus&postremus, (vt nunc ceteros omittam, possent enim plures recenseri) comple- titur exemplaira Dei aduersus omnia genera prohibitarum libi- dinum, vt verbi causa aduersus adulteria, scortationes, incestas li- bidines, suntq; omnes historiae talibus exemplis refertæ, quæ con- gruunt ad regulam vniuersalem, Hebr. vltimo, Scortatores & adul- teros Deus iudicabit. Alios verò iudicat, id est, punit Deus imme- diatè, vt cùm Filius Dei à Patre æterno pluit ignem & sulphur super Sodomam & Gomorrham. Alios verò violantes præceptum de ca- stitate, iudicat seu punit mediatè, vel per angelos, vel per magistratus, vel per alios homines. Sic punit Cyrus primus rex Persarum li- bidines gentis Ionice maximarum vrbium deletionè. Sic Augustus punit Antonium & Cleopatram, sed exempla plura & perpetua me- moria digna recitantur in ipso textu. Quare omisis prolegomenis, accedo ad textum.

Mirabili consilio]

In natura angelica nulla est generatio, omnes angeli simul sunt conditi, nec est vlla procreatio in natura angelica. Homines verò Deus alia ratione condidit, ita videlicet, vt hominem forma- ret ex terra, & ex corpore Adæ Euam, & ab his duobus propagaret totum genus humanum, vt scribitur Act. 17.

Sanxit coniugium]

Condidit Deus marem & fœminam, quia genus humanum vult esse Ecclesiam, & certa lege coniunxit marem & fœminam, & metas circumdedit, ac prohibuit vagas libidines, vt sit in gene- re humano intellectus castitatis. Vult enim Deus intelligi, se mé- tem castam esse, & hac cogitatione discerni in inuocatione à na- turis immundis.

à Diabolis, & eorum organis. Quoniam Diabolus est spiri- tus, non habens carnem aut ossa, ideoq; se non potest corporaliter contaminare effusione seminis: tamen sicut est superbus, & crude- lis, & mendax, & impellit sua organa ad superbiam, & crudelitatem & mendacia: ita etiam est immundus spiritus, sic enim appellat illum Dominus in Euangelio. Quare & delectatur libidinum confusione, & quoscunq; potest inflamat ad hanc *ἀραξίαν*. Econtra Deus est

est spiritus mundus, castus, purus, qui post idolatriam nihil magis abominatur, detestatur, execratur, quam contaminationes, quæ hoc aut illo modo sunt contra mandatum Dei. De hoc discrimine inter Deum & Diabolum hostem Dei semper cogitemus in precatione, & tribuamus Deo laudem castitatis propter hanc ipsam causam, vt mentione castitatis discernamus eum à diabolis & eorum organis.

Paulus]

Sedes materiæ de coniugio est in nouo Testamento septimū ca-

pit prioris ad Corinth. in veteri Testamento caput secundum Genes. Qui igitur volet aliquid dicere aut scribere in Ecclesia de coniugio, ad hos duos præcipuè locos referat animum & oculos. Postea sententia dicta sparsa in Salomone, & Matthæo, & alibi. Sedes materiæ dicitur, vbi principaliter materia explicatur & tractatur.

Fornicatores]

Non sunt speculabilia ista, sed practica.

Idolatriæ]

Quare coniungit Paulus idolatriam cum libidinibus? Pro-

pter duas causas. Primum, quia semper idolatriam comitantur fœdissimæ libidines, vt in regno Turcico horrenda est & teterrima libidinis pestis alere. Rursus abiicit cum vult, sine legitima cognitione, reputat iterum ducit, cum lubet: & sunt alia porteta libidinum apud Turcas, de quibus non est dicendum apud homines verecundos & castos. Sic in Papatu omnia collegia sacrificulorum & monachorum sunt, nisi lupanaria & cloacæ diaboli, in quibus non tantum miser homines sunt polluti idolis, Missis funebribus &c. sed etiam horrendis libidinibus, quas animus meminisse horret, lupanariaque refugit, vt inquit Aeneas apud Virgilium. Sic vniuersaliter apud Ethnicos idolatriæ fuerunt coniunctæ cum libidinibus, vt in Aegypto, in Cypro insula, in Syria, & passim in toto orbe terrarum. Secunda causa est, quia post idolatriam, quæ immediatè lædit gloriam Dei, Deus nullum peccatum acritus odit, & vehementius abominatur, quàm libidines prohibitas. Est quidem horrendum peccatum homicidium, & non solum ipso facto, sed etiam animo & cogitatione fugiendum, sed tamen Deus in certis casibus dispensat de peccato homicidij, sed de peccato libidinis non dispensat, nec legitur xl-



Vocatur Melchisedech, qui Genes. 14. nominatur rex in Salem. Sem  
 visitante & post diluuium.

Loth]

quia Loth erat ciuis in Sodo-  
 ma.

scilicet septendecim annis,  
 ἄσ' ἑγγυσα, id est, sine praefione.

Ante]

*Delentur quinque vrbes ]*

Sodoma deleta flammis caelestibus post diluuium annis 390.  
 post mortem Noë 40. Anno æ- Noë vixit post diluuium an-  
 nis Abraham 99, quo institu- nos 350. Ergo post mortem Noë  
 est Circumcisio. sunt 40. vsque ad deletionem  
 Sodomæ.

Cogitate, quantus fuerit furor quinque vrbiū, & quanta in-  
 gratitudo erga Deum, & erga optimè meritos doctores Sem, Abra-  
 ham & Loth. Abraham, vt scribitur Genes. 14. habens exercitum  
 centum & octodecim hominum, ausus est persequi maximum  
 exercitum, & maximas copias quinque regum, quorum nomina  
 vocantur Genes. 14, & non solū fortiter cum hostibus dimica-  
 uit, sed etiam feliciter, quia reduxit & ciues, inter quos etiam erat  
 Loth, abductos ex Sodoma & vicinis vrbibus, & restituit regi So-  
 domæ omnia spolia hostium. Pro hoc beneficio non humano, sed di-  
 uino, hanc gratiam referunt Sodomitæ, vt & poenæ & liberationis  
 illius atque immemores, contaminarent se omni scelere & flagitiō,  
 tanta est immanitas & turpitudō, vt etiam dictu turpis vi-  
 detur.

Principes]

Inter hos 12 fuit vnus Naaf-  
 son, qui recitatur à Matthæo in  
 genealogia Christi.

Incestas]

Κέσθ, cingulum nuptiale,  
 quo ornatur sponsa die nuptiali.

Incestas nuptiæ dicuntur, in quibus non habetur reuerentia cogna-  
 ti sanguinis. Leuitici octauo dicitur, Cauete ne vos terra euomat,  
 sicut euomuit Cananæos. Quid potest magis tragicè dici? Deus iu-  
 dicat libidinosos tales & tantas esse pestes generis humani, vt etiam  
 terra non possit eos diu sustinere, quin euomat. Quare putatis Tur-  
 cam habere tantos successus, vt intra annos centum, non tantūm

Constantinopolin occupauerit, sed etiam regnum Vngaricum & vicinaria regna? propter idolatriam Papisticam, & libidines.

Tota tribus]

25000 hominum propter stupratam Lenitæ vxorem.

Salomon]

3-Reg. 11. Ego non possum legere historiam de lapsu Salomonis.

nis, quin toto pectore deplem tanti viri tantum lapsum humano, teste ipso Deo, Nullus fuit ante te, nec post te vnquam similis tui. Et tamen hic summus vir de tanto gradu deiectus est, vt in extrema senectâ cœperit idola colere. Sed quæ fuit causa *αεναραστηρια?* Primum ipse duxit vxores Ethnicas, filiam Pharaonis & similes, quæ erant fœminæ idolatricæ. Harum exemplis & illecebris postea est inuitatus ad similem idolatriam, sicut adhuc hodie videmus quosdam reges & Principes gratificari suis coniugibus in audiendis Misfis. Exempla sunt odiosa. Deinde idem Salomon non duxit tantum vnâ, sed plures. Hæc omnia fecit contra mandatû Dei. Sicut enim Deut. 7. seuerissimè Deus prohibet, ne Israëlita cōtrahant matrimonium cum Ethnicis: ita cap. 17. eiusdè libri nominatim & diserte præcipit, ne rex in populo Dei ducat plures, sed sit cōtentus vna. Et vtroumbique ratio additur probabilis, ne vel Ethnicarum masculularum exemplis, vel multitudine gynæcei rex abducatur à religione diuinitus tradita. Salomon habuit 700 coniuges, & 300 concubinas.

Sortatores]

Regula historica, ad quam pertinent innumera exempla.

In his exemplis]

Quia de similibus idem est iudicium.

Porrò]

Exempla pœnarum Ethnicarum.

Libidines]

quarum causa *αεναραστηρια* fuerunt libidines, hinc est secuta ilias malorum, vt in proterbio dicitur, Bellum Troianum est ilias malorum, Homeri poëma est ilias bonorû, est cornucopia, omnibus partibus eloquentiæ & ortum & exempla dedit Homerus, inquit Fabius.

Oedipi]

Oedipi]

Pater Oedipi fuit Laius, is rapuit cuiusdam ciuis filiam Chryseam ad turpitudinem nefariam. Ideo punitus est sterilitate, non potuit procreare sobolem, sed tandem contra fatum, vt loquar cum Iouis, obtinuit importunis precibus filium Oedipum, à quo est infectus. Nam Laius iussit exponere Oedipum, qui postea educatus est à pastore, & cum haberet iam maturitatē ætatis, rediit Thebas, & in itinere Laium interfecit, nolentem cedere de via, ignotus esse patrem. Postea cum solueret Oedipus ænigmata Sphynx, nuptus ei Iocasta mater, ex qua suscepit filios, qui dimicarunt de regno, Eteoclen & Polinicen, & filias Ismenem, Antigonem & c. Oportet cetera. Vixit autem Oedipus ante bellum Troianum. Nam Historia Thebana est antiquior Troiana.

Lucretiam]

Liuius lib. 1. Decad. 1. Nullus est melior scriptor Latinæ historiarum omnibus parietibus. eloquentior post Ciceronem. Historia est nota, pingitur

Decemviri]

Liuius lib. 3. Decad. 1. Remp. Romanam initio gubernarunt septem reges, à Romulo vsque ad Tarquinium superbum, cuius finis Sextus Tarquinius stuprauit Lucretiam, & durauit regnū annos 44, teste Liuius (fuit dimidia periodus, integra est 500 annorū) post reges exactos, præfuerunt Reip. consules bini singulis annis. Hi successerunt Decemviri, Appius & reliqui collegæ: quæ autem fuerit occasio huius mutationis, breuiter commemorabo. Nam Appius Claudius decemuir, incensus amore cuiusdam virginis Romanæ, quæ erat alteri desponsata, cum non posset ea potiri, dedit ne clienti, vt eam prætextu seruitutis raperet. Pater puellæ Lucius Virginus, cum non posset aliter filiam vindicare in libertatem (quæ magna erat potentia decemvirosum) cultro lanij transfodit puellam. Propter hanc rem mutata est forma Reip. & coniectus est Appius in carcerem Appius, & quidam alij. Reliqui sunt pulsi in exilium, postea res iterum rediit ad consules.

*Quæ mutat]*

Tres sunt precipuæ causæ mutationis imperiorum. Prima est idolatria, vt propter cultum idolorum, quem addidit Salomon voluptatibus, dilaceratum est regnum in duas partes, & secuta

perpetua bella ciuilia. Secunda caussa est confusio libidinum, vt propter raptum Helenæ deleta est Troia. Tertia caussa est tyrannus, cuius plurima exempla in omnibus historiis leguntur, vt Dion Princeps Syracusanus eiecit ex regno Dionysium Iuniorē.

*Filij Pisistrati*]

Pisistratus collega Solonis habuit duos filios, Hipparchum & Hippiam. Hipparchus interfectus est ab Harmodio & Aristogitone, vt scribit Thucyd. in lib. 6. Hippias verò pulsus est Athenis propter tyrannidem. Plinius lib. 34. cap. 4. Athenienses primi ornum Harmodio & Aristogitoni tyrannicidis publicè posuerunt statuas. Hoc actum est eodem anno, quo & reges Romæ pulsi.

patriæ, sed victus est à Miltiade in pugna Marathonica. Hippias in Persia, ad quem confugit, id est, regnante Dario Histaspis in Persia, ad quem confugit Hippias, & postea intulit bellum Athenis. Fuit Athenis pugna Marathonica, & interdidem lib. 8. Is venit ad Dionysium maiorem in Siciliam, & interrogatus, vbi essent optimi statuarij, respondit Athenis. Tyrannus non intelligens acumen responsionis, interrogauit, cur Athenas præferret alijs vrbibus Græciæ, quod ad hanc rem atinebat, respondit, Quia Athenis statuæ collocatæ sunt Harmodio & Aristogitoni, videlicet interfectoibus tyrannorum. Erat autem doctus Dionysius, non ignarus rerum humanarum, itaque insit interfecti hunc venustissimum oratorem, cui debuisset parcere meritò propter venustatem, sed tyranni nemini parcunt.

*Dux Laconicus Pausanias*]

De Pausania, qui vicit Mardonium ducem Persicum, relicto in Græcia post Xerxis fugam, scribunt Thucyd. lib. 1. Lycurgus contra Leocraten, & Plutarchus in vita Cymonis.

Cùm Xerxes victus à Themistocle in pugna Salaminia, fugisset ex Græcia, reliquit post se Mardonium, cuius consilio potissimum susceperat maximam expeditionem aduersus Græcos. Hunc Mardonium vicit in pugna ad Plateas, quod est oppidum Bœotia, non procul distans à Thebis, Pausanias dux Laconicus, ac tanta moderatione vsus est in victoria, quæ sua natura est superba & insolens.

abstineret à quadam muliere captiua, cuius erat forma excellens. Deinde cum quidam hortarentur eum, vt iuberet capitaneum interfectorem hastis affixa circumferre in castris, respondendo. Satis est, si meis Spartanis placeam sancta dicendo, & sancta faciendo. Postea verò adeo mutatus est (vt nulla virtus sine Deo est perpetua) vt cum esset præfectus in vrbe Constantinopoli, quæ olim vocabatur Bizantium, rapuerit cuiusdam nobilis filiam, eamq; in tenebris interfecerit, metuens insidias. Præterea agitauit consilia de prodicione patriæ. Horum scelerum fama cum allata esset ad Ephoros, id est, ad summum magistratum in Reput. Spartana post regem, reuocatus est Pausanias ex Thracia domum, & re iudicata, abiit ad templum, tanquam supplex, sperans ibi se posse tutò latere. Sed tanta fuit seueritas Lacedæmoniorum, vt iusserint templum obstrui, & Pausaniam fame necari. Hæc est summa historia de Pausania, in qua cernitis exemplum inconstantia rerum humanarum, non modò fortunæ, sed etiam virtutis. Nam hic tantus vir, qui post pugnam clarissimam ad Plateas fuerat moderatus, iustus & castus, postea fit iniustus, proditor patriæ, & polluitur vagis libi-  
 cibus: deo etiam poenæ sequuntur, quas talia facta merentur.

Byzantium]

Quæ est etymologia Byzantij? Hebraica. Beth, domus, Zo-

on, caupona. Quia Constantinopolis est sita loco valde opportuno, & semper abundauit delitiis & voluptatibus, earumque instructa, postea instaurata est hæc vrbs à Constantino Magno, & vocata Constantinopolis.

interfecit]

terrore quodam subito.

Panicum]

ad Plateas in agro Bœotia.

Ab Ephoris]

Rex Laonicus habuit quinque consiliarios, qui di&ti sunt Ephori, id est, inspectores regis, sicut nunc in imperio Germanico sunt septem Principes Electores, qui gubernant consilia Imperatoris.

Possit mediocri diligentia]

Augustinus sermo ne 43. de verbis Domini. Dedit tibi Deus potestatem per Spiritum sanctum, vt membra tua teneas.

retineas in officio. Hæc didd 2

cuntur contra imaginationem falsam de impossibilitate in præstada disciplina.

Plura]

Quia nullum peccatum est solum. Diabolus texit longam

telam. Nemo suspendit hederam propter vnum hospitem. Ita Diabolus, quando impellit hominem, non est contentus primo lapsu, sed texit longam iliada malorum.

Optimi viri]

Viræ sancti & fortis viri.

Cæcitatem]

furorem, amentiam, infelicitatem.

Nec leges]]

Refutatio legis Pontificiæ de cælibatu. Innumerabiles animæ præcipitatae sunt hac lege in æternum exitium.

Promissiones]

Vota monastica.

Genes. 2.]

Sedes materiæ de coniugio. Coniugium est schola seu palestra multarum virtutum.

*Donec compleatur Ecclesia]*

Nam in postrema mundi die erit finis generationis humanæ, vt expressè dicitur Matth. 22.

Tunc non ducent aut nubent, id est, non contrahent matrimonia, sed erunt similes angelorum.

In illa die, in qua iudicabit Filius Dei occulta omnium hominum, cernetur horribilis turpitudine monachorum & sacrificulorum, qui non fuerunt idonei

ad cælibem vitam, & infelicitè cum sua natura luctati sunt.

Taxandæ]

Quia Paulus clarè dicit i. ad Timoth. cap. 4. Doctrinæ damnosiorum sunt, quæ prohibent nubere, id est, contrahere matrimonia, & abstinere à cibis.

niorum sunt, quæ prohibent nubere, id est, contrahere matrimonia, & abstinere à cibis.

*Nulla esse debet auctoritas]*

Lex humana pugnans cum decreto diuino, & ipso Dei opere in creatione instituto &

Dixit Deus, Non est hominum esse solum, Genes. 2. condito,

condito, deinde & cum præcep-  
tis diuinis, & quæ fons est ma-  
gnorum scelerum, propter quæ  
& multi pereunt, & ira Dei ma-  
gis accenditur, imò quam legem  
spiritus sanctus à Diabolo oriri  
imponenda est, sed omniù piorù  
rationem confirmant duo di-  
cti, quorum alterù est Ignatij,  
alterum Dionysij Corinthij.

auditores eiusdem scholæ Iohannis,  
Papias episcopus Hierapoleos. Ignatius  
& in circo laceratus est à bestiis,  
cùm quidem ei initio peper-  
issent bestia, quasi fugientes lacerationem  
sancti corporis. Dionysius  
verò Corinthius fuit præcipuus Ecclesiæ doctor,  
tempore No-  
tari heretici, qui negauit pœnitentiam &  
absolutionem lapsis post  
peccatum.

Ignatius sic inquit, Virginitatis iugum  
nemini imponito: peccata  
sola est enim possessio, & difficulter  
retinetur, præsertim quæ  
imperatur. Iunioribus  
concede coniugium, priusquam  
corrumvantur consuetudine  
meretricum. Dionysius  
Corinthius in epistola ad  
episcopum Timotheum, nec  
calibatus onus, tantum  
necessariù fratribus imponat,  
sed infirmitatis multo-  
rum rationem habeat. Nica-  
enus lib. 4. cap. 8.

impostoribus, qui docent doctrinam  
dæmoniorum, & prohibent  
habere & abstinere à cibis. Tales  
enim habent conscientias caute-

Vitandę fornicationis causã  
quisq; habeat vxorẽ suã. 1. Cor. 7.  
Epicurei contemptus Dei &  
desperationis.

affirmat, nequaquam Ecclesiæ  
cõsensu abolenda est. Hanc asse-

Ignatius fuit auditor Iohan-  
nis Apostoli, qui Iohannes do-  
cuit in vrbe Epheso. Fuerunt e-

Polycarpus Episcopus  
Ignatius missus est Ro-  
mã, & in circo laceratus est à  
bestiis, cùm quidem ei initio  
peperissent bestia, quasi fugientes  
lacerationem sancti corporis. Dionysius  
verò Corinthius fuit præcipuus  
Ecclesiæ doctor, tempore No-  
tari heretici, qui negauit pœnitentiam  
& absolutionem lapsis post  
peccatum.

Nihil habemus de scriptis I-  
gnatij, nisi epistolas paucas, in  
quibus & hoc dictum extat.

Gnosus est vrbs Cretæ.

Obseruate hæc duo dicta con-  
tra calibatum Papiatarum. sed  
firmissimum scutum opponen-  
dum illi legi, est dictum Pauli 1.  
ad Timoth. 4. Nolite attendere  
doctrinam dæmoniorum, & prohibent  
enim habent conscientias caute-

nota quæ ferro candenti im-  
primitur corpori.

ἀσκήσιον]

Hæc diligenter]

*παρρησίας* de castitate

*Malæ conscientia]*

Pfal. 66. Iniquitatem si aspexissem corde meo, non exaudisset Dominus, id est, retinens malum propositum, non speret exauditionem diuinam.

contra fidem, vel contrabonam conscientiam.

ret exauditionem Dei, sed metuat iram Dei, & singulis momenta expectet pœnam.

Quandiu aliquis perseverat in manifestis delictis cōtra conscientiam, non somniet, non speret

*Quod verò]*

Solutio obiectionis. 1. Cor. 7. Paulus inquit, Bonum est homini mulierem non tangere.

vt, Bonum est vinum. Quis enim vituperat vinum? ita, Bonum est mulierem non tangere, sed beati, qui possunt facere sine conscientia labe, sed vbi sunt tales? sunt phœnices in mundo, Rara avis in terris, nigroq; simillima cyncno.

Et Genes. 2. dicitur, Non est bonum homini vt sit solus. Simplicissima responsio est. Regula communis in Genesi tradita intelligatur de maxima parte generis humani, quod ita cōditum est, vt sit fœcundum. Itaque necesse est obedire regulæ in Genesi traditæ omnes, qui sunt fœcundi, & nisi vivant in coniugio, contaminantur. Ideo ipse Paulus addit, Melius est nubere, quàm vri. Sed Paulus de exceptione loquitur. Si qui nō sunt idonei ad coniugium, aut non contaminantur in cælibatu, hi sciunt, se esse exceptos à communi regula, nec peccant, si manēt cælibes, modò vt sint tales, qui non contaminantur.

Est quiddam heroicum. Heroica sunt supra & extraregulâ, non sunt imitanda.

si quibus datum est. Non omnes habent hoc donum, quod habuit Baptista, Christus, Basilius, Athanasius, & similes sancti viri. Mediores homines, qui non sunt præditi heroicis donis, manent intra

Christus Matth. 19. Sunt alii, qui se ipsos castraverūt propter regnum cælorum, sed non omnes capiunt hoc verbum, nisi qui sunt in cælo. Metas

metas communis regulæ. Sic argumentor, Bonum est mulierem non tangere. Ergo malum est, mulierem tangere. Valet consequentia à contrario sensu. Respondeo : Opposita sunt discernenda non secundum commune genus, sed secundum proprias differentias. Non sequitur, vinum est bonum, Ergo aqua est mala, vel cereuisia est mala, quia vinum est bonum, Ergo aqua est mala, vel cereuisia est mala, quia vinum, aqua & cereuisia habent vnum commune genus, scilicet potum, qui est res suo genere bona. Eodem modo respondeo de proposito argumento: Coniugium & cælibatus, seu virginitas habent commune genus, scilicet opus Dei, vtrumque est opus Dei, coniugium & casta virginitas, quæ est singulare donum & opus Dei, sed aliis rebus inter se differunt coniugium & virginitas, quia coniugium habet tribulationem carnis, vt loquitur Paulus 1. Cor. 7. id est, est status vitæ plenus miseriarum, plenus magnorum laborum & curarum. Cælebs vita habet minus miseriarum, & est expeditior ad omnes fortunæ casus. Quædam misera muliercula monasterio, monialis, interrogata ante annos quadraginta, in visione harum regionû, quare abhorreret à coniugio, cùm tamêrideretur esse ad hoc genus vitæ idonea & accommodata: respondit scriptum est, Qui in carne sunt, Deo placere non possunt. Quia scriptum est, Maledictus, qui ponit carnem brachium suum. Quia misera muliercula decepta à monachis impostoribus, ratiocinabatur ad locum Pauli attinet, scitis quid significet phrasis Paulina, ad carnem, id est, habere delicta contra fidem & contra bonam conscientiam. Cùm Ieremias inquit, Maledictus, qui ponit carnem brachium suum, reprehendit his verbis fiduciam humanorû præsumptionum, non reprehendit coniugium à Deo institutum.

Aristoteles, Actus agentium sunt in patienti prædisposito. Anima est *ἐνδὲν ἑαυτῆς* corporis naturalis organici vitæ habentis potentia. Anima non habitat in lapide, aut in alia re inanimata, imò habitat in Sole habitat & cælo, sed tantùm est in ipsis corporibus, quæ vitam habent in potentia, id est, quæ sunt subiecta, disposita ad vitam formam.

Dicam vobis vnum exemplû de Athanasio. Athanasius Episcopus acerrimus hostis Arianorum, cuius Symbolum hodie celebratur, & reliqua scripta in honore meritò habentur, gubernauit

[Laudat]  
[Ministerio]

Ecclesiam Alexandrinam annis 46, sed intra hoc spatium ter est pulsus in exilium à tyrannis, ac quidem exulavit primùm in Gallia apud Treuiros, postea exulavit in Italia, & necesse fuit, eum quarere multas & varias latebras metu Tyrannorum, & tamen ad extremum est reductus in suam Ecclesiam, & ibi mortuus. Si fuisset Athanasius maritus, habuisset coniugem & liberos, profectò magna difficultate & molestia tolerasset exilia. Nam auelli à coniuge & liberis, res est non valde suaui, ne quid aliud dicam. Videtis igitur in hoc exemplo Athanasij, quàm verè dicat Paulus, cælibem esse ad omnes subitorum periculorum casus expeditiorem. E contra maritus habet magna impedimenta œconomica, quæ saepe remorantur nauim in optimo cursu.

*Occupatos illicitis flammis]*

Basiliius epistolat, Qui nondum est astrictus vinculis coniugij, is habet furentes cupiditates & impetus, qui difficulter retineri possunt, & perturbatur flammis amoris illicitis ac prohibitis.

FINIS LOCI DE PRAECEPTIS ET CONSILIIS.



STVDIOSIS IN ACADEMIA  
LIPSIKA S. D.

**A**CTENVS dictum est fideliter de Deo, de tribus personis diuinitatis, de creatione hominis, & aliarum rerum, de lapsu primorum parentum, de peccato, & de Lege. Nunc accedimus ad alteram partem doctrinæ Christianæ, quæ comprehenditur promissionem de Mediatore, & de redemptione generis humani, de remissione peccatorum, de restitutione iustitiæ, & vitæ æternæ.

Huius doctrinæ agnitio discrimen facit inter veram Ecclesiam, & reliquos homines. Etsi enim homines vera Ecclesiam retinent particulam Legis de externis rebus, quia Lex natura nota est: tamen doctrina Evangelij de Filio Dei, in sola Ecclesia mansit, & deinceps vsque ad finem mundi mansura est. Qui igitur volunt esse manere membra Ecclesiæ viua & sanctificata Spiritu Sancto: sciant, aliud doctrinæ genus esse Legem, aliud Evangelium, id est, promissionem de Filio. De hoc discrimine, quo amisso horrendæ tenebræ sequuntur, hodie hortatores sumus, vt propter gloriam Dei, & salutem animarum, hanc doctrinæ partem diligenter discutiant. Bene valete, & Deum orate, vt lucem veritatis semper in Ecclesia conseruet. Die 30

Martij. Anno M. D. L X V.

V. S.

cc

LOCVS  
DE DISCRIMINE LE-  
GIS ET EVANGELII.

*Præfatio obiter excepta in Locum de  
discrimine Legis & Euangelij.*



ACTENVS cum Israëlitis vagati sumus in deserto, & audiuius vocem Dei edentis Decalogum in monte Sina, inter fulmina & tonitrua, & horrendos fragores, quibus auditis, etiã scopuli durissimi, & saxa contremuerunt, vt testatur historia Exodi 19. Nunc verò, Christo ducente, ingrediemur in terram Chanaan, & in hortos balsami generosissimi & fragrantissimi, hoc est, vt proprie & sine figuris dicam quod sentio: Huc vsque tractauimus legales materias, quia Lex est altera pars doctrinæ Christianæ, & est summa sapientia Ecclesiæ, excepta promissione Euangelij. Nunc verò accedimus ad doctrinam Euangelij propriam, quæ est similibus generosissimo & fragrantissimo balsamo. Vt enim balsamum sine dolore sanat vulnera, & ipso odore suauiter recreat corda: ita perterrefactas & consternatas conscientias voce Legis, & accusatione peccati, & denũtiatione iræ Dei, pœnarumque æternarum, suauiter reficit & recreat medicus longè optimus & præstantissimus Filius Dei, annuntians vocem Euangelij, in qua reuelatur iustitia Dei, de qua dicunt testimonium Lex & Propheta, vt ait Paulus Rom. 3. Etsi autem possent multa splendide dici, & copiose de necessario discrimine doctrinarum philosophiæ, Legis & Euangelij: tamen, cum onus sit, vt ait Euripides, nimium latè dari, & modus sit in omnibus rebus pulcherrima virtus: ero nunc contentus recitatione, vel potiùs indicatione duarum causarum, propter quas studiosi pietatis amare & magnificere huc Locum de discrimine Legis & Euagelij debent. Vna est, quia velamisso hoc

discrimine vel ignorato, ignoratur Christus, hoc est, officium  
 beneficia Christi, nec intelligitur modus, quo hæc beneficia cõ-  
 quimur. Est autem agnitio vera Christi, ipsa vita æterna: vt testa-  
 dictum notissimum Ioan. 17. Hæc est vita æterna, vt agnoscat,  
 scilicet esse verum Deum, & quem misisti Iesum esse Christum.  
 causa est, quia hoc discrimine ignorato vel obscurato, non  
 intelligitur, quæ, & qualis, & vbi sit Ecclesia, & quomodo discer-  
 tur ab aliis sectis iudicio Dei damnatis. De his causis tantum  
 est, hoc est, breuiter & nudè dicemus, remotis omnibus  
 agibus, vt possimus etiam aliquid docere hac hora. Non e-  
 conuenimus ad declamationem, sed ad lectionem. De prio-  
 causa hanc cogitationem omnes pij suscipiant. Quemadmo-  
 in speculis imago nostrorum corporum cernitur, & his re-  
 qualia sint nostra corpora, albæ, an nigra, ignoratur: ita  
 oculo Evangelij speculo non agnoscitur gloria Christi, cuius  
 relatione cõplector non modò officium, sed etiam beneficia  
 Domini, & ipsum modum, quo applicantur nobis beneficia  
 Christi. Nam ex Lege timemus quidem Deum timore seruili, sed  
 confugimus ad Deum, vt ostendit exëplum Israëlitarum, qui  
 audiissent Legem, cum quodam stupore consternati fue-  
 & à Mose petiuerunt, vt ipse fungeretur officio legati & Me-  
 dii inter Deum & populum. Si enim, inquiunt, deinceps au-  
 temus Deum tonantem & fulminantem, actum erit de nobis,  
 & nos perire necesse erit. Hæc historia velut in tabella pingit ef-  
 fectum Legis rectè declaratæ & intellectæ. Quare opus est alia  
 medicina, quæ dissimilis est Legi, monstrante nobis medicum Sa-  
 cramentum Filium Dei, qui saucij viatoris vulnera, vt Luc. 10 scri-  
 ptum est, vino lauat, & postea infundit saluberrimum liquorem bal-  
 samum, neque his contentus officiis, addit etiam hoc *επισμαγμα*, hoc  
 est, appendix & auctarium, quod videlicet gestat suis manibus &  
 imponit iumento. Quod si non intelligatur  
 regimen Legis & Evangelij, de quo nunc dicere instituimus:  
 nequaquam agnoscitur officium Christi: sicut multi fingunt,  
 tantum fuisse legislatorem, qualis fuit Moses, aut So-  
 crates aut Augustus. Deinde ignorantur huius medici beneficia,  
 & sunt sanare nostra vulnera, non exulcerare infusione aceti,

vel nitri, cuius est magna mordacitas. Lex, inquit Baptista, per  
 Moſen data eſt, gratia autē & veritas per Chriſtum facta eſt. De-  
 nique, ne ſim longior in re piis nota & aperta, non intelligitur  
 modus, quo conſequimur beneficia Chriſti, remiſſionem pecca-  
 torum, & alia, niſi prudenter & ardentem diſcernamus à Legem  
 Euangelij. Vt enim opera habent ſe correlatiuē ad Legem  
 vt more ſcholarum loquar: ſic fides habet ſe correlatiuē ad pro-  
 miſſionem Euangelij, teſte Paulo Rom. 4. vbi inquit: Si ex Legge  
 ſumus hæredes, otioſa eſt promiſſio, & fides inanis. Ideo ex fide  
 gratis, vt ſit firma promiſſio. Hæc breuiter dicta ſint de prima  
 cauſa, hoc eſt, de agnitione Chriſti, & de beneficiis, & de modo  
 applicationis. Veniamus ad alteram cauſam, quæ proprie perti-  
 net ad Eccleſiam. Hæc nō poteſt agnoſci, neque diſcerni ab aliis  
 damnatis ſectis, niſi monſtrato hoc diſcrimine. Non enim philo-  
 ſophia propria Eccleſiæ poſſeſſio eſt, nec Lex fundamentum eſt  
 Eccleſiæ, ſed ſola vox Euangelij eſt ſingulare *κεφάλαιον* & magi-  
 centibus & blaſphemis, à Turcis & ab omnibus hereticis. Nam  
 omnes ſani homines naturaliter particulam Legis intelligunt &  
 retinent, & ex ea multa extruunt, & ratiocinantur de honeſti-  
 moribus, & de externa diſciplina, vt oftendunt carmina Phocyli-  
 dis, Theognidis, Heſiodi, & aliorum innumerabilem. Sed vt o-  
 mnes, quanuis ſapientes & eloquentes, proſus ignari fuerunt  
 Euangelij, ſeu promiſſionis de Mediatore: Ita non ſunt Eccleſia  
 Ethnici, Iudæi recentes, Turcæ & Papiſtæ, qui oderunt & con-  
 demnant vocem Euangelij: de pertinacibus loquor. Sed ille cœ-  
 tus tantum eſt Eccleſia, qui vnā cum Legge rectē intellecta coniu-  
 git vocem Euangelij, & vtriuſque generis doctrina vſum intelli-  
 git, & exercet in inuocatione, & in reliquis pietatis exercitiis. Sed  
 hæc, Deo iuuante, audietis aliquando pluribus verbis exponi in  
 ipſa explicatione. Quare omiſſa longiori commendatione huius  
 Locī, nunc more vſitato & ſcholæſtico, enumeremus capita prin-  
 cipua, quibus nobis propoſitum eſt, huius Locī ſummam com-  
 prehendere. Distribuemus autem docendi cauſa hunc Locum  
 de diſcrimine Legis & Euangelij in capita ſex. Primum recitabit  
 definitiones philoſophiæ, Legis & Euangelij, quæ certē debent  
 omnibus

omnibus pueris & puellis, non tantum doctis in scholis notissimè esse. Secundum caput discernet Euangelium à philosophia. Nolumus enim confundere hæc genera doctrinarum, philosophiam & Euangelium, vt coqui multa iura confundunt: & quam saepe commendamus iuuentuti studia philosophiæ, tamen non volumus hanc pedisequam & ancillam anteferre suæ domesticæ, id est Euangelio, sed suum cuique generi locum, seruata Geometrica proportione, assignamus. Tertium caput discernet Legem ab Euangelio. Quartum refutabit insulsam commentum Papistarum de triplici Lege, naturali, Mosaica & Euangelica. Quintum caput erit dulcissima commemoratio de hac sententia, quod idem & vnum Euangelium semper fuerit in Ecclesia, eade vsque ab initio mundi. Ex quo sequitur, semper vnâ fuisse Ecclesiam, vnâ fidem patrum & nostram, vnum Spiritum in omnibus membris Christi, vnum modum saluationis & iustificacionis, & eadem beneficia pertinentia ad omnes & singulos credentes, neq; alia, aut plura, aut maiora nobis dari, quam Abraham, aut Dauidi. Sextum & postremum refutabit confusio- nem veræ Ecclesiæ, & aliarum sectarum. Multi enim ignorantes discrimen Legis & Euangelij, dicunt etiam inter Ethnicos fuisse membra Ecclesiæ. Adeo enim mirantur Ciceronem, Xenophonem, Platonem, vt non dubitent affirmare, hos viros fuisse membra Ecclesiæ, & non minùs saluatos esse, quam Abraham aut Dauidem. His ferè capitibus definietur nostra explicatio. Ne autem tota hora nobis effluat inter *αερολογόμενα*, quæ tamen non sunt prorsus *πάρεργα*, accipite, si vultis, primum caput.



# Definitio philosophiæ, Legis & Euangelij.

## C A P V T I.

*Philosophia est particula Legis. Ideo non est omitrenda  
eius mentio in hoc loco.*



**P**rimo necesse sit discrimen doctrinarum philosophiæ, Legis & Euangelij in Ecclesia extare, [propter agnitionem Christi, & ipsam Ecclesiam] & familiarissimè notum esse omnibus, ordinarè definitionibus, quæ hoc ipsum discrimen ostendunt. Sint igitur initio notæ definitiones. Philosophia est cognitio artium dicendi, mathematicum, physices, & præceptorum de moribus, extracta ex principiiis speculabilibus & practicis, cuius finis vltimus aut est scientia, aut actio nostra laude digna.

manas duplices notitias, *δεσπινὰς ἢ ἀετινὰς*, id est, speculabiles & actiuas, vt ita dicam. Ex his principiis extruitur vera philosophia, vt Geometria extruitur ex his principiis: Totum est maius sua parte: si ab æqualibus æqualia subtraxeris, reliqua erunt æqualia &c. Ethica verò, seu moralis philosophia extruitur ex his naturalibus notitiis: Deo obediendum est iuxta discrimen honestorum & turpium. Honestè viuendum est: Nemo lædendus est sine iusta causa: Suum cuique tribuendum est &c. Deinde fit mentio obiecti, seu subiecti in definitione. Versatur enim philosophia aut circa sermonem, aut circa rerum naturam, aut circa vitam & mores. Ad sermone[m] pertinent tres artes, Grammatica, Dialectica & Rhetorica, vt omnes nouistis. Ad physicam pertinent mathematica & physica propriè dicta. Tertia pars ipso nomine est nota, videlicet Ethica, postea fit mentio causæ finalis. Sicut sunt duo genera principiorum: ita sunt duo fines veræ philosophiæ, quorum alter

Agnosceis exemplum causalis definitionis. Causa efficiens philosophiæ est Deus, qui transfudit in creatione, in mentes hu-

alter consistit in cognitione liberali, alter in actione morali laude digna. Discimus Phycam & mathemata propter liberalem scientiam: quia scientia est quaedam perfectio mentis, & omnes naturaliter sciente desiderant, ut inquit Aristoteles in 1. Metaphys. & Cicero in 1. Offic. Ethice verò finis non est cognitio, sed actio, teste Aristotele in 1. Ethic. & Cicero in 1. offic. & hi quidem sunt fines veræ philosophiæ. Videtis igitur quod philosophia tantum huic mortali vitæ seruiat, & sit similis folio. Ut enim folium non semper floret, sed in autumno decidit ex arbore, & flaccescit, tandem etiam putrescit: sic philosophia, ut ait Plato, tantum est meditatio mortis, non est causa vitæ æternæ. Euangelij verò vltimus finis, nec est doctrina, nec præceptum de agendis, sed consolatio victrix peccati & mortis, & inchoatio iustitiæ & vitæ æternæ, sicut suo loco audietis. Hæc de philosophia.

Lex Dei est æterna & immota sapientia, & regula iustitiæ in Deo, cuius radius in creatione in Angelos & homines transfusus est, præcipiens de ardenti dilectione Dei, & puro amore proximi, prohibensque contraria, ac promittens quidem præstantibus hanc obedientiam sine peccato, ingentia præmia [Qui fecerit hæc, viuet in æternum] contra verò denuntians violantibus hunc ordinem, æternam vitam Dei, & pœnas æternas, proponenda cum vniuerso generi humano, tum vel maximè securis & hypocritis, ut in eis excitet cognitionem peccati, & pauores tremendos, qui sine consolatione Euangelij sunt initia mortis æternæ.

Hæc definitio non indiget hoc quidem tempore longa declaratione, cum aliquot menses commorati simus in Loco de Lege, & in legalibus materiis. Quare tantum propter ordinem & methodum nunc repeto breuiter ea, quæ supra pluribus verbis sunt dicta & enarrata. Accedamus ad tertiam definitionem.

Euangelium est prædicatio pœnitentiæ, & promissionis, quæ non est naturali luce nota, sed ex arcano consilio diuinitatis per Filium prolata est, qua Deus exhibet remissionem peccatorum, reconciliationem, donationem Spiritus sancti, iustitiæ & vitæ æternæ, propter Mediatorem, & per eum gratis fide accipièntibus promissionem, proponenda consternatis mentibus, ut eas liberet à sensu

ira Dei aduersus peccatum, & in eis accendat agnitionem misericordiae propter Christum promissa, & in itia vitae aeternae.

In his definitionibus agnoscit pius lector sparsa esse semina totius explicationis, quae deinceps proponetur de discrimine philosophiae, Legis & Euangelij. Et si enim difficile & periculosum est constituere tantarum rerum

integras definitiones, tamen has ita recitavi, ut iudicium eruditis & piis permittam, & petam, ut si quid desiderant, meliores tradant mihi & aliis.

Primum caput continet tres definitiones: vnam philosophiae, alteram legis morales, tertiam Euangelij, quas definitiones autem similes mandent memoriae iuniores, quia turpe est in Ecclesia

versari, & harum rerum prorsus esse rudem & ignarum, cum quidem quotidiano sermone haec vocabula repetantur & inculcentur. Est autem verissimum dictum Iurisperitorum: Omnis definitio est periculosa. Quia cum sit fons explicationis, est obnoxia multis cauillationibus. Nemo enim est tam stolidus & stupidus, qui non possit canino dente arrodere definitiones, quantumvis optimas, & à summis artificibus constitutas, sed propter cauillationes & calumnias, nihil est remittendum de industria & diligentia. Nihil ego animaduerto posse reprehendi in definitione Euangelij, nisi hoc vnum, quod dicitur, Euangelium esse praedicationem poenitentiae. Vtitur autem Christus ipse hac forma verborum, cum post resurrectionem dicit Luc. vii. Oportuit praedicari in meo nomine. Quid? Poenitentiam & remissionem peccatorum. Hac sententia his verbis enunciat apud Marcum: Ite in orbem terrarum, & praedicate Euangelium &c. Significat autem poenitentia non tantum vnam partem conuersionis, scilicet contritionem & pauorem, sed in Scriptura usurpatur pro tota conuersione ad Deum, à qua certe non potest, nec debet remoueri mentio Euangelij. Est igitur verissima positio, Euangelium est praedicatione poenitentiae, si intelligas vocabulum de tota conuersione, & serues distinctionem partium conuersionis, & cuiusque partis proprietatem. Et si enim Lex arguit tam molem peccati, tamen hanc speciem, quae est incredulitas, seu diffidentia, seu non credere in Filium Dei, nominatim, diserte ac proprie arguit vox Euangelij, Ioh. 16. Deinde quod attinet ad fidem, quae est praecipua pars poenitentiae, certum est, non ex Lege, sed ex Euangelio oriri fidem, ut testatur Paulus Gal. 3. Lex non est ex fide, &

per conuersionem, fides non est ex Legē. Sicut enim opera se habent correlatiuē ad Legem: ita fides habet se correlatiuē ad Euangelium, seu ad promissionē de Mediatore, teste Paulo Rom. 4. Ideo fides gratis, vt sit firma promissio. Neque est opus longa cōfirmatione in re manifesta & omnibus nota. Quod ad tertiam partem attinet, quæ vocatur noua obedientia, certum est, Legem quidem docere, quæ & qualis obedientia Deo placeat, sed cur, & quomodo placere, non docet Lex, sed hæc est propria Euangelij sapientia. Fide enim stabilitur Lex, & in Christo sumus cōsummati, id est, fide propter Christum placet non solūm persona, sed etiam obediētia. Quid per se, hæc declaratio habet incommodi, aut quam confusionem doctrinarum parit? Verē de hypocritis dicit psalm. 53. Illic trepidant timore, vbi non erat timor, hoc est, metuunt culpam, vbi nulla culpa: & Christus inquit venustissimē in Euangelio, Hypocritæ morant camelum, & percolant culices. Item, cernunt festucam in steris oculo, interim negligentes trabem in suo. Nulla sequitur descriptio Legis & Euangelij, ex eo quōd mentio pœnitentiæ fit in descriptione Euangelij. Ac, vt cetera omnia omittam breuitatis causa, quis est tam mente captus, tam præceps, tam auersus à veritate, qui non intelligat non esse diuellendam remissionem peccatorum à præsentī conuersione ad Deum? quia iuramentum diuinū in Ezechie. 33 copulat hæc duo adamantino vinculo, pœnitentiā seu conuersionem ad Deum, & remissionem peccatorum, & vitam æternam. Hæc enim sunt verba iuramenti diuini: Viuo ego, nolo mori peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat. Disertē dicit, Vt conuertatur, & viuat, vt significet, non esse separandam remissionem peccatorum à conuersione. Sed quid opus est verbis in re tam manifestis? Doleamus potiùs tantam esse hominum malitiam, & leuitiam, & furorem, vt ausint contradicere manifestæ veritati, & offundere tenebras Soli, postquam venit ad meridiem, imò fugiamus in clamores Sophistarum, qui negant, Euangelium esse prædicationem pœnitentiæ, tanquam virulentos sarcasmos Diaboli, qui superbe & lasciuē insultat Ecclesiæ, quasi ignoret, quid sit Euangelium, & nondum tot seculis didicerit, quid proficereatur, & quas res complectatur nomen Euangelij.

# De discrimine philosophiæ & Evangelij.

## C A P. II.



**D**AVIDVS ad Coloss. 2. inquit, Nemo vos decipiat per philosophiam. Hunc locum Pauli arripunt aliqui mordicùs, & eo abutuntur ad reprehensionem & vituperationem philosophiæ, quasi philosophia officiat luminibus pietatis, & non sit concessa Christianis hominibus. Verùm Paulus hoc vult, retineri debere discrimen vtriusque doctrinæ, & vitandam esse omnem confusionem Sophisticam horum generum, philosophiæ dico & Evangelij. De hoc discrimine præfate monebimus in hoc capite. Neque enim volo iam studiosi præfate intempestiuam beneuolentiam, & instituere longum encomium philosophiæ, aut apologiam opponere iniustis vituperationibus. Hæc enim Dei beneficio sonant quotidie in vestris auribus, & ferè iam sunt nota pueris & puellis, sed tantùm monstrabo conspiciendos limites, fines & terminos, qui distinguunt vtrumque genus doctrinæ. Non dico miscendam esse philosophiam Evangelio, multò minùs hoc dico, philosophiam anteponendam esse Evangelio, aut opponendam. Nequaquam debet anteferri parua genus doctrinæ sapientia philosophiæ, ipsi Soli iustitiæ, id est, Christo & Evangelio. Sic enim Propheta Malachias appellat Christum cap. 3: Quæ esset hæc fatuitas, quæ dementia, anteferre lychnum ardentem vel scintillam potius tanto fulgori & splendori, qui mundum illustrat vniuersum? Christus est vera lux, illuminans omnem hominem, non hæc ascribimus philosophiæ, sed tamen eiusum locum relinquimus. Multò minùs opponimus philosophiam & rationis argumenta articulis fidei. Taceat mulier in Ecclesia, id est, non opponat philosophia, non vlla ratio humana Evangelio: sed hoc præfatur, de quo dicit Paulus 2. Cor. 10. Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed sunt potentia Dei ad destruendas omnes molitiones contra Evangelium. Et redigimus, inquit, omnem intellectum in captiuitatem, in obsequium Christi. Sed his omnibus positis & concessis, quæ

ne sunt verissima, æterna & immota, tamen suus locus tribuatur philosophiæ.

Sunt iam aliqui, qui palam editis libellis, scribunt, magis iam in scholis sonare vocẽ Aristotelis vel Platonis, quàm Pauli, aut Esaiæ. Quis est tam ineptus, qui hoc faciat? sed tamen non possumus care-  
re tunc adminiculo philosophiæ.

Vera philosophia, qualem supra descripsi, & promissio Euan-  
gelij differunt initio, obiectis, & fine. Nam Arithmeticam aut a-  
rithmetici philosophiæ partem non ordimur à lectione, sed afferimus  
ad arithmetici descriptiones initia nobiscum nata, vt numerationem,  
discrimen honestorum & turpium, & alia. Euangelij verò sapien-  
tiam longè aliter discenda est. Cùm enim nequaquam natura nota  
esse necesse est, eam cognosci tãtùm ex patefactione diuina, quam  
deus in mensa bonitate post primos parentes literis mandari vo-  
luit per Prophetas, ac deinde per Apostolos. Ideo Paulus nos ad  
lectionem deducit, inquit, 1. Timoth. 4: Assiduus esto in lectio-  
ne & Ecclesiam alligat ad fontes Israël, id est, ad libros Propheti-  
cos & Apostolicos. Primùm in-  
cipitur philosophia & Euange-  
lij differunt  
initio.

inchoatione.

Sit Pauli dictum omnibus fa-  
miliarissimè notum, & tenea-  
tur tanquam præcipua regula  
studiorum. Sic inquit Paulus in

ad Timoth. cap. 4: Sis assiduus & diligens, primùm in lectione,  
deinde in doctrina, postremò in cõsolatione. Breuis est aphorismus,  
quod demonstrat optimam discendi rationem: Si vis, inquit, discere Eu-  
angelium, ordire tua studia, non à notitiis naturalibus, vt fit in phi-  
losofia, in scholis philosophorum, sed à lectione. quorum scripto-  
rum? Propheticoꝝ & Apostolicorum, de quibus Dominus in-  
quit Iohan. 5. Scrutamini Scripturas &c. & psal. 68 dulcissimè in-  
quit, Benedicite Domino Deo de fontibus Israël. Fontes metapho-  
ricè appellat scripta Prophetica & Apostolica, ex quibus haurienda  
est doctrina & cõsolatio propria Ecclesiæ, & discernens Ecclesiam  
ab aliis sectis. Iam quærat aliquis, Quis est finis lectionis sacrarum  
literarum? Respondeo. Poemata leguntur principaliter propter e-  
loquentiam & voluptatis causa. Sed alius est finis lectionis Scri-  
pturæ sacræ. Medius quidem finis est doctrina, vltimus verò & prin-  
cipalis est cõsolatio, sed hæc ex sequentibus discriminibus rectiùs  
poterunt percipi.

Deinde magna est obiecto-  
rum dissimilitudo.

Scitis quid sit obiectum. Ocu-  
li obiectum est lux & color, au-  
rium obiectum est sonus & vox,  
vt de ceteris sensibus externis non dicam, & eorum obiectis. Sicut  
igitur oculus versatur circa suum obiectum, lucem & colorem: ita  
philosophia habet sua obiecta, suas materias, quas tradit, & in qui-  
bus explicandis versatur, sua item obiecta habet Euangelium.

Nam philosophia est elegans doctrina de iis rebus, quæ rationi  
subiectæ sunt, & huic mortali vitæ seruiunt, vt verbi causa, de ra-  
tione differendi, de numeris, de figuris, de motibus corporum ce-  
lestium, de anni descriptione, de metis terræ, de qualitatibus ele-  
mentorum & mixtorum, de natura plantarum, animantium, gé-  
marum & metallorum, de fabricatione humani corporis, de a-  
ctiōibus animæ, de mutationibus imperiorum, denique de ius-  
titia & iure, & omnium virtutum officiis. Hanc doctrinam asper-  
nari nihil aliud est, quàm perturbare omnia, & permiscere, & to-  
tam vitam immanem & barbaricam reddere. Sublata enim anni  
ratione, quantæ tenebræ essent  
in historiis Ecclesiæ & impe-  
riorum, in iudiciis, in contra-  
ctibus, denique in tota vita.

Mementote duos insignes lo-  
cos Græcorum Theologorum,  
Basilij & Nazianzeni, quos bre-  
uiter in memoriam reuocabo.  
propter præsentem tractationem. Basilij scripsit libellum seu con-  
clusionem de vtilitatibus lectionis Græcorum poematum. In eo libel-  
lo proponit venustissimam similitudinem in hanc sententiã. Quæ-  
admodum in arbore differunt folia & fructus, ita differunt philo-  
sophia & Euangelium. Sicut enim folia non quidem nutriunt cor-  
pus humanum, sed tamen sunt ornamentum & præsidium ipsi fructi-  
bus: ita vera philosophia, quæ non confunditur cum Euangelio, est  
magnum huius vitæ ornamentum, ne leue præsidium Theologia.  
Non enim certè possumus disputare contra hæreticos destituti ad-  
miniculis philosophiæ, de qua re non est iam differendum pluribus.  
Sed vt fructus iurè ac meritò anteferimus foliis, quia nutriunt cor-  
pora: Ita in infinitum anteferenda est sapientia Euangelij o-  
mnibus philosophorum disputationibus, quamuis eruditis & ele-  
gantibus. Quid potest dici venustius de hoc discrimine? Fructus si-  
gnificat Euangelium, folia significant philosophicas disputationes.  
Nazian-

Nazianzenus verò in funebri oratione, quam scripsit de Basilio amico & fratre charissimo, sic refutat vituperatores & contemtores philosophiæ, intendens digitum ad causam, & ad fontem, ex quo manat contemptus philosophiæ. Sicut impudica mulier nihil magis habet in vocis, quàm vt omnes honestæ virgines & matronæ sint rationis, qualis est ipsa: sic, inquit Nazianzenus, indocti ideo vituperant philosophiam, vt inter sui similes, in turba sui similium possint latere, & effugere inscitæ reprehensionem. Scientia non habet inimicam, nisi ignorantem.

At Euangelij sapientia concionatur de articulis ignotis rationis, de tribus personis diuinitatis, de duabus naturis in redemptore, de Maria virgine, de Ecclesia, de gratuita remissione peccatorum, de donatione Spiritus sancti, de resurrectione mortuorum, de vita æterna.

In prima parte Symboli dicis, Credo in Deum Patrè: cùm nominas Patrem, necesse est, te noscere discrimen personarum. Quia nunquam Pater est sine filio. Deinde in altera parte recitatur articulus, qui pertinet ad redemptorem, ad Christum natum ex Maria virgine &c. In tertia parte Symboli, nõne dicis de donatione Spiritus sancti, de remissione peccatorum, de resurrectione carnis, de vita æterna?

Has tantas res prorsus ignota philosophia, vt hæc dicta te-

Omnibus piis debent nota esse testimonia vocis diuinæ, quæ declarant quantum interfit inter humanæ rationis sapientiã,

mysterium, vt Paulus loquitur Ephes. 3. & aliàs sepe, absconditum est. Verè Euangelium est mysterium, seu arcana sapientia ignota humanæ rationi, sine diuina reuelatione. Hanc sententiam concessit Paulus in priore epistola ad Timotheum, cap. 3, inquit, *ὁ κρυπτός θεὸς μὴ γὰρ ἐστὶ τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον*, id est, sine omni cõscientia, concessu omnium, omnium confessione maximum mysterium est pietatis nostræ, quodd videlicet Deus manifestatus est in carne &c. Hæc omnes pij debent bene secum meditari, & vt ita dicuntur, ruminare, sicut pecudes facere solent, quæ cibum acceptum beugunt & digerunt, vt vitemus ineptias, vel potiùs furorem & insipientiam eorum, qui audent comparare Xenophontem Abrahæ, & Ciceronem Danieli. Remoueatur ab Ecclesia hæc audacia fin-

gendi quilibet, & somniandi omnia pro arbitrio. De Abraham scribitur Iohan. 8: Abraham optauit videre diem meum, & exultauit. Quomodo vidit Abraham Christum, & eius beneficia? Respondeo. Primum in promissione de Mediatore, quæ ad ipsum Abraham repetita est his verbis: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Deinde excepit Abraham hospitio Messiam euntem inter duos Angelos, vt scribitur Genesis 18. Sed audiamus ipsa dicta.

Matth. 11. Nemo nouit Patrem, nisi Filius, & cui voluerit Pater reuelare [*scilicet intus & foris, foris quidem voce ministerij, intus autem per Spiritum sanctum*] Iohan. 1. Deum nemo vidit vnquam [*id est, essentiam & voluntatem Dei de nostra salute*] Filius, qui est in sinu Patris, enarrauit nobis. Iohan. 17: Hæc est vita æterna, vt agnoscant, te solum esse Deum, & quem misisti Iesum esse Christum.

vt fieret victima pro genere humano, & fungeretur officio sacerdotis & regis in Ecclesia. Hanc mittentem diuinitatem appellat Christus verum Deum. Persona verò missa ad Ecclesiam, non est Pater, nec Spiritus sanctus, sed Messias seu mediator est, de quo dicit Iohannes, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre, plenum gratia & veritate.

1. Cor. 1. Cùm mundus non cognouisset Deum sapientem per sapientiam, placuit Deo per stultam prædicationem saluos facere credentes.

Non hoc dicit Paulus, quod nulla prorsus fuerit notitia Dei naturalis in Ethnicis extra Ecclesiam. Nam si hoc diceret, secum ipse pugnaret in explicatione quia Rom. 1. clarè inquit, Quantum de Deo cognosci potest, tantum fuit notum gentibus. Deus enim manifestauit eis, id est, indidit eis duplex lumen. Primum, lumen simplex, quod sit Deus. Deinde ratiocinationem quærentem vestigia diuinitatis impressa creaturis, & clarè inquit in eodem capite, Infinita & immensa diuinitas & potentia Dei conspicitur in operibus mundi. Quid igitur vult hoc loco significare Paulus, cùm inquit, Cùm mundus non cognouisset Deum? Respondeo breuiter sine ambagibus: Vult Paulus discernere notitiam

Hoc dictum Iohannis valde memorabile, discernit diuinitatem mittentem à persona missa. Tota diuinitas misit Messiam,

notitiam Dei physicam seu philosophicam à sapientia Euangelij, quasi dicat, Etsi est aliqua lux, aliqua notitia Dei in mentibus, non profusus extincta post lapsum, quæ confirmatur & excitatur a perfectione operum diuinorum, tamen hæc scintilla non sufficit ad salutem, nec discernit Ecclesiam ab aliis sectis. Alia est sapientia propria Ecclesiæ, quæ sola patefacit aditum ad æternam beatitudinem, quæ sola, velut clauæ fores regni cælorum aperiuntur. Hoc vult dicere. Non hoc dicit, quod Flaciani & alij insulsi homines ir de vobis extruere, non transformat hominem in pecudem. Stultam predicationem vocat doctrinam Euangelij, quæ stulta videtur, non est.

Postremò differunt hæc doctrinarum genera vltimo fine. Nam finis doctrinæ philosophicæ aut est scientia, aut actio nostra. Euangelium verò Deus patefecit, & Paulus 1. Timoth. 1. Certus Ecclesiæ suæ tradidit, vt liberet nos à peccato & æterna mor-

Paulus 1. Timoth. 1. Certus sermo & dignus, quem omnes amplectantur, quem omnes suscipiant, quòd Christus venit in hunc mundum, vt saluos fa-

ciat peccatores. Quid est saluos facere peccatores? est liberare à peccato, & morte æterna, & reddere liberatis hoc modo iustitiam & vitam æternam.

Et finis est, vt abolito peccato & morte, fruente communicatione sapientiæ, iustitiæ & lætitiæ Dei in omni æternitate apud eum viuamus, & vicissim eum salubremus.

1. Petr. 1. finis, τέλος nostræ fidei est salus animarum, id est, æ-

terna vita: ideo credimus in Christum, ideo baptisamur, ideo accipimus κοινωvίαν corporis & sanguinis Domini nominis Iesu Christi, vt viuamus eum Deo in omni æternitate, & sine fine fruamur eius cōspectu & sapientia, & sine fastidio eum amemus, & sine fatigatione celebremus auctorem tantorum beneficiorum. Sic enim Augustinus in lib. vlt. de ciuit. Dei, describens vitam æternam, inquit, In vita æterna sine fine Deum videbimus, sine fastidio amabimus, denique sine fatigatione laudabimus. In hac vita omnia sunt finita & momentanea. Deinde nulla res tam est suaui, à qua non tandem abalienemur fastidio quodam & facietate, denique fastidi in hac vita defatigamur in cuiuscunque rei tractatione, sed in

vita æterna nullus erit finis bonorum cælestium, nulla satietas, & non poterimus explere cor & linguam laudatione Dei. Misericordiam Dei in æternum cantabo, inquit psalmus 89. Hæc dico, vt intelligatur finis Euangelij, qui est salus animarum. Cùm autem nominatur salus animarum, non excluduntur corpora, de quibus alio loco dicitur. Pertinet huc & Pauli dictum 1. Cor. 1. Tunc Deus erit omnia in omnibus beatis.

Etsi enim philosophia anxie quærit consolationes & remedia dolorum: tamen fatetur imbecilliozem esse medicinã, quàm morbum.

neribus, sed tantùm cicatricibus, id est, Philosophi utcunq; demulcent animos in paruis doloribus, sed quando ventum est ad vulnera cordis, vera est vox Poetæ: nulla sanantur vulnera cordis ope. Sed de consolatione verbi diuini dicit psalmus 119. Hæc est consolatio mea in afflictione mea, quia eloquium tuum viuificauit me, id est, efficaciter me consolatur, ita vt nunc sentiam nouam vitam, nouã lætitiã, quæ est gustus quidam vitæ æternæ. Item in eodem psalmo: Nisi Lex tua, id est, doctrina tua esset delectatio mea, tunc perissem in afflictione. Et psal. 94: Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ: tuæ, inquit, id est, diuinæ non humanæ viuificauerunt me, & 2. Cor. 1. Paulus inquit, Vbi abundat afflictio, ibi abundat & consolatio &c. Hæc omnia dicuntur ad illustrandum discrimen scriptorum philosophicorum & sacroceronis, & non admonitus existimat se magnum thesaurum consolationis inuenisse, sed venit ei vsu verè, quod in prouerbio dicitur, carbonem pro thesauro. Non hæc dico, quasi superbe reuiciens aut contemnens Ciceroniana, sed restè extenuo omnia philosophicã in comparatione ad Euangelium.

Ac mihi de discrimine consolationis philosophicæ & Euangelicæ cogitanti venit in mentem eius historia, quæ à Matthæo cap. 9. recitatur. Vt enim tibicines in domo Iairi canunt funebria cæmina, nec possunt reddere puellæ mortuæ vitam: ita philosophia est meditatio mortis, id est, querela de miseris humanis, quarum nec causas, nec remedia cernit. Euangelium verò est potentia Dei ad

ad salutem omni credenti. Quia Filium Dei dominum nostrum Iesum Christum crucifixum & resuscitatum monstrat, qui causis miseriarum humanarum abolitis, restituit nobis iustitiam & vitam æternam.

Osee 13. De manu mortis redimam eos, & de manu inferni eripiam eos: ò mors, ero mors tua, ò inferne, ero pestis tua, id est, vt Paulus inquit 1. Cor. 15. A-

gulus mortis peccatum, peccati verò potentia Lex, Deo autem sit gratia danti nobis victoriam aduersus peccatum, mortem & Diabolum, per Dominum nostrum Iesum Christum.

Vos versamini in studiis philosophiæ propter duos fines, primùm propter liberalem cognitionem bonarum rerum, deinde propter rationes honestas, seu propter honestam disciplinam. Quando enim studitis physicam aut mathemata, instruitis mentem, vt philosophi loquuntur, copia bonæ doctrinæ de rerum natura, de motibus cæ-

lestibus, de anni ratione, de distantis locorum in terris &c. Harum rerum profectò est liberalis cognitio, & digna homine. Ethicam verò discitis non propter cognitionem tantùm, sed multò magis propter actionem: quia finis Ethices non est *δωρεσις*, sed *ωφέλις*,

scilicet Aristotele, & hi quidem sunt fines philosophiæ veræ. Euangelium verò discitis in templis & in scholis propter alium finem vtilitatis & mortis, & inchoatrix iustitiæ & vitæ æternæ. Sed obiiciat aliquis contrà: An non etiam in philosophia sunt loci consolationum?

Respondedo: Omnes loci consolationis philosophicæ sunt legales, scilicet particula Legis, sed consolatio, quæ in Ecclesia proponitur, nõ est tantùm legalis, sed multò magis Euangelica. Qui autem sint loci consolationis, philosophicæ & Christianæ, suo loco & tempore prædicetur, non necesse est, nos omnia miscere & confundere. Omnis medicina superans morbum est fortior quàm morbus, iuxta regulam, quæ traditur in physicis: Talis est proportio agentis ad patientem, vt agens sit aliquantò fortius. Si debet animus acquiremere in aliqua consolatione, necesse est, medicinam esse potentiores morbo, id non fit in philosophia. Ipse Plato in Axiocho appellat

omnes consolationes philosophicas *ἀδολεγίας*, id est, inanem quandam garrulitatem, inanem sonum.

## De discrimine Legis &amp; Euangelij.

## CAP. III.



**N**ULLA est tanta eloquentia Angelorum vel hominum, quæ satis exponere possit, quantum referat, veras metas & vera discrimina Legis & Euangelij intelligere, & quantæ tenebræ sequatur, hac distinctio-  
*est verum aduerton.*  
 ne amissa. Nisi enim hoc discrimen extet & cõ-

spiciatur, tantæ tenebræ existunt, vt nec quid sit Ecclesia Dei, nec quomodo Euangelium differat ab Ethnica sapientia, nec quomodo detur remissio peccatorum, nec quæ sint beneficia Filij Dei, intelligi possit.

*Discite hunc locum propter duas causas, primùm propter agnitionem Filij Dei, deinde propter agnitionem Ecclesiæ. Nemo potest saluari sine agnitione Christi. Nemo venit ad Patrem, nisi per me. Ego sum via, veritas & vita. Ioan. 14. Deinde nemo potest saluari extra Ecclesiam veram. Quare necesse est & Filium Dei agnoscere, & Ecclesiam discerni ab aliis sectis damnatis. Ad vtrunque verò maximè prodest hic locus.*

Quare cum pat oratio magnitudini harum rerum nulla possit esse, Deo gratias agamus, qui hanc lucem Ecclesiæ suæ restituit, vt verum discrimen Legis & Euangelij intelligatur, & precemur eum, vt mentes nostras accendat, vt tanto munere in inuocatione Dei & exercitiis fidei grati vtamur. Sunt autem præcipua discrimina Legis & Euangelij quatuor, quorum primum sumitur à notitia, alterum à promissionibus, tertium ab effectibus, quartum ab obiectis.

*Primum discrimen extat solam. Deum nemo vidit vnguis, Filius, qui est in sinu Patris, enarrauit nobis. Secundum discrimen extat Rom. 4. Ideo ex fide Euangelij*

gratis, vt sit firma promissio, ibi clarè discernitur promissio

gelij à promissione Legis, Si, inquit, ex Lege saluamur, inanis est fides. De tertio discrimine inquit Baptista, Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Christum facta est, Iohan. i. Postremum discrimen extat Matth. ii. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Pertinet enim Euangelium propriè ad cõternatas mentes & conscientias, non ad Epicuræos & hypocritas. Sed nunc de singulis discriminibus paulò plura sunt dicenda. Ac primum quidem discriminè sumitur à notitia: est enim dissimilis vtriusque doctrinæ notitia. Nam Lex in creatione transfusa est inter alias notitias in mentes humanas: & quanquam secuta est magna & triplex caligo primum lapsum, tamen hæc lux vel potiùs scintilla non prius extincta & deleta est, sed adhuc circumferimus in nostra mente testimonium conscientiæ iudicatis iuxta leges naturæ. Quare si Deus ederet Decalogum in monte Sina, non proposuit generi humano nouum & inauditum genus doctrinæ, sed tantùm reuelauit, illustrauit & confirmauit eam sapientiam, cuius pars aliquam nobiscum nascitur. Euangelium verò rectè appellatur à Paulo mysterium, id est, quiddam absconditum à ratione humana, quod ne ipsi quidem angeli norunt sine reuelatione diuina.

Principiò satis constat, notitiam Legis nobiscum nasci, & innotitam esse mentibus hominum in creatione, sicut notitiam numerorum. Nam in ipsa creatione cùm Deus vellet hominem esse imaginem conditoris, transfudit in eum radium sapientiæ & iustitiæ suæ, qui monstraret Deum, & esset norma congruens cum natura mente, discernens iusta & iniusta. Etsi autem post lapsum caligo menti humanæ offusa est, tamen mansit aliqua Lege notitia, vt per eam regatur externa disciplina, & vt sit vox sententiæ, qua Deus monstret iram & condemnationem.

At Euangelium seu promissio gratiæ & reconciliationis nequaquam nobiscum nascitur, nec vllius naturæ sagacitate deprehensum est, sed est singulare & mirandum decretum diuinitatis factum, deprecante pro nobis Filio, & postea prolatum ex illo arcano consilio de remissione peccatorum, & de restitutione iustitiæ & vitæ æternæ. Tantum verò abest, vt vlli creaturæ hæc sapientia nota fuerit, priusquàm prolata est ex sinu arcano æterni Patris per Filium, vt nunc quoque omnium creaturarum captum & intel-

ligentiam superet, nec sine singulari luce Spiritus sancti percipi  
 possit. De hoc discrimine Baptista concionatur Iohan. 1. Deum  
 nemovidit unquam, Filius, qui  
 est in sinu Patris, ipse enarra-  
 vit.

Dicat aliquis, Tu videris ar-  
 cana mysteria diuinitatis velle  
 perscrutari, cum de intercessio-  
 ne Filij dicis in arcano consilio Dei. Respondeo ad hanc obiectione.  
 Quod semel atque iterum fecit Filius Dei, versans inter nos fami-  
 liariter vsque ad annum ætatis 34, id semper inde vsque ab initio fe-  
 cit, & deinceps faciet vsque ad finem mundi. Quæ est igitur vox Me-  
 diatoris & deprecatoris nostri apud Iohan. cap. 17? Hæc videlicet,  
 qua nihil dulcius, nihil efficacius ad consolandos animos cogitari  
 potest: Pater, ego sanctifico me pro eis, vt & ipsi sint sanctificati in ve-  
 ritate, id est, ego me ipsum ad pœnam offero pro toto genere huma-  
 no & pro Ecclesia. Id enim significat verbum sanctificare, phrasi Scri-  
 pturæ. Sicut enim victimæ quondam sanctificabantur, id est, elige-  
 bantur ex reliquo grege, vt mactarentur in sacrificiis: ita hæc perso-  
 na, quæ est Deus & homo, electa est ex reliqua hominum multitudi-  
 ne, vt offerret non alienum, sed suum sanguinem, non alienum cor-  
 pus, sed suum corpus, ad placandam iram Dei, & reconciliandum  
 Deum generi humano. Deinde eadem sententia rectè extruitur ex  
 perpetuo officio mediatoris, de quo inquit epistola ad Hebræos cap.  
 7: Semper viuens, vt intercedat pro nobis. Hæc dicuntur de perpe-  
 tuis actionibus Filij Dei. Non semel tantum, aut bis, aut ter pro no-  
 bis intercedit & interpellat, sed repetit eandem vocem deprecationis  
 ab initio vsque ad finem collectæ & consummatæ Ecclesiæ. Præ-  
 terea in Apocalypsi extat clarum testimonium de hac sententia: A-  
 gnus, inquit, occisus est ab origine mundi, quod simplicissimè ita  
 declaratur sine longis ambagibus, postquam decretum factum est à  
 tota diuinitate, vt Filius fieret agnus immaculatus, tollens peccata  
 mundi, semper inde vsque ab eo tempore applicatum est meritum  
 Christi, & eius obedientia omnibus credentibus, ab Adam vsque ad  
 postremum hominem, qui inferretur Ecclesiæ & ipsi Christo Filio  
 Dei. Sed de hoc dicto Apocalypsis rursus dicetur, Deo iuuante, pau-  
 lò post in hoc ipso loco.

Erit autem illustrius hoc discrimen, si primos parentes post la-  
 psam intueamur, qui & sapientia excellabant, & meminerant  
 quæ

ne bona amississent. Hi cum lapsi essent, quia nondum edita e-  
 missio de reconciliatione, nec viderant vllum exemplum  
 peccatorum, quid aliud cogitare poterant, nisi se ab-  
 esse perpetuo, vt Diabolo. Norant Deum iustum esse, &  
 ac serio irasci peccato, imò rari se in iudicium & accusari mox  
 videbant. Hic igitur intercessit Filius, ac deprecatus est pro ge-  
 humano, & vt iustitiæ Dei  
 feret, pœnam in se deriu-  
 la beneficium postea par-  
 nostris exponitur, & tra-  
 promissio de venturo li-  
 tore, Semen mulieris con-  
 caput serpentis.

remedium, imò iam mortuus est, nec potest quærere reme-  
 suo vulnere. Ideo Christus in prima promissione dicitur con-  
 caput serpentis, vt significetur destructio totius regni Dia-  
 & omnium operum eius, id est, peccati & mortis. Experientia  
 hoc testatur, quod de serpente dixi: Situ in decem partes disse-  
 corpus serpentis, & non læderes eius caput, posset serpens ite-  
 coalescere, & suas partes rursus in vnum corpus congregare,  
 bita herba, quam vocant medici serpentariam, sed capite con-  
 factum est de vita serpentis.

Hæc est prima Euangelij reuelatio, prorsus extra naturale iu-  
 posita, quæ quidem &

Filius Dei facta est, & po-  
 repetita in colloquiis  
 patribus, & tãdem sonuit  
 eum, cum induta carne pro-  
 gavit Euangelium. Ex hac

primorum parentum discamus discrimen inter Legem  
 Euangelium, deinde gratias agamus Deo æterno, quòd hoc  
 abili consilio, seruato ordine iustitiæ & misericordiæ, libera-  
 genus humanum ab æterna  
 & in pristinam dignitatem  
 libertatem vindicauit.

Quare dicit caput serpentis?  
 cur non nominat caudam? quia  
 capite serpentis saluo, totus ser-  
 pens, quamuis dissectus aut di-  
 laceratus, in integrum restitui  
 potest. Verùm capite contrito  
 & comminuto frustra serpens

Filius est orator Patris. In prin-  
 cipio erat λόγος, & omnia per  
 ipsum facta sunt. Ergo & hoc per  
 ipsum factum est.

Iohan. 8. Si Filius Dei vos li-  
 berauerit, verè liberi eritis, sci-

licet à peccato, à morte æterna, à maledictione Legis, ab ira Dei, à tyrannide Diaboli, & restituemini in integrum, in possessionem antiquæ gratiæ, iustitiæ & vitæ.

Soleo iunioribus declarandi causa, vt rectius intelligant hoc primum discrimen, recitare sermonem non insuauem, neque inrudem D. Bernardi, qui in concionibus de annuntiatione hanc imaginem vel *περσωποποιαν*, vel *διαλογισμὸν* proponit. Cùm genus humanum esset lapsum in paradiso, tristissima fuit facies totius naturæ rerum, præcipuè verò & præ reliquis creaturis omnibus in luctu & squalore fuerunt angeli beati, qui doluerunt genus humanum excusso gubernatore Deo, & amissa vitæ æterna, mox ruiturum esse in mortem perpetuam, maximèque miserabile. Neque verò quidquam vel consilij, vel officij conferre potuerunt ad reuocandum à morte & æterna damnatione genus humanum, præter pia vota & preces, quibus ardentissimè optauerunt, vt Deus ipse inueniret remedium opponendum tam graui & periculoso morbo. Non poterant igitur primi parentes post lapsum, aut suis, aut angelorum, aut vilius creaturæ consilijs iuari, sed quòd ad opem creaturarum attingeret, iam erat actum de ipsis, & omnia erant planè deplorata ac desperata. Quid igitur fiebat? Hic inter se disceptabant grauissimis verbis & sententijs duæ virtutes, iustitia & misericordia. Nam iustitia proponebat Deo regulam Legis, quæ profectò est æterna & immota, vt testatur Christus apud Matth. cap. 5: Cælum & terra transibunt, verba autem Legis non transibunt, nec transibit autem illud iustitiæ & Legi diuinæ, vt Deus esset seuerissimus executor pœnæ, quam ante lapsum denuntiauerat primis parentibus, Quamquam die comederitis ex arbore prohibita, scientiæ nimirum boni & mali, in æternum peribitis, vel morte moriemini, quod idem est. Hinc igitur extruebatur conclusio angelis & hominibus in solabiles & inextricabiles, de perpetua abiectioe primorum parentum in æternos cruciatus. Summa enim totius orationis & accusationis, in qua utebatur iustitia, hoc ferè Syllogismo comprehendebatur. Iustitia Legis est æterna & immota, & necesse est Legi satisfieri, vel per integram obedientiam sine peccato, vel per sufficientiam huic regulæ pœnam. Sed homines non præstiterunt obedientiam & æquale mentis diuinæ, æternæ & immotæ. Quare sustineant pœnas graues iustitiæque, id est, quas sua contumacia & inobedientia meruerunt.

quid queso gratius, quid terribilius audiri poterat à primis paren-  
 tibus alioqui consternatis, hac terribili & formidabili accusatione  
 diuinæ? Ex alia verò parte stabat misericordia fidelis pa-  
 tris miserimi hominum generis, quæ etli non poterat negare vl-  
 timam propositionem in Syllogismo iustitiæ, ac multò minùs reiicere  
 conclusionem. Omnia enim verissima sunt, quæ dixit iustitia:  
 Amen preces, gemitus & lachrymas Deo adhibebat, & quasi hanc  
 Prophetæ Deo subiiciebat: Domine, cum irasceris, miseri-  
 cordiam tuam recorderis: quasi diceret: Fateor tuam iram esse iustissimam,  
 sed tamen non capiatur obliuio tuæ bonitatis & misericordiæ, quæ  
 minor in te virtus est, quàm iustitia. Ac tales quidem erant con-  
 clusiones iustitiæ & misericordiæ. Tandem verò Filius Dei,  
 hoc subiicit: Moriatur iustus pro peccatore, & satisfiet  
 iustitiæ & misericordiæ diuinæ. Sed cum nullius creaturæ iustiti-  
 am possit magnitudini peccati generis humani, redierunt vir-  
 tes illæ ad Filium Dei, vbi, vt semel omnia dicam, misericordi-  
 am reuertens suo sermone iustitiam, exclamauit, Qui dedit consili-  
 um opem & auxilium. Hoc sermone blando & supplici permotu  
 Dei, non tantum fuit consiliarius, sed etiam auxiliarius, & in-  
 terstitit peenam nostrorum peccatorum, licet inquit Paulus 2  
 cor. 5. Eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis fecit peccatum  
 nos esse iustitia Dei per eum. Et Esaias cap. 53. propter scelus  
 meum percussit eum, ipse vulneratus est, vt nobis pax & ven-  
 eretur, & liuore eius nos sanati sumus. Huic nostro mediatori  
 & auxiliatori vnico in media morte agamus sempiter-  
 nam gratias, & gratitudinè non tantum verbis declaremus, sed quæ  
 fieri potest, adiutore Spiritu sancto, officiis omnibus pierati-  
 onibus, veritatis & aliarum virtutum. Scio, me non ita hæc recita-  
 re posse, vt rei vel amplitudo, vel suauitas postulat, sed tantum vo-  
 lunt, vt tales imagines aut verbis, aut soluta oratione pingant, &  
 tantum ducant extrema lineamenta, vt à nobis est factum sim-  
 plicissimè, breuissimè & nudè, sed addant viuos colores.  
 Et hætenus quidem de primo discrimine Legis & Euangelij,  
 quod sunitur à notitia, satis dictum esse videtur. Nunc igitur acce-  
 demus ad secundum discrimen, quod faciunt ipsæ promissiones.  
 Lex diuina, vt supra centies audiuitis, postulat integram obedi-

tiam sine peccato & sine prava concupiscentia, iuxta dictum, Non concupisces, & pro hac obedientia, id est, pro ardenti amore Dei, & puro amore proximi promittit bona non solum presentia, quæ sunt caduca, fugacia & euanescentia, sed etiam æterna, iuxta dictum, Qui fecerit hæc, uiuet in eis. Videtis igitur & ipsam Legem, & promissiones additas Legi postulare conditionem integram obedientiam sine peccato. Hanc verò conditionem nemo hominum in hac deprauatione naturæ habet, ac ne quidem habere potest. Nemo enim hominum Legi satisfacit, nec quisquam est sine peccato. Si dicimus nos non habere peccatum, inquit Iohannes in Canonica epistola, habemus aduocatum apud Deum &c. Alia verò est, & quidem longè alia promissio Euangelij, quæ non concionatur de nostra dignitate & satisfactione, sed de Mediatore, quem proposuit Deus propitiatorem in sanguine suo per fidem, vt Paulus loquitur Rom. 3. Nec aliud postulat Euangelij promissio, nisi solam & vnicam fidem, vt Rom. 4. Paulus inquit: Ideo ex fide gratis, vt sit firma promissio. Et Galat. 3. Iustus fide sua uiuit. Item: Qui sunt ex fide, sunt filij Abraham, & benedicentur cum fidei Abraham. Quare si vultis Diabæticè secundum discrimen memoria comprehendere, sic facite, Sicut Lex & promissio addita Legi, habent se correlatiuè ad nostra opera, & ad nostram dignitatem, seu ad nostra merita, & hac conditione cessante, cessat etiam ipsa promissio Legis, respectu nostri, ita Euangelium proponit Mediatorem, siue, vt Baptista ait, agnum Dei tolerantem peccata mundi, & habet se correlatiuè ad solam fidem, sicut vicissim & ἀνάπαλιν fides habet se correlatiuè ad promissionem Euangelij. In hoc exemplo cernitis vsum præceptorum, quæ traduntur de prædicamento relationis, præsertim eius regulæ, in qua dicitur, Cuilibet relatiuo respondet suum correlatiuum. Sicut igitur Pater habet se correlatiuè ad Filium, & vicissim Filius ad Patrem, ita est mutuuum iter inter promissionem Euangelij & fidem, seu fidei & promissionis Euangelij. Hæc declarabimus aliquantò pluribus verbis.

Secundò differunt Lex & Euangelium promissionibus.

Vtraque doctrina habet suas promissiones, sed hæc sunt distantes, & in infinitum distantes.

Dux sunt autem illustres differentia promissionum legalium, &

promissionis, quæ est Euangelij propria, scilicet expressa mentione redemptoris, & particula gratis. Mirando temperamento iustitiam immensa misericordiam tolluntur peccatum & æterna ira. Recipimur. Sed tamen voluit Deus Legem suam non irritam esse, voluit iustitia suæ satisfieri, & solui pœnam per aliquem in genere humano. Itaque in Filium deprecatorem effusa est ingens ira, cuius magnitudinẽ nulla creatura vel intelligit, vel sustinere potest.

Quòd nemo satis intelligat magnitudinem iræ Dei, testatur psal. 99. Mofi viri Dei. Quis, inquit, Domine, nouit potentiam iræ tuæ, aut quis metuit iram

tuam? Quòd autem nemo possit sustinere iram Dei, si exardefcat, vt ira peccata meretur, testis est psal. 130: Si iniquitates obseruaues Domine, quis sustinebit? Ideo Ierem. cap. 10, cogitans de magnitudine iræ Dei, & pœnarum, exclamat, Corripe me, Domine, non in furore tuo, sed in iudicio, id est, cum quadam mitigatione & moderacione, cum quadam *ἀμενεία*, ne ad nihilum redigas me. Et David in eadem sententiam precatur, Domine, ne in furore tuo ardeas me, neque in ira tua corripas me, sana me, Domine, quoniam iniquissimus sum &c. Hæc dicta satis declarant hoc *ἀδύνατον*, quòd nemo potest aut intelligere satis, aut sustinere magnitudinem iræ Dei, nisi per translationem, vel mutationem loci, vel migrationem ex hac vita, vel aliis modis multis.

Quòd igitur ad nostra merita attinet, gratis tolluntur peccata, & ira æterna, sed simul intueamur Filium Dei, qui pœnam pro nobis persoluit. Sic Prophecia inquit, Quia ponet animam suam hostiam pro peccato.

Esaias cap. 53.

Ipsè pœnam sustinet, vt nobis pax concedatur, & liuore eius, vulnibus eius, plagis eius nos sumus sanati. Quid potest dici dulcius? In veteri translatione legitur: Disciplina pacis nostræ. Sed hoc obsequiè dicitur. Clarius est in eadem sententia, Ipsè sustinet pœnam, vt nobis pax concedatur.

Et ipsè Dominus inquit Quando legitis hoc dictum

hh

Matth. 20, Venit Filius hominis, vt det animam suam *λύτρον* pro multis.

cati, tertio misericordia diuina, quarto *φιλανθρωπίας* & humilitatis in Filio Dei. Hæc enim omnia cernuntur in Christo crucifixo pro nobis, & tradito propter peccata nostra. Nam ex magnitudine remediorum facile æstimari possunt morborum magnitudo & acritas, iuxta aphorismum Hippocratis sæpe recitatum: Extremis morbis extrema remedia opponenda sunt. Venenis, quæ sunt mortifera, non opponimus quotidianas pteses & potiunculas, sed vel theriacam, vel mithridaticum, vel aliud *ἀντιφάρμακον*, cuius vis fortior est, quàm veneni: ita nos aspicientes Filium Dei pendente in tætere duos latrones, Dominum gloriæ, vt ait Paulus, crucifixum, cogitemus, quanta res sit peccatum nostrum, & quàm iusta sit ira Dei aduersus hoc malum, & quòd non potuerit placari vlla alia visitatione, nisi sanguine huius agni immaculati, simul etiam consideremus misericordiam Dei, & beneficium Dei immensum & inenarrabile, quòd seruato ordine iustitiæ & misericordiæ decreuerit, vt hic Filius fieret homo & victima pro nobis: postea agamus ipsi Christo gratias, quòd ardens amore nostri & salutis nostræ, propter nos homines, & propter nostram salutem, vt canimus pie in Symbolo Nicæno, descenderit de cælo, & homo factus sit, & admiranda humilitate sustinuerit nostra probra, nostros reatus & pœnas, quas nos erramus meriti. Verè enim Filius Dei de se dixit in psal. 69, Zelus domus tuæ comedit me, & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. Quid significat zelus? significat affectum mixtum ex amore & ira, *ἔτιν* ciuiter, vt in magistratu debet esse zelus, id est, amor iustitiæ & veritatis, & acerrima ira & indignatio aduersus omnia iniusta facta, & aduersus omnia mendacia. Sic in sponso est zelus, id est, ardens & verus amor sponsæ, & indignatio aduersus eos, qui sponfam alienare aut rapere conantur. Sic in Filio Dei est zelus domus Dei, id est, verus amor erga Ecclesiam, qui impulit Christum, vt è cælo ad nos descenderet, non localiter, vt pueri imaginantur, sed assumpta natura humana, & fieret pro nobis in natura humana victima Deo grata, & placans iram Dei. In eodem versu dicitur: Et probra exprobrantium tibi ceciderunt super me, id est, Peccata totius generis humani, quæ verè sunt probra deformantia hanc miseram

massam,

missam, & simul lædenti gloriam Dei: quia in omni peccato volū-  
tario est contemtus Dei. Hæc ideo dico, quia nunc omnes pij in cæ-  
lis & terra, & meditantur, & debent meditari historiam passionis  
Domini nostri Iesu Christi, de qua etiam intelligatur hoc dictum  
Matth. 20: Venit Filius hominis dare animam suam *λύτρον* pro  
multis.

Quoniam autem Legi additæ sunt promissiones: tamē quia  
postulant conditionem impletæ Legis, hæc promissiones nihil  
proficiunt animæ, cum nemo Legi satisfaciat, nisi prius donata sit  
promissio peccatorum propter Mediatorem: at promissio Evan-  
gelij affirmat, omnibus hominibus donari remissionem pecca-  
torum, reconciliationem, imputationem iustitiæ, Spiritum san-  
ctum, & hæreditatem vitæ æternæ, propter Mediatorem gratis,  
non propter Legem, aut nostram dignitatem. Sed hanc promif-  
sionem fide & fiducia Filij accipi oportet. De hoc discrimine Pau-  
lus dicitur Rom. 4. Ideo ex fide gratis, vt firma sit promissio,

promissio pendens  
conditione Legis est incer-  
ta, promissionem reconcilia-  
tionis oportet esse ratam, firmā  
& certam. Ergo promissio re-  
conciliationis gratuita est, nec  
pendet ex cōditione Legis, sed  
accipitur sola fide, non propter  
Legem & operum dignitatem.

scilicet respectu nostri. Nobis  
est irrita & inutilis, non loqui-  
mur de absoluta promissione,  
sed de relatiua.

Ego non frustrā vos detineo  
in cogitatione horum discrimi-  
num, seu harum differentiarum  
Legis & Euāgelij, quia hæc sunt

fundamenta articuli iustificationis, qui mox sequetur post hūc  
articulum. Si quis enim non rectè percepit hæc incitia, quæ nunc pro-  
ponuntur, is postea nunquā dextrè potest discere, & ad vsum trans-  
ferre articulum iustificationis. Quare si magnificatis, vt haud du-  
bitè facitis omnes, præcipuum caput nostræ doctrinæ de remissione  
peccatorum, siue de iustificatione, sit vobis hæc doctrina, quam nūc  
proponimus & inculcamus, commendata. Quoniam Dei beneficio  
non est noua, nec inaudita, sed sonat in templis & scholis omnium  
locorum: tamen cum ordo & series locorum postulet, vt à nobis etiam  
recitari dicatur: veniam nobis dabunt adultiores, quod vtimur  
parili quadam ratione docendi, & eam attemperamus ad imbecil-

litatem iuniorum. Considerate totum locum Pauli Rom. 4. quia  
 est plenus eruditione & consolatione. In cap. 4. vt scitis, ad Roma-  
 nos, instituit Paulus confirmationem eius propositionis, quæ est  
 recitata in fine capituli tertij. Cùm enim in cap. 3. dixisset, Decerni-  
 mus hominem fide iustificari sine operibus Legis, mox in sequenti  
 4 capite addit confirmationem luculentam & perspicuam, & inter  
 alia, quæ nunc non recitabo breuitatis causa, hoc argumentum ma-  
 ximè vrget, in quo etiam est præcipuum fundamentum articuli iu-  
 stificationis. Si, inquit, ex Lege sumus hæredes, scilicet vitæ æternæ,  
 (non loquitur de bonis corporalibus in illo cap. principaliter) quid  
 sequitur? promissio est otiosa, promissio scilicet Euangelij esse o-  
 tiosam, si sumus ex Lege hæredes? ratio est perspicua, quia nauis no-  
 stra, id est, salus nostra nec potest, nec debet niti duabus anchoris. Do-  
 mus nostra non debet habere duo fundamenta, sed contenta est v-  
 nico fundamento, sicut Paulus alibi inquit, Fundamentum aliud  
 non potest poni &c. Iam si sumus ex Lege hæredes, frustra proposita  
 est Euangelij promissio de Mediatore, & ipse Mediator est otiosus,  
 nullas habet actiones, nullum officium in Ecclesia, sed est tantum  
 auditor & spectator Legis diuinæ. Quis autem dicit in Ecclesia o-  
 tiosum esse ipsum Mediatorem, promissum primis parentibus, &  
 postea patribus & Prophetis, & tandem missum ad nos miseros ho-  
 mines in carne nostra, crucifixum & resuscitatum, & iam regnan-  
 tem ad dextram Patris. Quod autem de ipso Mediatore verum est,  
 id non minùs valet de promissione, quæ monstrat Mediatorem quasi  
 digito, vel potius eum exhibet, & nobis applicat. Deinde & hoc se-  
 ne nomen & inane somnium, quia cui nulla res subest, id cerè est  
 inane & irridendum. Fides verò nitens seu acquiescens in Lege di-  
 uina, sine Mediatore, non consequitur res, quas petit & expectat, sed  
 fallitur, quia petit à Lege remissionem peccatorum. Id perinde est, si  
 si nauis in magna tempestate supplicet scopulo. Sicut autem nauis in  
 hoc casu non potest iuuari à scopulo, nec iuuatur, imò quòd proposita  
 accedit ad scopulum, eò magis periclitatur; sic inquit Paulus. Lex  
 iram operatur, & ostendit iram Dei, & per accedens excitat in nobis  
 fremitum aduersus Deum, seu aduersus iudicium Dei. Videtis igitur  
 tur Maiorem Syllogismi probè esse confirmatum & munitum hæc  
 ratione, Lex iram efficit. Si ex Lege sumus hæredes, & otiosa est pro-  
 missio

missio, & otiosus est Mediator, quod est blasphemum, & fides non firmata est. Sequitur iam Minor & conclusio vnico dicto comprehensa à Paulo, sicut est breuis Dialecticus, Ideo ex fide gratis, vt sit firma promissio. Hæc verba nos docendi causa sic euoluimus, & redegitur in formam Syllogismi, quem annotastis. Oportet promissionem reconciliationis, seu remissionis peccatorum & vitæ æternæ nobis, nobis inquam, respectu nostri esse certam, firmam & ratam, alioqui nullam haberemus consolationem, si tantum iactationem ventis dubitationum. Sed hæc promissio pendens ex conditione Legis & operum nostrorum sit planè incerta, sit irrita, sit otiosa. Ergo necesse est aliunde eam pendere, & alio fundamento niti, non arena nostrorum operum, quæ cedit tempestatibus & fluctibus, & ventis contrariis, sed firmissimo fundamento, firmissima petra, quæ est Mediator, de quo inquit Petrus Act. 4. Non est in vlllo alio salus, nec est aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo oporteat saluos fieri. Non frustra hæc declaro, sed præparo vos paucam ad doctrinam sequentem de iustificatione. Nam hic Locus est præparatio *παρασκευὴ*, & præparatio ad sequentem explicationem doctrinæ de iustificatione.

Tertiò differunt Lex & Euangelium effectibus. Ministerium *[predicatio]* Legis sine voce Euangelij est tantum ministeriū mortis, id est, aut est politica disciplina, quæ est externa gubernatio, & tenentur potentia locomotiuæ, vt nominamus, aut est iudicium, quo Deus ostendit in corde hominis horrendam iram aduersus peccatum. De quo iudicio dicitur Esaiæ 38: Sicut leo contriuit ossa ossamea, & Paulus Rom. 3 ait, Per Legem cognitio peccati. Rom. 4: Lex iram operatur. Manifestum est autem, non tolli peccatum & mortem iudicio illo & sensu iræ Dei, sed etiam hunc ipsum sensum iræ Dei esse pauores & dolores tristiores ipsa morte corporis, & initium æternarum pœnarum, nisi voce Euangelij per Filium Dei homo liberetur, sicut scriptum est [*1. Cor. 5.*] Aculeus mortis peccatum, potentia peccati Lex. Gratia autem Deo, qui dat nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum. Præterea disciplina externa nec tollit peccata, nec meretur remissionem peccatorum, nec est impletio Legis. Sed Euangelium est ministerium Spiritus & vitæ, vt 2. Cor. 3 dicitur, id est, vox, qua

Deus credenti remittit peccata propter Filium, & dat Spiritum sanctum, quo corda in illo sensu iræ Dei, & in paoribus eriguntur, & ex doloribus inferorum eripiuntur, & sentiunt pacem & lætitiã in Deo, & iniitiã vitæ æternæ.

Hoc tertium discrimen versu, vna sententia complectitur mater Samuelis Prophetæ, Reg. 2. inquires: Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos, & reducit. In hoc versu

lo Annæ matris Samuelis, perspicuè discernuntur effectus vtriusque doctrinæ, Legis & Euangelij. Nam Lex mortificat & deducit hominem ad inferos, id est, monstrato peccato & ira Dei aduersus peccatum incurrit cordi humano pauores & dolores, qui sunt tristiores ipsa morte corporis, & nisi accedat consolatio Euangelij, sunt iniitiã & gustus mortis æternæ. De hoc effectu Legis inquit sanctissimus Rex Ezechias graui & mortifero morbo oppressus, Esaiæ cap. 38: Sicut leo contriuit omnia ossa mea. Et Dauid psal. 38: Sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & non est sanitas in carne mea. Euangelium verò viuificat & reducit ab inferis hominem, id est, efficaciter consolatur corda contrita & humiliata, & instillat vulneribus cordis balsamum saluberrimum, quod efficaciter sanat non tantum cicatrices, sed escitiam ipsa vulnera, & affert cordi pacem & gaudium in Spiritu sancto, vt loquitur Paulus Rom. 14. Quod autem hi sint effectus Legis & Euangelij, testantur dicta, quæ annotastis. De Lege quidem inquit Paulus Rom. 3. Lex est agnitio peccati, quasi dicat, Lex non tollit nec delet peccatum, sed tantum est speculum monstrans peccatum & iram Dei. Et Rom. 4. Lex iram operatur. & Rom. 7: Per Legem peccatum fit excellenter peccatum. & 1 Cor. 15. Aculeus mortis est peccatum, ipsius verò peccati potentia est Lex. & 2 Cor. 3: Lex appellatur ministerium mortis, quia mortificat & deducit ad inferos, vt verbis Annæ vtar, matris Samuelis. De effectu Euangelij dicit Paulus 2 Cor. 3: Euangelium est ministerium Spiritus & vitæ: id est, vox, qua Deus credentibus annuntiat & donat remissionem peccatorum, & Spiritum sanctum, qui Spiritus, vt piè canit Ecclesia, est in labore requies, in æstu temperies, in fletu solatium. Sicut enim ventorum, qui vocantur Etesiæ, id est, anniuersarij: sic Spiritus sanctus temperat & mitigat æstum: id est, Sensum iræ Dei, quam necesse est omnes homines sentire, vel in hac vita, vel in ipsa morte.

Tutus est autem, & longè præstat, hominem, cum adhuc valet & floret, mortificari & deduci ad inferos, quàm in extremo actu vitæ imperitiam talium rerum opprimi sensu iræ Dei: ita hoc discrimen sentitur in cordibus, non conitat inani & otiosa speculatione.

Quid? quòd Lege promulgata constituitur certa politia, & adantur gloriosæ liberationes corporales, eductio ex Ægypto, & multa admiranda victoria, repressio cursus Solis, & alia incurrentia in oculos multarum gentium, & quæ proderant vniuersæ multitudini sanctorum & non sanctorum. Euangelij verò promulgatio non habet similem politicam gloriam, nec constituit politiam mundanam: sed colligit alibi alios auditores in diuersis politiis, & est ministerium, quo in eis inchoantur iustitia & vita æterna. Interea verò in hac mortali vita manent auditores subiecti cruci & in tribulationibus ærumnis.

Iosua 10.

id est, hypocritarum.

Dic mihi, quis est principalis effectus caloris in rerum natura? Volumus enim hoc exemplo declarare, quod nunc annotatis. Calor principaliter con-

gregat homogenea, & disgregat heterogenea, vt in officinis metallurgicis magna vis flammarum congregat massas argenti, & reliqua metalli, & feces segregat à massis argenti. Eiusdem effectus exempla videntur quotidie in nostris focis. Hic est effectus principalis ipsius caloris, postea calor habet alios effectus vberiores, seu minùs principales, videlicet aperire obstructions, elicere & euocare humores, & educere vapores & exhalationes ex terra. Hoc exemplum propono, vt intelligatis id, de quo iam dicendum nobis est. Principalis effectus Legis est mortificare & deducere ad inferos, hoc est, mortificare & perterrefacere conscientias. Principalis Euangelij effectus est viuificare, cõsolari & reducere ex inferis hominem. Ad hos effectus principales accedunt alij minùs principales, seu vteriores, videlicet, quòd promulgatio Legis coniuncta est cum politica gloria, quæ est constitutio certæ politiæ ad Iordanem inter Syriam & Ægyptum, & defensio ac conseruatio huius politiæ vsque ad Mesopotamiam, & multa gloriosæ & mirandæ victoriæ. Euangelium



solat: ita in Ecclesia aliis Lex est proponenda & acuēda, aliis ap-  
 plicandum remedium Euangelij. Verum quidem est in publico mi-  
 nisterio oportere vtramque vocem sonare, & exaudiri à toto gene-  
 ratione humano, sed tamen sapiens concionator ita temperet suas con-  
 ciones, vt dicat congruentia locis, temporibus & personis, ac reli-  
 gionis circumstantiis. Si videt concionator auditores suos esse dedi-  
 tos voluptatibus, & nihil aliud quærere, quàm instrumenta volu-  
 ptatis, proponat eis dicta cœlestia, quæ ebrietatem, luxum in cibo,  
 & vestitu, & cognata vitia prohibent & damnant. Si videt au-  
 ditores suos esse vsurarios, sæpe dicat de vsuris, & sic deinceps de ce-  
 teris peccatis. Quando autem animaduertit consternatos esse auditores, vel  
 timore peccatorum publicarum, vel metu mortis, vel sentire aculeos  
 peccati & iræ Dei in cordibus, ibi, in aliud tempus dilata concione  
 prædicat, & quos antea deduxit ad inferos, eosdem nunc reducat: hoc est *ὁρδοτομεῖν τὸν λόγον τῆς ἀληθείας.*

Nam in publico munere docendi seuerissimè taxanda est se-  
 veritas Epicureorum & hypocritarum, qui etsi vera profitentur,  
 sed sunt polluti externis sceleribus, tamen viuunt sine pœnitentia,  
 & magis amāt voluptates & opes, quàm Deum. Talibus pro-  
 ponenda & inculcanda est Legis sententia, de qua Ieremiæ 23 di-  
 citur: Nonne verba mea sunt quasi ignis, & quasi malleus contem-  
 perant petram? Rursus etiam erigendi & consolandi sunt dulcissi-  
 mi in predicatione Euangelij, qui sentiunt vim & onus Legis, & à  
 peccatis liberari vehementer cupiunt, atque exoptant. Iuxta illud, Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati  
 estis, & ego reficiam vos: & E-

Spiritus Domini super me, vt con-  
 fiter omnes lugentes.  
 Ego nemini quidquam præ-  
 scribo, neq; mihi sumo potesta-  
 tem quidquam mutandi, aut re-  
 formandi: sed memor sum meæ  
 vocacionis, & Spartulam, quam nactus sum, vtcunque ornare co-  
 natus sum. Sed sæpe soleo dicere in familiari colloquio ad amicos, qui can-  
 tate verba amicorum accipiunt & interpretantur, Si essem concio-  
 nator hoc tempore, vbicunque tandem, ego in anno ter aut quater  
 prædicarem materias Euangelicas. Reliquas conciones magna ex par-  
 te consumerem in prædicatione Legis & pœnitentiæ. Quare? Quia  
 tanta est nunc hominum securitas, tâta prophanitas, loquor de ma-

xima multitudine, paucis exceptis, vt tantum transferant ad ἀσέλγειαν, vt ait Iudas in sua Epistola, dulcissimas & gratissimas consolationes Euangelij, & abutantur sapientia Christiana, sanguine Christi parta, & sibi ipsis subiiciant dulces consolationes iniqua quadam & otiosa speculatione, qua se ipsos fallunt & decipiunt, cum nondum senserint vltimos pavores aut dolores propter peccata. Talibus autem, vbicunque sunt, hic, vel alibi, proponenda assidue est, & inculcanda Lex, & proponenda exempla iræ Dei & pœnarum, vt exemplum diluuij, deletionis Sodomæ, interitus Pharaonis &c. vt vel hoc modo, si fieri possit, ad pœnitentiã reuocentur, postea vbi vel in priuata confessione, vel ex aliis quibusdam signis fuerit abni aduersum, esse in cœtu auditorum cõsternatas aliquas mentes, his remedium tempestiuum est adhibendũ. Dicam de nostra schola, quæ aliqua ex parte ad meam inspectionem & curam pertinet, tanquam indignum Lectorem: Ego multos iam menses tractavi in hac schola legales materias, & nullam partem magis vsi, quàm Lochum de castitate, sed verè vsu venit, quod ille queritur apud Terentium, Hic si quis bene præcipiat, nemo est, qui obtemperet. Audio, quosdam ex scholasticis, quos spero non multos esse, sed quosdam tamen audio adhuc se polluere vagis libidinibus, & non parcere Ecclesiæ Dei, sed tanquam vpupas conspurcare & contaminare nidum suum, hoc est, proprium corpus, & deinde illum cœtum, in quo versantur. Quid est hac turpitudine indignius? Et tamen tales nebulones gloriantur se esse scholasticos Christianos, & volunt videri optimi. Talibus nebulonibus nihil nisi malleus conterens petras, & ignis innocentes & immunes, agant Deo gratias, sed alij, ad quos hæc pertinent, emendent suos mores, & suam vitam.

Priuatim verò in cuiusque vita hic ordo seruetur, vt nobis ipsi securitatem excutiamus cõminationibus Legis & exemplis horribilium pœnarum. Contrà verò in magno concursu pauorum & dolorum ad aram Euangelij præsidiumque confugiamus. Hoc ordine seruato, existent in animis timor & fides. Sed quàm arduum & difficile sit his limitibus distinguere Legem & Euangelium, omnes pij, norunt, qui non sunt rudes & ignari exercitiorum spiritualium. Libet igitur cum reuerendo viro D. Luthero exclamare: Qui bene nouit discernere Legem & Euangelium, non

non solum verbis, sed in ipso usu, vita & affectu, is agat Deo gratias, & sciat se esse Theologum. magnum Doctorem Ecclesie.

Memento hoc epiphonema summi viri, quod extat in Commentariis Epistolæ ad Galatas. Aliud est sola notitia & oratione discernere Legem & Euangelium, & aliud, ad usum transferre hoc discrimen. Si quando sentis te esse securum, propone tibi Legem, & tunc eam, non negligenter tibi propone Legem, non frigidè, sed ardentè. Collige exempla pœnarum publicarum & priuatarum. Ita te excutietur veternus & securitas. Quando autem sentis te cõsternatum esse propter quascunque causas, præsertim propter peccatum & iram Dei, tunc tanquam supplex confugas ad ad Euangelij, & inde petas consolationes & remedia dolorum. Si præsertim ita distinguere hæc duo genera doctrinarum Legis & Euangelij, scias, te esse Theologum, sed quàm sit hæc ars difficilis, testabitur aliquando experientia.

## Refutatio imaginationis de triplici Lege.

### CAP. IV.

**Q**UOTUM Locum, vt meministis, de discrimine Legis & Euangelij, in sex capita docendi causa distribuimus, quorum tria priora hactenus sunt exposita. Primum enim diximus, quid sit philosophia, quid Lex, quid Euangelium. Hæc enim in definitiones omnibus notissimas esse oportet. Secundo loco monstrata sunt discrimina philosophie & Euangelij, ne quis faciat perniciosam confusionem sapientie rationis, & sapientie Euangelij, quæ est propria Ecclesie. Tertio loco exposita sunt quatuor discrimina Legis & Euangelij, quorum primum sumitur à notitia, secundum à promissione, tertium ab effectu, postremum ab obiectis. Hæc quidem hactenus sunt tradita. Quæ ideo diligentius considerent studiosi, vt sensim præparentur consequentem Locum de iustificatione, qui est præcipuum caput

nostræ religionis. Qui enim non rectè didicit discernere Legem ab Euangelio, is postea sæpe hallucinatur & impingit in doctrina de iustificatione. Nunc verò in quarto capite breuiter refutabimus inuenteratum errorem de triplici Lege. Quòd autem non faciamus in iuriam Papistis, præter alia multa testantur Biblia ante annos 30 & 40 typis edita, in quorum vestibulo hæc distinctio sacrorum librorum ad fastidium vsque inculcatur. Omnes libri sacræ Scripturæ veteris & noui Testamenti, aut sunt legales, aut historiales, vtarenim ipsorum verbis: aut sapientiales: Et accommodantes Papistæ hanc distinctionem ad nouum Testamentum, dicunt, quatuor Euangelia esse libros legales, seu libros nouæ Legis, quam vocant Euangelicam. Historiam Apostolorum, seu librum Actuum Apostolorum vocant librum historiale. Epistolas Pauli & aliorum Apostolorum nominant libros sapientiales. Hæc non sunt ignota iis, qui maturitate ætatis assecuti sunt, & aliquando inspexerunt libros superioris temporis editos. Possent alia multa indicia & argumenta manifesta huius asseuerationis afferri, si vel opus esset, vel tempus pateretur. Versantur in aliquorum manibus scripta cuiusdam Theologi Louaniensis Latomi, in quibus hæc expressè scribuntur, quòd non aliter sit iustificatus Abraham, quàm Cicero, & quòd non habuerit Abraham aliam, aut meliorem notitiam Dei, aut Christi, quàm Cicero. Ex quo infert hanc cõclusionem, omnes religiones esse vnã religionem, & homines semper fuisse saluatos Lege seu operibus Legalibus, seu disciplina honesta. Hæc ideo dico, ne quis putet, nos hyperbolicè aut calumniosè aliquid fingere & exaggerare, quòd non ita se habeat.

### Refutatio imaginationis de triplici Lege.

Impius error est, fingere tres fuisse Leges, primam naturæ, secundam Mosaicam, tertiam Euangelicam, & saluatos esse homines propter opera Legis. Hic error execrandus est, & sciendum, vnã & eandem esse Legem, moralem, cuius summa in Decalogo comprehensa est, quæ est æterna, congruens cum mente diuina, & cuius notitia in creatione generi humano insita est, sicut notitia numerorum. Itaque semper nota fuit patribus, & aliis hominibus, & fuit ac erit eadẽ in omni æternitate, quæ præci-

Dabo Legem meam in corda  
pit,

que, quales nos esse, & quæ face-  
re oportet, & quidem postulat  
integram obedientiam, & da-  
mnat non præstantes integrâ  
obedientiam, iuxta illud: Ma-  
ledictus, qui non manet in om-  
nibus, quæ scripta sunt in Le-  
ge.

eorum, & in mentibus eorum  
scribam eam.

Recitabo vobis summam cõ-  
menti aliquot seculorum de tri-  
plici Lege. Monachi aliquot se-  
culis hanc opinionem in scholis,  
& in templis propagarunt, quòd  
videlicet homines ab Adam vs-

que ad Moysen habuerint Legem naturæ, id est, naturalem notitiã  
faciendorum & non faciendorum, & quòd huic Legi obtemperan-  
do saluati Abraham & similes. Deinde dicunt, aliam Legem à  
Deo esse traditam per Moysen, & huius Legis obseruatione, seu obe-  
dientia homines saluatos esse vsque ad Christum. Postremò dicunt  
tradidisse Christum Dominum, & tradidisse nouam Legem, quam vo-  
cant Euangelicã, cui obedientes deinceps saluentur vsque ad finem  
mundi. In hoc commento miscentur vera falsis. Quòd dicunt in  
homine esse Legem naturæ, non est per se & simpliciter falsum, si re-  
cte intelligatur. Quòd dicunt Legem esse à Deo traditam humano  
generi per Moysen, id etiam suo loco valet, sed tertium, quod addūt  
de Lege Euangelica, prorsus est commentitium & absurdum. Chri-  
stus enim non venit in hunc mundum, vt ferat nouam Legem, sed  
saluos faceret peccatores, & vt esset minister Euangelij, quod ad  
doctrinam attinet. Verum quidem est, Christum enarrasse Legem,  
Decalogum, vt Matth. 5, & aliàs sæpe. Verum & hoc est, & o-  
mnino concedendum, quod nemo sanus negat, Iohan. 13. & Iohan.  
14. Mandatum à Christo, & inculcatum esse mandatum de dilectione.  
Mandatum inquit Christus Iohan. 13: Mandatum nouum do vobis, vt  
diligatis vos inuicem. Et Iohann. 15: Mandatum meum do vobis, vt  
diligatis vos inuicem: Sed ex his omnibus non sequitur consequen-  
tiam, quam falsò addiderunt Sophistæ, quòd Christus sit Legislator,  
aut quòd Euangelium sit Lex, quia Christus nihil noui tradidit,  
quod ad Legem attinet, sed tantum repetiuit & illustrauit dicta le-  
galia, quæ passim extant in Moyse. Sicut enim in Decalogo dicitur,  
Diligas proximum sicut te ipsum: ita Christus dicit, Mandatum  
meum, vel, mandatum nouum do vobis, vt diligatis vos inuicem.  
Non vocat nouum mandatum, quasi dicas, ignotum Ecclesiæ, inu-  
ditum, inauditum, sed quia dilectio congruens cum hoc mandato

est rara virtus, imò rarissima, & verè rarior Phœnice, seu albo coruo, seu cygno nigro. Teneamus igitur quod verissimum est, non esse triplicem Legem in Ecclesia ab Adam, vsque ad postremū mundi diem, sed tantum esse vnam Legem moralem, congruentem cum mente diuina, cuius notitia transfusa est in creaturas rationales in ipsa creatione, & quia hæc notitia in homine post lapsum obscurata est, & multis dubitationibus impeditur, vt sæpe auditis has querelas, ideo Deus Legem moralem promulgauit sua voce in monte Sina, & summam inscripsit duabus tabulis. Hanc Legem moralē in Ecclesia Prophetæ, Christus & Apostoli, nec nouam Legem tradidit Christus, aut Apostoli, sed tantum veterem, vt ita dicam, cantilenam repetiuit & illustrauit. Hæc scire plurimum prodest, quia iidem errores subinde repullulant, & eadem semper fabula agitur in mundo, mutatis laruis.

Neque verò patres, nec alij vllō tempore acceperunt remissionem peccatorum propter sua opera, nec fuerunt iusti, nec hæredes vitæ æternæ operibus Legis, sed propter Filium Dei gratis sice acceperunt hæc beneficia redemptoris. Hanc sententiam confirmant multa dicta & exempla. Act. 4:

Non est aliud nomen datum hominibus sub cælo, in quo oporteat nos saluos fieri, nisi nomen Iesu Christi.

Quid est obscuritatis in hac oratione? Non est aliud nomen: id est, aliud meritum, alia causa, quæ possit allegari coram iudicio Dei. Nihil est, quod possit opponi iudicio Dei, nisi nomen, id est, meritum vel obedientia Christi.

Act. 10. Petrus omnium Prophetarum consentientem vocem allegat: Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes, qui credunt in eum. Plena est exemplorum tota historia Prophetica. Sed nunc breuitatis causa exemplis primorum parentum & Abrahæ contenti erimus. Adam & Eua audientes promissionem de venturo semine, de quo dictum est: Semen mulieris conteret caput serpentis, sentiebant, se viuificari ex morte, & credebant, se iam recipi, & rursus placere Deo, propter venturum semen. Hac fide gratis propter hunc venturum liberatorem erant iusti & hæredes vitæ æternæ, non propter Legem. Quia vtrumque perspicue norant, se non fuisse

uisse reuicturos ex pauoribus & morte, cum accusarentur à Deo, non audiissent promissionem, & videbant deinde in sua natura destructam esse harmoniam cordis & Legis. Hanc horrendam destructionem, quia magis intelligebant, quam nos, afflicti lacrymis deplorabant, & dicebant se non esse iustos sua dignitate, & suis meritis.

Lex est spiritualis, ego verò carnalis.

Nulla historia recitata à Prophetis debet nobis esse tam familiariter nota, quam historia primorum parentum, quæ maxi-

mè declarat quid sit peccatum, quid Lex, quid contritio, quid fides, & quæ sit ratio iustificationis & viuificationis. Denique nihil est præcipuum in doctrina religionis, quod non emineat in illa historia. Sed iam ceteris partibus omisissis, dicamus de sententia propo-  
nente. Cum primi parentes essent lapsi, senserunt in suo corde initia mortis æternæ, & nisi Deus immensa misericordia se rursus pateficeret, edita promissione de venturo liberatore, de semine mulieris, quod dubiè extincta vita corporali, quæ iam de exiguo filo penderet, & quidem putri filo, incidissent in æternam desperationem & mortem, & oppressi fuissent iustissimo iudicio & ira Dei, sicut Diabolus, quia comminatio diuina est vera, rata & firma: Quacumq; die comederitis, morte moriemini, videlicet non tantum morte corporali, sed morte, quæ longè tristior est, æterna, quia mors corporalis non satisfacit Legi & iudicio, & iustitiæ diuinæ. Cum igitur essent in his pauoribus mortis, & in his periculis inferni, vt loquitur Iohannes 116. Dominus prodiit ex sua arcana sede, & cum obiurgasset eos, iterum sanauit vulnera, quæ acceperant à serpente Diabolo, quo saluberrimo balsamo Euangelij, seu promissionis de Mediana, qua promissione audita, ex morte reuixerunt, & ex inferno liberati sunt, & iterum acceperunt consolationem, quæ est initium uitæ æternæ. Quare experientia ipsa conuicit eos, vt agnoscerent & confiterentur, se iustos esse coram Deo, non suis operibus, non Lege, sed fiducia venturi liberatoris, propter quem in gratiam recipiebantur, & donabantur Spiritu sancto viuificante. Hæc suo loco in articulo de iustificatione pluribus exponentur.

De Abraham Genes. 15 scribitur, Credidit Abraham Deo, & imputatum est ei ad iustitiam, scilicet hoc credere, seu fides,

hoc est, vt Christus interpretatur Iohan. 8: Abraham expetiuit videre diem meum, & vidit, & lætatus est. Pellantur ergo ex agro, atque finibus Ecclesiæ, nõ Theologorum iudicia, sed delirantium somnia, de triplici Lege, & de modo saluationis per Legem, & firmissimè hæc hypothesis teneatur, quæ docet, vnã esse Legem æternam, quæ est iudicium Dei æternum de peccato.

## Quòd vnum & idem sit Euangelium in Ecclesia inde vsque ab initio.

### C A P. V.

**I**N epistola ad Hebræos dicitur, Christus heri & hodie, & in secula, id est, semper in Ecclesia vnum est caput, scilicet Christus, cuius corpus est Ecclesia, & membra sunt singuli credentes. In hac Ecclesia, vel in hoc corpore Christi, semper est vna vox Euangelij, & correlatiuè eadem fi-des. Item semper eadem bona seu beneficia distri-buuntur in Ecclesia ab Adam vsque ad finem mundi: nec debemus, vt inquit Augustinus, fideles huius temporis anteferre patribus & Prophetis, per quos nobis hæc prophetata sunt. Non fingas, non somnies, non speres, te aliter ingressurum esse in vitam æternam, aut te habere alium Christum aut meliorem, aut plura, aut maiora beneficia, quàm quæ habuerunt Adam & Eua in Paradiso, & Abraham, qui vixit duobus millibus annorum ante Christum natum ex Virgine. Sed vnicum est discrimen inter membra Ecclesiæ, quod sumitur à tempore, quòd videlicet patres & Prophetæ prædixerunt venturum esse liberatorem: Apostoli verò annuntiarunt & prædicarunt Christum venisse & exhibitum esse, crucifixum & resuscitatum, & ascendisse in cælum, & nihil prætereare stare, nisi iudiciu. Hoc discrimine temporis excepto, quod necessarium est, nihil interest inter Abraham & Paulum, inter primos parentes & nos omnes & singulos, qui credimus Euangelio. Ac si quis putat, Deum magis nobis esse propitium, quàm illis, sicut aliqui fanatici scripserunt

hoc tempore, nostras preces magis exaudiri, quàm preces Da-  
vidis aut Abraham, is longè à re ipsa aberrat, atque à veritate.

Cum promissio gratiæ sit fun-  
damentum Ecclesiæ, statim post  
ipsum edita est, vt primi parè-  
tes scirent, Filium Dei assum-  
ptum esse humanam naturam, & destructurum opera Diabo-  
iuxta dictum, Semen mulieris conteret caput serpentis. Dein-  
de repetita est promulgatio, vt ad Abraham dicitur: In semi-  
ne tuo benedicentur omnes gentes. & sic intelligebant patres has  
promissiones, vt scirent, tunc quoque dominum illum adesse suæ  
Ecclesiæ, & postea assumpturum esse humanam naturam. Ideo Ia-  
cob inquit Genes. 48. Benedicat Deus pueris istis, angelus qui me  
protegit ex omnibus malis. Hic  
Dominans angelum, per quem  
omnibus malis liberatus est,  
colligit hunc ipsum Domi-  
num, & agnoscit per eum tolli  
peccatum, & mortè, & omnia  
mala.

1. Cor. 3. Fundamentum aliud  
non potest poni, præter id, quod  
positum est &c.

In 1 capite Matthæi dicit Eu-  
angelista, Liber generationis Ie-  
su Christi filij Dauid, filij Abra-  
hæ. Quærat aliquis legens hæc  
verba, cur nominatim & expref-  
sa fiat mētio Abraham & Dauidis,  
cū quidem Christus secūdum

etiam ab aliis sit propagatus, iuxta seriem, quæ postea reci-  
tur in eodem capite? cur hi duo, Abraham & Dauid præ cæteris  
nominantur? Quia prima promissio primis parentibus tradi-  
ta in semine venturo, repetita est primū quidem ad Abraham his  
verbis: In semine tuo benedicentur omnes gentes, deinde ad Dau-  
id Reg. 7. & 1 Paralip. 17: Postquā dormieris cum patribus tuis,  
ego tibi semen quod regnet super Israel & Iuda &c. Prima pro-  
missio erat valde generalis, & propter generalitatem, vt sic loquar,  
obscurior. Nemo enim poterat affirmare ex qua mulie-  
re, ex qua familia nasciturus esset promissus liberator. Erat enim ge-  
neraliter dictum, Semen mulieris, non huius vel alterius. Postea  
Deus genus reuocauit ad speciem, seu transtulit thesin ad hypothe-  
sin, restringens promissionem ad posteritatem Abraham, In semine,  
inquit, tuo, non alterius, benedicentur omnes gentes. Cū autem  
Iacob haberet filios 12, ne quis dubitaret ex qua tribu venturus esset  
Dominus, prædixit Iacob fore, vt Schilo promissus Dominus na-

sceretur ex tribu Iuda. Sunt enim nota verba omnibus, Non auferetur sceptrum &c. Cum autem familia Iuda esset amplissima propter regiam dignitatem, Deus arctius restrinxit promissionem, eamque alligavit ad solam Davidis posteritatem. Ideo uterque, Matthæus & Lucas deducunt genealogiam Christi post Abraham à Davide. Hæ duæ valde insignes repetitiones primam promissionis illustrant doctrinam huius capituli maximè necessariam: Quod videlicet semper in Ecclesia fuerit vnum & idem Evangelium, sicut & Paulus inquit Rom. 1. se esse vocatum Apostolum ad docendum Evangelium, quod Deus prædixit per Prophetas sanctos in Scripturis &c. Nemo igitur cogitet, Evangelium esse novum genus doctrinæ, aut ignotum primis patribus & Prophetis, sed potius ita statutum habeamus, semper fuisse vnam & eandem Ecclesiam omnium temporum, eique fuisse notam promissionem de Mediatore, & eadem beneficia Evangelij annuntiari & distribui credentibus ante & post Christum natum. Hac hypothesi, quæ verissima est & immota, & nullis cuniculis cavillationum subrui potest, confirmata, multa possunt iudicari in tota doctrina religionis. Nihil fingo, sed vera narro. Ante paucos annos quidam fuerunt in nostris Ecclesiis inepti homines & insulsi, qui ausi sunt affirmare impudentissimo ore, non habere nescio quam prærogativam singularem & eximiam præ ceteris patribus & Prophetis, & nos habere Deum magis propitiū propter Christum, quàm illi, & Deum libentiùs audire nostras preces, quàm illorum, & nescio quæ alia portentosa finxerunt. Ne igitur incidamus in tales errores perniciosos Ecclesiæ, & lædentes gloriam Dei, qui est æqualis erga omnes credentes sine *προσωπονισμῷ*, diligenter memoriæ mandemus testimonia, quæ deinceps addemus, partim ex sacris literis, partim ex monumentis sanctorum patrum.

Non igitur imaginandum est, Evangelium fuisse ignotum patribus, ut multi indocti omnibus temporibus finxerunt, sed sciendum est, vnam & eandem esse promissionem Evangelij propriam de Mediatore & reconciliatione, notam patribus inde usque à prima promulgatione, in qua Adam & Eva recepti sunt. Opportunitim hunc Dominum semper Ecclesiæ notum esse, quia semper hic cœtus certò fuit, est & erit Ecclesia Dei, in qua sonat non sola vox Legis, sed etiam promissio gratiæ rectè intellecta. Quòd autem hoc modo, & non aliter saluati sint omnes hæredes vitæ æternæ, scilicet

elicet fiducia misericordiae propter Messiam promissa, hæc dicta Scripturæ & piæ vetustatis clarissimè testantur.

Iohan. 1. Ex plenitudine eius nos omnes accepimus gratiã pro gratia. Vocat plenitudinem meritum reconciliationis, & potentiam seu efficaciam. Omnes igitur electi saluati sunt, haurientes ex hoc fonte, id est, propter hanc victimam consecuti sunt reconciliationem, & ipse fuit in eis efficax, dedit eis Spiritum sanctum novoantem nouam & æternam vitam in ipsis. Hanc esse sententiam, declarant verba sequentia, gratiam pro gratia, id est, reconciliationem nostri pro amore erga Filium.

Iohan. 8. Abraham optauit videre diem meum, & vidit, & lætus est.

Act. 15. Credimus, nos saluari per gratiam Domini nostri Iesu Christi, sicut & illi saluati sunt. Fide purificantur corda.

2. Cor. 4. Habentes eundem Spiritum fidei, sicut scriptum est, Ier. 16. Credidi propter quod locutus sum, & nos credimus, propter quod & loquimur.

Hebr. 12. Iesus Christus heri & hodie, idem est & in secula: heri, tempus sui aduentus in carnem, hodie, cum reuelatus est in seculo, nunc & in secula est idem Christus, per quem vnum & eundem liberantur à Lege, iustificantur & saluantur omnes credentes, qui fuerunt, sunt, & erunt. Itaque diuersa tempora non mutant fidem & modum reconciliationis.

Apocalyp. 13. Agnus occisus ab origine mundi. Etsi enim effuso sanguinis est certi temporis, tamen applicatio illius meriti & obedientiæ perpetua est.

merito Christi, seu obedientia, quæ est causa omnium bonorum in Ecclesia, & de efficacia, qua Filius Dei est efficax, tanquam caput in suis membris, vel tanquam vitis in suis palmitibus. Ex hac plenitudine, id est, ex hoc fonte omnes riuuli in totam Ecclesiam manant.

Considerate attentissimè hæc pauca Scripturæ dicta: non enim volo sine necessitate multa cumulare. Nam vno & altero intellecto, nihil relinquitur obscuritatis in proposita sententia. Primum testimonium sumitur ex capite primo Iohan. vbi dicit Baptistia, Ex plenitudine eius omnes accepimus gratiam pro gratia. Quid vocat plenitudinem? Plenitudo intelligitur de

Sicut enim riuuli ex fonte deducti totum hortum & singulas plantulas sua uiter irrigant, recreant, & reficiunt ita Christus est fons iustitiæ & uitæ. Item est Sol iustitiæ, ut loquitur Malachias cap. 3, quia ut Sol, quem oculis cernimus in cælo, luce sua illustrat mundum uerum: ita hic Sol iustitiæ illustrat omnem hominem uenientem in hunc mundum: omnem hominem, scilicet credentem, sicut ibidem dicitur: Quotquot receperunt eum & c. Alterum testimonium sæpe repetitum, est ex cap. 8 Iohann. Abraham optauit videre diem meum, & uidit, & lætatus est. Quomodo uidit Abraham Christum? In promissione. Credidit Abraham Deo, & imputatum est ei ad iustitiam. Non dicam hoc loco de congressu & conuiuio Filij Dei, & Abrahamæ, quod describitur Genes. 18. non enim uolo nimis procul à proposito digredi. Tertium testimonium est ualde insignis & memorabile Act. 15. ubi Petrus in synodo Apostolica sic inquit: Quare tentatis Deum, imponentes iugum ceruicibus discipulorum, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus? sed credimus, nos saluari per gratiam Domini nostri Iesu Christi, sicut & illi saluati sunt. Fide purificantur corda. Memorabilis hæc est concio, quæ refatur eodem modo saluari patres & Prophetas, & omnes credentes ante Christum, & nos miseros uermiculos, qui nihil sumus collati ad patres. Quid enim nos sumus, si comparemur cum Abraham, Isaac, Iacob, Dauid, Esaia, Ieremia &c? profecto nihil sumus, nisi uermiculi. Non ita superbiamus, ut nos ipsos audeamus uel comparare, nedum antepone illis luminibus Ecclesiæ primæ. Quare uel testimonium assumitur ex epistola posteriore ad Corinth. cap. 4. Habentes, inquit Paulus, eundem Spiritum fidei, sicut scriptum est, Credidi, propter quod locutus sum. Et nos credimus propter quod & loquimur: quasi dicat, Non habemus alium Spiritum, aut aliam fidem, aut aliam confessionem, quam qualem habuit Dauid sanctissimus rex, & Propheta, qui psal. 116 inquit, Credidi, scilicet in Christum, in uenturum Dominum, ideo loquor, edo meam confessionem, & propterea bene affligor, id est, accipio plagas in hoc mundo. Hæc tria sunt inseparabilia in sanctis, fides, confessio, & crux. Corde creditur ad iustitiam, ore fit confessio ad salutem, & crucem. Credentem & confitentem ueram doctrinam affliguntur. Væ illis, qui habent omnium hominum applausum, & suffragia, & laudationes, & comprobationes, & à nemine quicquam aduersi patiuntur. Ita enim Christus inquit, Væ uobis, cum uobis homines benedixerint



quorum numerum etiam ag-  
gregandi sunt, qui ante aduen-  
tum Christi Deo placuerunt.

Legant iuniores caput 11 Epi-  
stolæ ad Hebræos, ibi inuenient  
longum catalogum sanctorum,  
ab Adam vsque ad Dauidem, de  
ab Adam vsque ad Dauidem, de  
quibus omnibus affirmat Epistola ad Hebræos, quod fide sola, &

non aliter placuerint Deo.

Quomodo autem hi pertinent ad vnitatem corporis? Quia hi  
quoque Christum agnouerunt, vt hæc dicta testantur, Abraham  
pater vester exultauit, vt videret diem meum, & vidit, & lætatus  
est. Item, Si crederetis Moyfi,  
etiam mihi crederetis. Nam de  
me ille scripsit, sicut & reliqui  
Prophetæ. Neque verò scripse-  
runt ignorantes, de quo dice-  
rent, Agnouerunt enim illum,  
& adorauerunt.

Iohan. 5.

Scopus Scripturæ est Christus.

cat dictum Pauli 1 Cor. 14: Spiritus Prophetarum, scilicet in Ecclesia.  
phetis? Spiritus Prophetarum, scilicet in Ecclesia. An hoc dicit Pau-  
lus, quod Spiritus sanctus sit mancipium Prophetarum, sit seruus  
& subiectus Prophetis? non, est Dominus Prophetarum, sed quare  
dicit, est subiectus Prophetis? Significat esse ingens discrimen inter  
vates Ecclesiæ, & inter vates Ethnicos. Sibylla apud Virgilium Ae-  
neid. 6 est vates Ethnica, sed non habet Spiritum sanctum sibi sub-  
iectum, quia incipit furere, & furens effatur ea, quæ non intelligit,  
nescit quid dicat, non habet actum reflexum in suis dictis & oracu-  
lis. Ideo his versibus describit Virgilius vaticinantem Sibyllam:

--cui talia santi,

Ante fores subitò, non vultus, non color vnus,  
Non compta mansere coma, sed pectus anhelum,  
Et rabie fera corda tument, maiorq; videri,  
Nec mortale sonans, afflata est numine quando  
Iam propiore Dei &c.

Nostri verò Prophetæ, Esaias, Ieremias, Daniel & ceteri nō sunt  
furiosi homines, non excedunt ex sua potestate, non deturbantur  
de sua mente & sanitate, sed habent iudicium de suis dictis & factis,  
sciunt,

fiunt, quid dicant & faciant, & intelligunt rectissimè ea, quæ aliis proponunt & prædicunt, & quæ literis mandant. Quando Esaias nos scripsit cap. 53, bene sciuit, de quo loqueretur, videlicet de Messia. De hoc Domino inquit, Verè languores nostros tulit &c. Et, Verus meus iustus noticia sui iustificabit multos.

Itaque & illi vnum sunt corpus. Si enim hoc corpus, quod ab vno Spiritu regitur, distractum esset, nequaquam esset corpus. Nam & nos dicere solemus de

illis, quæ vnita sunt, quæque inter se coherent, vnum corpus sunt. Quoniam igitur arctissima copulatio est capitis & corporis, rectè Paulus Ecclesiam vnum corpus appellauit, cuius vnicum caput est Filius Dei.

Etiam credentes, & membra Christi, & Filij Dei, profectò effemus in multis officiis præstandis diligentiores. Sed ita viuimus, ita versamur in hoc mundo, quasi effemus sine capite, quasi effemus sine patre, quasi effemus sine gubernatore Spiritu sancto.

Augustinus epistola 157 ad Optatum: Eadem fides est nostra & illorum, quoniam hoc illi crediderunt futurum, quod nos credimus factum. Vnde dicit Apostolus, Habentes eundem Spiritum sanctum, secundum quod scriptum est, Credidi, propter quod locutus sum. Si ergo eundem Spiritum

habebat, qui venturum in carne Christum prænuntiauerunt, quem etiam illi, qui postea venisse nuntiarunt, Sacramenta esse potuerunt pro tempestate diuersitate diuersa, ad unitatem tamen eiusdem fidei concurrentia. Eadem est igitur

vox veræ Ecclesiæ omnium temporum, & idem Euangelium, & congruit vox Prophetarum cum voce Filij Dei & Apostolorum, nisi quòd Prophetæ de venturo Messia concionantur: Apostoli

Genes. 2: Erunt duo in carne vnâ, vnum corpus: cõiugium est imago Ecclesiæ.

Si sæpe cogitaremus, qualem haberemus patrem, & quale caput, & qualem Spiritum, quo regimur & ducimur, si modò sumus, profectò effemus in multis officiis præstandis diligentiores. Sed ita viuimus, ita versamur in hoc mundo, quasi effemus sine capite, quasi effemus sine patre, quasi effemus sine gubernatore Spiritu sancto.

Illi habuerunt circumcisionem, nos habemus baptismum, illi habuerunt agnum mactatum in Paschate, nos habemus Cœnam Domini.

Hactenus Augustinus.

de exhibitio, cetera sunt eadem. Nam beneficia Messia pertinent ad vniuersam Ecclesiam à principio mundi, vsque ad finem, & cuicumque datur vnum Euangelij beneficium, ei certum est omnia dari: vt Rom. 8 dicitur: Omnia cum eo nobis donauit. & psal. 23: Dominus pastor meus, nihil mihi deerit. Præclare ergo quidam dixit, Patres & Prophetæ anteceditur Vox præcursum Christi triumphalem, quem nos sequimur.

Talis est connexio beneficiorum Euangelij, vt vno dato, cetera simul dentur: quia fides est copulatiua, vt veteres loquuntur, non est disiunctiua.

Deus dat simul gratiam & donum per gratiam, Rom. 5. & Ezechiel. 2. Dat nobis opulentiam suam gratia.

Forma verborum sumpta est ex imagine pompæ triumphalis, ad quam alludit etiam psalm. 68.

## Refutatio opinionis, quæ facit confusionem veræ Ecclesiæ & Ethnicorum.

### CAP. VI. & VLT.

**D**ICAT aliquis, cur hanc quæstionem intempestiue nobis inculcas, cum videatur proprie pertinere ad locum de Ecclesia? Respondeo. Necessè est eadem in doctrina Christiana sæpe repeti: non enim quotidie noua dici possunt, & debent, sed illud Socraticum tenendum est, vt eadem dicamus, & quidem de iisdem eadem. Quare nemini videatur intempestiua huius quæstionis hoc loco explicatio, vt de necessè est in titulo de Euangelio aliquid dici de hac sententia, vt intelligatur, quæ res proprie discernat Ecclesiam ab aliis gentibus. Non Lex, nec philosophia facit discrimen inter Ecclesiam & alias sectas, sed vox Euangelij proprium decus est Ecclesiæ. Nam omnes homines

homines sani particulam Legis retinent, & habent hanc persuasio-  
nem, esse Deum mentem æternam, causam boni in natura, vt ait  
Plato, sed nemo extra Ecclesiam, sine ministerio, & sine lectione li-  
brorum Prophetarum habet notitiam arcani mysterij de redem-  
tione generis humani, quod mysterium patefit seu reuelatur in Eu-  
angelio, vt inquit Paulus Rom. 1: Non pudet me Euangelij, siquidẽ  
est Dei potentia ad salutem omni credenti. Iustitia enim Dei per il-  
lud patefit ex fide in fidem. Occasionem verò huic quæstioni præ-  
bent importunæ disputationes quorundam fanaticorum hominũ,  
vt Thameri, & similibus, qui contendunt, omnes religiones esse va-  
lam religionem, & vnumquemque posse saluari in sua religione. I-  
dodiciunt, Xenophontem, Socratem, Platonem & similes philoso-  
phos non minùs esse saluatos, quàm Abraham, Isaac & Iacob, & af-  
firmant, nihil interesse inter notitiam Dei, quam habuit Abraham,  
& inter sapientes, Socratem, Platonem & Xenophontem, & simi-  
les. Neigitur incidamus in tales errores contumeliosos aduersus  
Deum, & periculosos Ecclesiæ, breuiter explicanda est hæc quæstio.

Non contemnamus Filium Dei, & vocẽ Euangelij, sed agno-  
scamus immensam misericordiam Dei, qui vult sibi æternam Ec-  
clesiam colligere agnitione Filij, & non aliter: & pro hoc ingenti  
beneficio gratias agamus, nec assentiamur architectantibus Ec-  
clesiam sine Filio Dei, sine Euangelio, & sine vocatione. Non e-  
st enim fingenda est Ecclesia sine notitia aliqua promissionis de Chri-  
sto, & sine ministerio. Non est Ecclesia in eo cœtu, vbi nec notitia  
est promissionis de Christo, nec vox, nec ministerium Euangelij.  
Non sunt membra Ecclesiæ Aristides, Scipio & similes, etiã si  
sunt excellentes virtutes, quas Deus dat propter imperia, tan-  
tum dum vult genus humanum in hac vita manere. Quòd autẽ  
necesse sit notitiam Christi esse  
in Ecclesia, hæc dicta testantur,  
Ioh. 3: Qui nõ credit in Filium  
non habebit vitam, sed ira Dei  
manet super eum.

Marci vlt. Qui crediderit, &  
baptisatus fuerit, saluus erit: Qui  
verò non crediderit, cõdemna-  
bitur. Hæ duæ regulæ non pos-  
sunt mutari. Lex admittit dif-  
ferentiam: Deus enim ipse dispensat de sua Lege, propter proba-  
biles rationes, hoc est, propter deprecationem & intercessionem Fi-  
lij Mediatoris. Nisi enim Lex reciperet dispensationem, non potuis-

sent restitui in antiquam gratiam primi parentes post lapsum. Magnum est, quòd Deus dispensat in miraculis de ordine naturæ (qui est certissimus) vt in resuscitatione mortuorum & similibus, quòd iussit Solem stare, aut regredi. Sed longè maius opus Dei est, & maius beneficium, quòd dispensat de sua Lege, cuius ordo est certior & firmitior, quàm ordo in causis secundis, id est, in creaturis. Euangelium verò nullam admittit dispensationem, sed hæc regula est æterna & immota, Qui credit in Filium, habet vitam æternam, qui non credit, iam damnatus est. Dicat aliquis: Profectò hoc videtur esse nimis durum, quòd Deus reiiciat tam præstantes viros, Socratem, Xenophontem &c. quorum disciplina fuit honesta. Omitte hanc disputationem: Tu quis es, inquit Paulus Rom. 9, qui relistis Deo? Omnis homo mendax, Deus autem verax.

Iohan. 17: Sanctifica eos in veritate, sermo tuus est veritas.

Paulus dicit 2 Cor. 5: Superinduemur, si tamen non nudum reperiemur, hoc est, necesse est

in hac vita fieri iustificationem & sanctificationem. Nisi enim hoc fiat, nemo speret se futurum hæredem vitæ æternæ. Nò autem possunt homines iustificari & sanctificari sine verbo diuinitis tradito per Prophetas & Apostolos: de quo verbo dicit Christus Iohan. 17: Sanctifica eos in veritate &c.

1. Cor 1. Cum mundus per sapientiam non cognouisset Deum sapientem, placuit Deo per stultam prædicationem saluos facere credentes. Hoc dictum enarrans Theodoretus: Tres, inquit, sunt species sapientiæ, vna quidem quæ hominibus data est, per quam & ratione præditi sumus, & ea quæ sunt agenda discernimus, & artes scientiasque inuenimus, & Deum cognoscere possumus. Altera est, quæ in rerum creaturarum contemplatione versatur. Videmus enim cæli magnitudinem, Solis pulchritudinem, astrorum choream, terræ & maris latitudinem, plantarum & animantium differentiam &c. ne

Sol est dux choreæ cælestis.

singula afferam. Tertia species sapientiæ ea est, quæ per Seruare nostrum ostenditur, quam qui non credunt, appellant stultitiam. Hoc autem dicit Apostolus, quòd oportebat quidem homines naturali accepta à Deo cognitione per creaturas, tanquam per

per pedum vestigia deduci, & earum opificem adorare. Sed quoniam nullam ex his vtilitatem accipere voluerunt, benignus & clemens Deus eis alia ratione salutem procurauit, & per eam, quæ à stultis stultitia appellatur, eos ab errore liberauit.

Rom. 1. Non vt Deum glorificarent, nec ei gratias egerunt.

id est, per Euangelij prædicationem. Hæc Theodoretus. Tres sunt species sapientiæ in rebus diuinis: prima est naturalis noti-

tia, seu lumen simplex, quo agnoscimus esse Deum, & discernimus honesta & turpia. De hac naturali notitia sæpe auditis in omnibus partibus philosophiæ. Secunda species est ratiocinatio, quærens vestigia Dei impressa corporibus cælestibus & inferioribus, ipsi etiam corpori humano, denique ipsi animæ. Videmus, inquit Theodoretus, Solis pulchritudinem, stellarum choream, terræ & maris latitudinem, plantarum differentiam, ex quibus omnibus ratiocinari possumus, hanc rerum vniuersitatem non casu extitisse, nec casu ita manere, sed conditam esse & cõseruari à mente architectatrice, quæ ætiamans vitæ hominum, vt ait dulcissimè Xenophon. Tertia species est sapientia patefacta in Euangelio, quam homines extra Ecclesiam, tanquam stultitiam & fabulam porterosam derident, sicut videmus hanc sapientiam derisam esse ab Atheniensibus philosophis. Act. 17. & suprâ in eodem ad Corinthios cap. Paulus dixit, Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudæis scandalum, gêtibus stultitiam. Non est Euangelium prædicatio stultitiæ re ipsa. Absit: sed stulti, sapientiam Dei, summam putât esse stultitiam. Ideo Paulus dicit, Quia mundus non cognouit Deum per sapientiam, id est, partim per naturalem notitiam insitam nobis in creatione, & non cum prorsus extinctam, partim per ratiocinationem, placuit Deo alia ratione, alio modo nostram salutem procurare, vt verbis Theodoreti vtar, videlicet per prædicationem Euangelij.

Rom. 8. Quos elegit, hos vocauit. Hæc sententia planè affirmat vtrumque, & semper aliquos electos esse in cœtu vocatorum, & extra cœtum vocatorum nõ esse electos.

Cœtus scholasticus est cœtus vocatorum: cœtus qui congregatur in templo est cœtus voca-

torum. Vocati sunt baptisati, & audientes vocem Euangelij in scholis & templis, vbicunque proponitur.

Quæro an aliquis in Turcia possit saluari, si credat Euangelio, seu rectè inuocet Deum per Filium mediatorem? Talis certè non est in locis eiusmodi, vbi in scholis & templis docetur Euangelium. Respondeo: Non excludimus ex cœtu vocatorum vel ab Ecclesia eos, quorum corpora procul remota sunt ab Ecclesia, sed quorum mentes pugnant cum Ecclesia & Euangelio. Qui verò mente, voluntate, confessione, inuocatione, dilectione sunt coniuncti cum Ecclesia, hos certum est, esse membra Ecclesiæ, etiam si corpore tanto intervallo distent à cœtu & congregatione vocatorum, quanto interuuallo abest cælum à terra, & ortus ab occasu. Psal. 25: Vnam scilicet rem petij à Domino, & hanc requiram, vt habitem in domo Domini. Quando habes hoc votum consociationis cum Ecclesia, tam es membrum ac ciuis Ecclesiæ, quàm si versareris in his regionibus, vbi nunc scholæ & templa sonant doctrinam Christi.

Rom. 10: Quomodo inuocabunt, si non credent?

hoc dicto textu gradationem valde eruditam, piam & vtilem, quæ monstrat ministerij Euangelici necessitatem, dignitatem & efficaciam. Quomodo, inquit, inuocabunt, si non credent? quasi dicat, nihil est inuocatio sine fide, nisi inanis sonus, inane murmur, inanis clamor.

Ephes. 4: Christus sedens ad dexteram Dei, dat alios quidem Prophetas, alios Apostolos, alios pastores, alios doctores, & diserte inquit, seruari ministerium, vt non agitemur variis doctrinarum ventis.

Paulus Ephes. 4 citat dictum psalmi valde memorabile ex psalmo 68: Ascendit in altum, captiuam ducens captiuitatem, id est, hostes nostros, Diabolum, mortem, & vasa argentea, & gemmas pretiosas? Num autem Christus, tanquam conditor & conseruator omnium rerum, sed propter hæc dona non ascendit ad cælum, nec propter ea sedet ad dextram Dei. Alia dona longè maiora distribuit Christus in Ecclesia, primum quidem remissionem peccatorum, deinde Spiritum sanctum,

anctum, tertio vitam æternam & hæc omnia, quæ modò recensui, dispensat ac distribuit per media seu organa, videlicet per verbum & sacramenta, per quæ vult esse efficax. Ideo facit mentionem ministris & doctorum in Ecclesia. Alios dedit Prophetas &c. ad quid? ad edificet corpus Ecclesiæ, & ne circumferamini omni vento doctrinæ &c.

Esaïæ 8: Ad Legem & testimonia. Quòd si non dixerint hoc verbum, non erit eis matutina lux. Non enim apprehenditur voluntas Dei, nisi per verbum quod tradidit, & Deus vult agnoscì & inuocari, cui se patefecit.

id est, ad verbum, quod est confirmatum testimoniis diuinis.

Fundamentum doctrinæ Ecclesiæ, est axioma de patefactione.

EXPLICATIO TEXTVS LOCORVM THEOLOGICORVM  
PHIL. MELANTHONIS  
De Euangelio.



**V**O consilio repetantur pagellæ, quas habetis in vestro libello Locorum communium, toties iam est dictum, vt videar ineptus, si velim eandem cantilenam repetere hoc loco. Si enim nullam haberet hæc repetitio vtilitatem, tamen debebat studiosis grata esse & iucunda earundem rerum crebra consideratio. Sed omisis prolegomenis, veniamus ad libellum, in quo initid dicitur de definitione nominis, explicatur enim vox Euangelij Grammaticè. Deinde traditur definitio rei, eaque sumitur ex dicto Christi, quod extat apud Lucam capite vitimo: Prædicate in nomine meo penitentiam & remissionem peccatorum. De hac definitione cogitantes, deploremus Ecclesiæ præsentis statum, in quo homines vani & contentionum cupidè mouerunt litem de definitione Euangelij, & acerrimè contentant, nihil posse dici tam pestiferum & nocens in Ecclesia, quàm si

dicatur, Euangelium esse prædicationem pœnitentiæ. Ego de hæc  
 re cogitans, sæpe soleo ad amicos dicere in priuato colloquio & ser-  
 mone, Sicut turpe esset, magistrum bonarum artium & philoso-  
 phiæ post annos 30 aut 40 à promotione, ignorare definitionem phi-  
 losophiæ, quam profitetur: ita nihil est hæc disputatio de definitione  
 Euangelij, nisi merus sarcasmus Diaboli, quæ cum sint amplexæ tot annos  
 Euangelium de Christo, tamen dicuntur adhuc ignorare quid sit  
 Euangelium. O deplorandam inscitiam, si modò cadit talis insci-  
 tia in Ecclesiam. Sed sint illi duces cæcorum, & sequantur eos, qui  
 volent, & sinant nos frui his micis, quæ cadunt de mensis Prophe-  
 tarum & Apostolorum, & eorum qui puritatè illorum secuti sunt.

Est autem ]

Definitio nominis Gramma-  
 tica.

Basar ]

Hebraica dicitio.

Propheta ]

Vt Dauid psal. 40. Esaias cap.  
 40, 52, 61.

In psal. 40 dicitur: Euangeli-  
 zavi iustitiam tuam, nec absco-  
 di eam in corde meo &c.

Basar ] id est, εὐαγγελίζομαι, læta bona annuntio. Luc. 2. Annun-  
 tio vobis gaudium magnum, quod erit omni populo. Sic Esaias ca.  
 40 appellat Christum Dominum Euangelistam, id est, non Legis  
 doctorem, non legislatorem, sed præconè Euangelij, Dabo, inquit,  
 Ierusalem Euangelistam. Cap. 52 extat dictum, quod credo omni-  
 bus vobis notum esse ex Paulo cap. 10 ad Rom. Quàm speciosi sunt  
 pedes Euangelisantium bona, Euangelizantium pacem. & 61 cap. e-  
 iusdem Prophætæ dicit Dominus nolter, Spiritus vnxit me, vt Eu-  
 angelizarem, vt docerem Euangelium. Habetis sat ex emplorum  
 Non necesse est in hac Grāmatica explicatione diutius immorari.

Premium ]

Cicero lib. 2 ad Atticum, epistola 27: O suaues epistolas tuas v-  
 no tempore mihi datas duas,  
 quibus Euangelia, quæ reddā  
 nescio, deberi quidem planè fa-  
 teor.

id est, præmia læti nuntij.  
 In hoc ex èplo agnoscitis, Eu-  
 angelium vsurpari pro præmio  
 læti nuntij.

Apud

apud multos scriptores]

Vt apud Plutarchum in vita  
Demetrii, pag. 306.

Lex per Moysen]

nihil docemus, quod fuit i-  
gnotum piæ verustati.

Paulus, Lex auget peccata,  
per Legem agnitio peccati.

Est venustissima similitudo  
de seruo medici, & de ipso medi-  
co. Moses cum sua Lege est simi-  
lis seruo famulo medici: Chri-

stus verò, qui attulit nobis gratiam & veritatem, est similis medico  
fido & fidei, & felici in medicatione. Quid agit seruus medici? Si  
seruus est, vt ægrotus vincitur, constringitur à seruo ante Domini  
uentum, vt hominem phreneticum non potest curare medicus,  
seruus priùs ligatum: postea verò venit medicus, ipse Dominus, & sa-  
lutat ægrotum: ita Lex præparat nos ad medicinam, quam affert Fi-  
lius Dei. Lex, inquit Paulus, est prædagogia ad Christum, id est, vt Au-  
gustinus inquit, medico præparat &c.

Præcepta & promissiones]

Sunt disparata, diuersa & dis-  
similia.

Est autem Lex]

Lex est tota copulatiua.

Quomodo hæc consentiant]

Metuunt culpam, vbi non est  
culpa, sicut faciunt hypocritæ o-  
mni tempore, trepidarunt timore, vbi non erat timor.

Euangelium est prædicationis penitentia, seruata partium pen-  
itentia distinctione, & cuiusque partis proprietate. Nam in pri-  
ma parte quæ nominatur contritio, aut arguit Euangelium in-  
soliditatem, aut declarat Le-

Iohan. 16 inquit Christus de  
Spiritu sancto, Spiritus arguet  
mundum de peccato, quia non  
credunt in me. De hoc loco mo-

tem, quia propriè in Euange-  
lio reuelatur, quis sit Filius Dei,  
quare missus sit.

Sunt magna certamina non necessaria, sed sophistica, sicut ho-

mines inquieti & turbulenti semper quærunt materias, de quibus sine fine rixentur. Simplicissima autem huius Loci enarratio hæc est, Spiritus sanctus arguet hanc speciem peccati, scilicet incredulitatem, ignorantiam aut contemptum Filij Dei voce Euangelij, quæ est declaratio Legis. Lex enim non docet quis sit Messias, & cur mittatur ad genus humanum: sed hæc doctrina propria est, & peculiare Euangelij. Neque multum interest, siue dicas Spiritum sanctum vocat, siue declarare per vocem Euangelij ipsam Legis concionem. Res est adeo perspicua & manifesta, vt etiam cæcis possit apparere, sed hominibus contentiosis & rixosis nunquam potest satisfieri, semper enim inueniunt rimulam, per quam elabantur.

Secunda pars & quidem principalis in conuersione tota est Euangelij, vt Gal. 3 scribitur, Lex non est ex fide: id est, fides oritur ex promissione Euangelij, non ex Lege.

Hæc auillatione vtuntur aliqui: Nonne dicis primum præceptum Decalogi postulare fidem, & tu ipse numeras fidem inter virtutes primi præcepti? Concedo: hæc vera sunt. Sed hoc etiam addendum est ex Paulo, quod verissimum est: nimirum, Quod fides non oriatur ex Lege, quod est impossibile, sed ex Euangelio. Ex Lege quidem timemus Deum, vt ait Augustinus, de Spiritu & litera, id est, audita Lege expauescimus, agnoscimus iram Dei aduersus nostra peccata, & metuentes æternam damnationem, sed fide diligimus Deum. Fides enim non est ex auditu Legis, sed ex auditu Euangelij, vt prolixè testatur Paulus Gal. 3: An, inquit, Spiritum accepistis ex auditu Legis? Non. Moyses attulit ex monte Sina, non Spiritum sanctum, sed duas lapideas tabulas, attulit literam, non Spiritum: sed ex promissione Euangelij vtrumque simul hauritur, & fides, & Spiritus sanctus. Gal. 3: Promissionem Spiritus fide accipimus. Res etiam est manifestissima. Veniamus ad tertiam partem pœnitentiæ.

Quod ad nouam obedientiam attinet, Lex ostendit, quæ actiones Deo placeant: Euangelium docet, quomodo fieri possint, & quomodo placeant.

Tres sunt partes pœnitentiæ, vt omnes concedimus sine controuersia. Prima est contritio, secunda pars est fides, & quidem anima pœnitentiæ: tertia est noua obedientia,

obediencia seu nouitas vitæ. Quid agit Lex in prima parte? Arguit  
 tantam molem peccatorum, originale & actualia. Quid agit Euan-  
 gelium in hac prima parte? Aut arguit ipsam incredulitatem, aut de-  
 clarat primum præceptum in accusatione peccati, cum Lex non do-  
 ceat, quid sit Messias, aut cur missus sit. In hanc sententiam inquit  
 Christus, Spiritus sanctus arguet mundum de peccato. In secunda  
 parte penitentia nihil habet loci Lex, sed in ea dominatur sola vox  
 Euangelij, vt Paulus inquit, Ideo ex fide gratis, vt sit firma promissio.  
 Quod si aliter volat quidem Lex fidem, sicut reliquas virtutes & opera bona,  
 ad fides, teste Paulo Gal. 3, ex auditu promissionis Euangelij oritur,  
 Lex promissionem habet se correlatiuè ipsa fides. In tertia parte, quæ  
 de promissione Legis. Ad Legem opera habent se correlatiuè,  
 Lex noua obediencia, quid agit Lex? est regula vitæ: monstrat, quæ o-  
 pera, & quos cultus Deus approbet: Euangelium verò duo officia  
 præstat, quorum alterum est docere de possibilitate, quomodo pos-  
 sit fieri bona opera in tanta infirmitate naturæ nostræ, inter tantas  
 diaboli insidias, inter tot impedimenta periculorum & negotiorum.  
 Alterum officium est, docere quomodo placeant Deo, cum sint o-  
 pera nostra imperfecta, manca & mutila, & longè distent à perfe-  
 ctione Legis. Ideo oportet nos singulis momentis orare, Remitte  
 nobis debita nostra. Videtis igitur an falsò dicatur, quòd Euan-  
 gelium sit prædicatio penitentia. Non intelligimus vocem peniten-  
 tia tantum de contritione, & quidem tali, quæ nihil aliud sit, quàm  
 dolor & dolor, qualis ex sola Lege est, sed intelligimus, vt Scriptura  
 inquit, de tota conuersione, complectente non tantum agnitio-  
 nem peccati, sed etiam fidem & fructus penitentia, hoc est, bona

[Habet enim ratio]

Quomodo potes hoc proba-  
 re, quòd homo habeat naturalè  
 notitiam Legis: non iam requiro testimonia Pauli Rom. 1 & 2, sed  
 proba per exempla? Probo exemplo primorum parentum, & ipsius  
 Caini, quòd homini sit notitia Legis in creatione insita. Primi par-  
 entes post lapsum quærun quidem latebras, sed cum accusarentur vo-  
 ce Dei, non negarunt factum, nec peccato prætexerunt ignoran-  
 tiam Legis. Sed Adam quidem deriuauit culpam in vxorem, Eua  
 deriuauit culpam in serpentem. Hæc historia euidentissimè testa-  
 tur, primos parentes habuisse notitiam Legis naturalem. Nondum

tum Moyses suam Legem in duabus tabulis generi humano proposuerat. hæc enim acciderunt ante Moysen. Deinde exemplum Cain eandem sententiam confirmat. Et si Cain post interfectum Abel aliquandiu negabat factum, inquit, Nunquid ego sum custos fratris mei? tamen paulò post conuictus testimonio conscientie & vocis diuina, non tantùm fatetur peccata, nec ullam prætexit ignorantiam Legis, sed modum etiam excedit in deploratione sui peccati, eandem hanc vocem plenam desperationis, Maior est iniquitas mea, quàm vt remitti possit.

Potestis ex his duobus exemplis intelligere, homines habere aliquam naturalem Legis notitiam, quia si notitia Legis non fuisset ante Moysen, vt multi fanatici cogitant, profectò nec Adam potuisset post lapsum agnoscere suum peccatum, nec Cain: cõtrarium autem ostendunt ipsæ historiæ.

Alia est promissio ]

Hæc tam sunt plana, vt videat vobis intempestiuam præstare beneuolentiam, si velim addere longiores declarationes.

Quia gratis ]

Videtur eum vrgere particulam Gratis.

Ad hoc certamen ]

Reuocate vobis in memoriã dictum Epiphani; sæpe repetitum, quod opus est, primum speculatione, deinde sensu. Quid vocat Epiphanius speculationem Grammaticam & Dialecticam diligentiam, & collationem Scripturarum. Quid autem vocat sensum? ipsam experientiam spiritualẽ in pauoribus & in consolatione. Apud Athenarum recitatur iocus cuiusdam Comici poetæ: Cùm Comicus poeta exhibuisset actionem scenicam, spectante Alexandro, & videret Alexandrum pergrinante animo fuisse spectatorem fabulæ, exclamauit ille poeta: Nemini placent Comediæ, nisi acceperit à mulierculis plagas. Ita nos possumus dicere de re graui, magna & serua, id est, de experientia spirituali: Nemini placet sacra Scriptura, nemini dulcesunt plagas & ingentia vulnera acceperit à Diabolo & mundo. Vt enim sani non mirantur, neque requirunt operam medici: sed ægroti Deo gratias agunt pro medicatione, quæ tollit aut mitigat acerbiteriam dolorum & cruciatuum in corpore: ita homines securi aut hypocrizæ audiunt

audiunt Euangelium peregrinante animo, cogitant interea de sua pecunia, aut de aliis rebus huius mundi. Qui verò habent corda percussata, & sentiunt vulnera cordis, iis grata, & iucunda, & salutaris est vox Euangelij. Theologia non est speculatiua, non est hominum speculatio, sed est practica, id est, habens vsum in inuocatione, in pœnitentiâ, denique in media morte. Aliæ doctrinæ omnes sive sint Papisticæ, sive philosophicæ, sive Turcicæ, sive Iudaicæ re-ferentes non habent talem vsum.

Fide accipi]

Quia fides habet se correlati-  
uè ad promissionem, sicut est co-  
nexus inter promissionem & fidem est similis connexio & copu-  
lacio indissolubilis inter maritum & vxorem in legitimo coniu-  
gatio.

Johan.]

1 Iohan. 5.

Neque obedientiam]

Particula Gratis non excludit præsentiam obedientiæ, sed me-  
ritum nostrum, vt in latrone emendato sunt multæ virtutes, vt  
nobis causa, contritio, fides, cõ-  
fessio, dilectio proximi, & tamẽ  
gratia est propositio: Latro est iu-  
stus sola fide, sine operib<sup>9</sup> Legis,  
sine merito suorũ operũ.

Gratis, particula exclusiua  
non excludit fidem, aut nouam  
obedientiam, aut cõtritionem,  
sed tantũ excludit meritum  
nostrum, vel opinionem meriti  
nostrum, & transfert causam tanti beneficii, quantum certè est remis-  
sio peccatorum, in solum meritum Christi, in solam obedientiam  
Christi. Opera bona non nocent, sed noli assuere hunc veterem pan-  
em, scilicet Pharisaicam opinionem meriti.

Vno verbo iustificationis]

Quia talis est connexio be-  
neficiorum Euangelij, vt vno  
dato cetera simul dentur, & v-  
no remoto reliqua simul remo-  
uantur.

Si habes remissionem pecca-  
torum, certò habes Spiritum  
sanctum, qui testificatur de gra-  
tia, qui est Spiritus gratiæ, item  
habes spem resurrectionis non  
ad iudicium & condemnatio-  
nem, sed ad vitam æternam. Rom. 8: Qui non pepercit Filio vnige-  
nito, sed pro nobis omnibus tradidit, quomodo non cum eo omnia



impulsiva est Filius Mediator, propter quem Deus omnia nobis donat.

Nostra] id est, Euangelica, ut quidam loquuntur. Nulla est Lex Euangelica, est inane nomen.

Nemo] Hypothesis sæpe iam confirmata.

Abraham] Iohann. 8: Vidit Abraham eum meum, & latatus est. Vidit, scilicet in promissione.

Iacob] Genes. 48: Angelus, qui me eripuit ex cunctis malis, benedicit filijs Ioseph, Ephraim & Manasse. & cap. 49: Non aueretur sceptrum à Iuda, donec veniat Schilo. Hæc de Messia sci manifestum est. id est, Saluator, promissus liberator.

Non loquitur de Angelo creato, sed de Filio Dei, qui est nuntius missus ad Ecclesiam. Nam eripere ex omnibus malis, non est naturæ creatæ, sed diuinæ.

Scriptum est] Genes. 15: Deo scilicet promittenti, imputatum est ei, scilicet hoc credere, hæc fides, syntaxis refertur ad sensum.

Paulus] Ephes. 3.1 Timoth. 3 vocat mysterium absconditum, id est, sapientiam ignotam rationi sine singulari patefactione.

Promissio de Christo] Inductio. Confirmat sententiam, quod idem sit Euangelium in Ecclesia, omnibus temporibus, inductione.

Paulatim clarius] Cum initio generaliter dictum esset de semine mulieris, postea restrictio ad certam speciem facta est, videlicet ad posteritatem Abraham & Daudis, ut certum esset in qua gente, quo loco, quo tempore Deus hunc Mediator

Salomon cap. 4. prouerb. inquit, Via iustorum est similis luci,

rem exhibiturus esset, & splendidiſſimè illustrata est promissio voce Prophetarum.

quæ crescit ab aurora vsque ad meridiem. Sicut ergo differunt aurora & lux meridianæ, sic differunt tempora Ecclesiæ. Idem

Sol manè oritur, & postea accedit ad meridianum, sed tamen gradus sunt lucis, quæ in aurora spargitur, & quæ in meridie cernitur. Ita paulatim promissio Euangelij clariùs repetita & illustrata est. Prima promissio promulgata primis parentibus est valde generalis, & propter genus habet non nihil obscuritatis, Semen mulieris conteret caput serpentis. Postea verò cum repeteretur promissio ad Abraham, & ad David, translata est thesis ad hypothelin, & genus declaratum est per speciem.

Obscura]

scilicet propter generalitatē

In te]

serpentem. Horrendum est, quòd impij dicuntur semē Diaboli.

Caput tuum]

Serpens non amittit vitam saluo capite, etiam si alix partes corporis sint dissectæ. Ideo discretè dicitur in prima promissione, Filium Dei Mediatorem conculcaturum caput serpentis, hoc est, vt Iohannes interpretatur, destrueturū opera Diaboli, quæ sunt peccatum & mors.

1 Ioh. 3 sic dicitur: Ideo Filius Dei apparuit, scilicet in carne, vt destruat opera Diaboli. Hæc verba

ba Iohannis interpretantur primam promissionē sine figura. Quod dicitur figuratè in prima promissione, hoc dicitur propriè sine figura à Iohanne. Antiquitas non fuit garrula, sed fuit brevis & succincta, sicut amans breuitatis, vt testantur aphorismi Hippocratis, quibus nihil potest esse breuius & rotundius. Tales aphorismi sunt multa dicta Moysis.

Tota]

Tota mundi historia est depicta in his verbis: Inimicitias

ponam &c. Quid est totius mundi historia, nisi tyrannus Diaboli, grassantis in genere humano, sophistica & manifesta vi? Alios lacerat Diabolus mendaciis, alios mordet & interficit homicidiis.

Affligantur in hac vita]

Credo vix aliquem esse ex adult-

adulterioribus in hoc ipso cœtu, quamuis paruo, qui non fenserit in  
sua vita aliquos crudeles morsus Diaboli. Aut læsit Diabolus tuum  
corpus, aut læsit tuam famam, aut læsit tuas facultates, aut tuam cõ-  
scientiam, quod est tristissimum vulnus.

Ad Abraham ]

Genes. 12 & 22.

Gemma insignis eminet promissio de Mediatore, aliquoties repeti-  
ta & illustrata in colloquiis cum patribus. Deus tradidit hanc pro-  
missionem primis parentibus post lapsum, hanc ipsam repetiuit ad  
Abraham, eandem repetiuit ad Isaac & Iacob. Ideo debetis amare  
Genesin propter hanc gemmam. In Exodo promulgatur Lex: ama-  
te Genesin propter Euangelium, Exodum propter Legem. In Ge-  
nesi dominatur promissio. In Exodo Lex.

*Significat enim ]*

Hæc promissio repetita ad  
Abraham enarratur à Paulo E-  
phes. 1. & Gal. 3.

Benedixit nos Deus omni be-  
nedictione spirituali in cælesti-  
bus &c. Quibus verbis significat  
Paulus benedictionem Abrahæ

promissam, non esse intelligendam de regno politico, quale Iudæi  
dominant, sed de bonis spiritualibus, cælestibus & æternis. Eodem  
modo interpretatur hanc promissionem Gal. 3, in hanc sententiam,  
qui sub Lege sunt, sunt sub maledictione, id est, sunt oppressi male-  
dictione, iuxta illud: Maledictus, qui non permanferit in omnibus  
que scripta sunt &c. Qui verò credunt in Christum, benedicentur  
omnibus fidelibus Abrahæ. Ideo enim Christus est factus pro nobis ma-  
ledictum, vt nos liberaret à maledictione Legis, vt benedictionem  
Abrahæ promissam consequeremur.

Exactis ]

cap. 3.

Abraham ]

Gen. 15. Quæro, an Abraham  
fuerit cultor idolorum, seu ido-  
latra, ante vocationem ex Vr Chaldæorum? Fuit. Vnde potes hoc  
probare? Ex libro Iosux 24 cap. Disertè scribitur Abraham coluisse  
idola, antequam vocaretur diuinitus ex Chaldæa. Ergo Abraham  
non potuit coram Deo allegare innocentiam & dignitatem suam,  
sed libenter agnouit & confessus est, se esse miserum peccatorem, nõ  
modo in peccatis conceptum, sed etiam pollutum cultu idolorum

& aliis multis delictis. Fuit vir magnus, heroicus & diuinus vir, vit  
Dei, sed tamen habuit sua peccata, quæ in omni vita deplorauit, pro-  
pter quæ petiuit à Deo remissionem peccatorum.

Sequuntur]

Hactenus ex Moyse confir-  
mauit sententiam propositam,  
quod idem sit Euangelium à principio. Nunc sequuntur testimo-  
nia ex psalmis & ex Esaia, quia Dauid & Esaia sunt præcipui Pro-  
phetæ post Moysen. Qui vultis esse studiosi Theologiæ, hunc ordi-  
nem seruate in lectione: primum omnium legite Genesim, qui liber  
est antiquissimus non modò in Ecclesia, sed etiam extra Ecclesiam.  
Totus mundus non habet antiquius scriptum, quàm Genesim. In  
nullo scripto sic recitatur series annorum à creatione, vt in Genesi.  
Nusquam extat descriptio creationis mundi & generis humani,  
nusquam extat historia de lapsu hominum & restitutione, nisi in  
Genesi, sed quod est præcipuum in illo libro, id maximè obseruetur,  
videlicet promissio de Mediatore tradita primis parentibus, &  
postea sæpe repetita in colloquiis cum patribus. Post Genesim le-  
gatis Exodum, in quo præcipuus locus est promulgatio Legis, quæ  
est altera pars doctrinæ Christianæ. Post hos libros legatur quin-  
tissimum scriptum, comprehendens summam Exodi, Leuitici  
& Numerorum: est enim veluti ἐπιλόγιον, seu repetitio. Post  
Moysen legatis psalmos: post psalterium, Esaia. In his libris vete-  
ris Testamenti verferis tanquam in tua domo, & in tua habitatio-  
ne, semper in his hæreas, habites, immoreris, & in tua habitatio-  
ne, dicta horum librorum tam familiaria, quàm sunt tibi noui tui  
& epistolam ad Romanos. Reliquos libros non extenuo, neque con-  
temno, non excludo, sed loquor de præcipuis scriptis, quorum le-  
ctio sepiusimè repetenda est.

Vt]

psal. 143.

Iustificabitur]

scilicet propria mundicie,  
propria dignitate, sine Media-  
tore.

Si]

psal. 130.

Dixi]

ps. 32 Beati quorū remissa &c.  
Item]

Item]

psal. 110: Dixit Dominus &c.  
Epistola ad Hebræos est com-  
mentarius psalms 110.

Suauissima]

Sed hæc carmina nemini dul-  
cescunt, nisi prius senserit mor-  
non cepit magna voluptatem ex spectaculis comædiarum, quia  
didicerat in gynæceis accipere plagas à multerculis: sic nemini  
dulcescunt suauissima carmina Dauidis, nisi acceperit plagas à Dia-  
bolo.

Sed tanta]

Querela. Donec res sunt se-  
cundæ, facillè potes dicere, Deus  
illiguit me, sed quâdo subitæ tempestates in nos irruunt, ibi labor est  
opus, dicere, Dominus est mea fortitudo, mea arx, meum præsi-  
dium. Hæc facillè dicuntur, sed sunt difficilissima in praxi.

Sed]

Præcisio inductionis.

Hactenus]

Epilogus totius Loci.

Euangelij promissio non tã-  
m est gratuita, sed etiam vniuersalis, id est, pertinet ad omnes qui  
accipiunt. Homo cruciatur duabus potissimum tentationi-  
bus, in vita & in morte. Prior est de indignitate, altera est de electio-  
ne seu de particularitate. Tentationi indignitatis opponatur vox  
Euangelij & particula Gratis. Tentationi electionis opponatur cõ-  
dehæde, vniuersalis promissio Euangelij, & in hanc quoque te in-  
ducas, tanquam in arculam, donec transeat tempestas, id est, ten-

Paulum]

Rom. 1.

Conclufit]

scilicet voce Legis, & signis  
reatus, id est, pœnis publicis &  
priuatis.

nn

FINIS LOCI DE EVAN-  
GELIO.

# STVDIOSIS IN ACADEMIA LIPSI CA S. D.



VI expetit finem, non fugiat media ad finem ducentia. Est autem finis, ad quem omnes articuli referuntur, caput in Synbolo, Credo remissionem peccatorum. Ideo enim credimus, Christum Deum & hominem natum esse ex Virgine, crucifixum & resuscitatum, vt per eum, & propter eum accipiamus remissionem peccatorum, cui adiuncta sunt, vel potius cognata beneficia, resurrectio corporum, & vita æterna. Si quis igitur summum fidei articulum de remissione peccatorum, vt par est, magnificat, is non fugiat, nec aspernetur piam explicationem eius doctrinæ, quam si vel tollas, vt Iudæi, vel depraves, sicut Papistæ, neque Deo debita gloria tribui potest, neque Ecclesia suum locum tenere ac tueri, neque reliqui fidei nostræ articuli inuiolati manere possunt. Quare hortor omnes studiosos pietatis, vt magna attentione, repetitionem Loci de Iustificatione audiant, ad quod quidem, vt paratiores veniant, breuiter in vestibulo recitabo historiam primorum parentum, quæ doctrinam hanc totam maximè illustrat, & nos de conuersione & de consolatione commonefacit. Vt autem in hac historia aliquot sententiis clarissimi præceptoris Philippi Melanthonis, id quæ faciam per motus exemplis summorum virorum, qui non dubitarunt à præceptoribus verba & sententias mutuari. Quis enim ignorat, Aristotelem plurima à Platone, Cyprianum à Tertulliano, Prosperum ab Augustino mutatum esse? sed non instituo huius facti Apologiam longiorem

giorem, cum libenter & ingenuè fatear, me amantissimi esse doctrinae & scriptorum Philippi. Bene & feliciter valete, & Deum orate, ut nobis diu concedat halcyonia ad repetitionem verae & necessariae doctrinae de Deo, & de aliis rebus bonis. Lipsia,

Anno Christi M. D. LXV.

die 14 Iunij.

Victorinus Strigelius.

## LOCVS DE IVSTIFICATIONE.

*Praefatio obiter excepta ante explicationem  
Loci de Iustificatione.*

**D**OCTRINA de Iustificatione seu de remissione peccatorum, quam nunc, Deo iuuante, ordimur, in capita octo, docendi & breuitatis causa distribuemus, quorum primum erit I. Grammatica declaratio vocabulorum iustitiae, fidei & gratiae. Oportet enim nos à Grammatica ordiri, quia verba sunt notae rerum. Si quis autem errat de notis seu signis, is etiam facile errorem concipit de rebus ipsis, quae significantur. II. Secundum caput erit concio poenitentiae. Quia sicut in curatione vulneris necesse est sentiri dolorem: ita in doctrina de Iustificatione, necesse est, homines commoneferi de poenitentia, hoc est, de agnitione peccati & irae Dei aduersus peccatum. Hac enim methodo utitur Paulus ipse in Epistola ad Romanos, cum in capitibus tribus, 1, 2 & 3 accusat gentes & Iudaeos, & tandem vniuersum genus humanum propter

- III. peccata. Tertium caput nostræ explicationis erit summa doctrinæ veræ, simplicis & sincere, de iustificatione peccatoris coram Deo. Vt enim Paulus post concionem pœnitentiæ recitat principalem statum, seu propositionem totius negotij in fine cap. 3 Rom. ita nobis idem erit faciendum. Nam omiſſa principali propositione nihil intelligi potest, nihil doceri, aut percipi. Postea in
- IV. capite quarto sequetur confirmatio propositionis & veræ sententiæ de iustificatione, sumpta partim ex Prophetis & Apostolicis scriptis, partim ex testimoniis piæ & eruditæ antiquitatis Græcæ & Latinæ, vt agnoscat consensum Orthodoxæ & Catholicæ Ecclesiæ Iesu Christi. In quinto capite differemus de causis iustificationis. Nihil enim sine mentione causarum rectè cognoscitur, iuxta peruulgatum Aristotelis axioma, Scire est rem per causas cognoscere. In sexto capite proponemus discrimen inter iustificationem & regenerationem. Etsi enim fide iustificamur simul & regeneramur, tamen aliud est iustificatio, aliud regeneratio. Hoc discrimen cum multi ignorent, aut non satis intelligant, totò, vt dicitur, caelo errant & hallucinantur in doctrina de iustificatione. Septimum caput declarat particulam exclusivam. Gratis, vel sola fide, vt nos vsitate loquimur in nostris Ecclesiis.
- VII. Octauum & postremum caput continebit refutationem earum opinionum, quæ vel corrumpunt Sophisticè articulum iustificationis, vel hoc caput in Symbolo prorsus delent. Credo remissionem peccatorum. In his octo capitibus nostræ versabitur explicatio. Ac soleo tali ordine seu methodo ista proponere, vt iuueni qui cogitaret iuuetus, hanc doctrinam fore infinitam & immensam. Credo autem, omnia his octo capitibus contineri, quæ & possunt, & debent sine longis ambagibus dici de hac tanta re: & hæc quidem de ordine & methodo. Nunc de dignitate & necessitate pauca obiter addam. Nam si vellemus hunc titulum. Vt autem in ceteris non fuimus longiores, quàm scholæ consuetudo postulat & discipulorum utilitas: ita etiam in hoc titulo non consumemus tot annos, quot consumserunt Græci in bello Troiano.
- Quanta igitur sit dignitas huius articuli, ex hac vna re affi-

ari potest, quòd finis est præstantissima causa. Nam finis gratia, reliqua omnia suscipiuntur. De qua sententia multa dicuntur in Dialecticis & physicis. Iam verò constat, articulum de remissione peccatorum, vel quod idem est, de iustificatione esse præcipuum in Symbolo, ad quod reliqui articuli tanquam ad scopum referuntur. Ideo enim assentimur ceteris articulis in Symbolo repositis, ut possimus per & propter Christum habere remissionem peccatorum, & si libet uti pluribus verbis synonymis, iustificationem coram Deo, imputationem iustitiæ, reconciliationem cum Deo, & acceptationem ad vitam æternam. Hæc enim aut earum sunt, aut connexa, nec sunt nimis subtiliter discernenda. Quod si dicitur recitas tuum symbolum, siue Apostolicum, siue Nicænum, cogita hunc esse finem aliorum articulorum, Credo remissionem peccatorum. Si quis autem habet remissionem peccatorum, is non dubitet de resurrectione corporum, aut de vita æterna. Nam iuxta hanc mortalem vitam, sed etiam corpus resuscitatum ex morte, & corpus copulatum cum anima. Deinde precatio Dominica, quam vulgò vocamus Pater noster, admoneat nos quotidie, & sine intermissione horis & momentis de hoc articulo. Est enim præcipua petitio in tota oratione Dominica, Remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris. Etsi enim ponitur loco præcipuo, tamen reliquis petitionibus præluere debet, sicut sæpe videmus in illis regulam valde utilem. Nihil possumus à Deo petere & expectare, nisi primùm iacto fundamento, hoc est, agnito Mediatoris, & propter eum accepta remissione peccatorum & reconciliatione, ut verbi causa, non potes petere panem quotidianum à Deo irritato, sed oportet te bona corpori necessaria petere à Deo propter Mediatoris & reconciliato, hoc est, quem statuas tibi remittere & condonare peccata. Tertiò, usus Sacramentorum est perpetua commemoratio de hoc præcipuo articulo doctrinæ Christianæ. Nam in Baptismo inquit diuus Petrus Act. 2: Agite penitentiam, & baptizamini unusquisque, ut accipiatis remissionem peccatorum: quasi dicat, Ideo baptizamur, ut recipiamur in gratiam à Deo propter meritum & obedientiam Filij Mediatoris, & sanctificemur

Spiritu sancto ad vitam æternam. De calice verò seu de altera parte Cœnæ Domini expressè dicitur in historia institutionis Cœnæ Domini, Hic calix est nouum Testamentum in meo sanguine, qui pro vobis effunditur in remissionem peccatorum. Videtis igitur ex hac breui inductione me vera dixisse, quando vsus fui hac aeuueratione, quòd videlicet articulus de remissione peccatorum sit præcipuus, & finis omnium aliorum articulorum. Nam ad hunc articulum, vt breuiter omnia repetam & colligam, refertur totum symbolum, & hic articulus dominatur in precatone seu inuocatione, & omnibus aliis petitionibus præluet, denique Sacramenta nihil aliud sunt, quàm sigilla obfignantia hunc articulum de remissione peccatorum, & testificantia applicari nobis remissionem peccatorum. Quod enim vniuersaliter dicitur in promissione Euangelij, hoc applicatur in vsu Sacramentorum singulis credentibus. Cerrè in absolutione ne huius etiã nos capiat obliuio, audimus hanc vocem dulcissimam, Confide Fili, remittuntur tibi peccata. Hæc est vox promissionis de remissione peccatorum. Sed satis sit hæc dixisse in hac breuitate temporis de dignitate huius doctrinæ, de qua nemo satis dignè differere potest, etiam si multos menses declamando consumat.

Sequitur, vt pauca dicamus, de necessitate seu vtilitate. Angeli, nato Christo, hunc hymnum canunt, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, hominibus lætitia. Non potest autem Deo & Filio eius Domino nostro Iesu Christo tribui vera gloria sine agnitione Mediatoris, & non accepta remissione peccatorum seu reconciliatione. Hoc enim est fundamentum veræ gloriæ, de qua canunt angeli, Gloria in excelsis Deo. Hanc gloriam describit Paulus Cor. 1. & Hebr. 1 inquit, Christus Dominus & saluator noster transtulit nos ex potestate tenebrarum in regnum lucis, in quo habemus remissionem peccatorum per sanguinem ipsius. Et Hebr. 1: Qui purgatione peccatorum nostrorum per semet ipsum facta, confedit ad dextram maiestatis in excelsis. Econtrà, qui hunc articulum aut omnino ignorant, aut corrumpunt, aut delent, ne quidem intelligere & somnare possunt, quid sit gloria, de qua canunt angeli. Deinde non possunt in hominibus existere pax & lætitia spiritualis, nisi hoc fundamentum iacto, videlicet agnitione Mediatoris,

tatore & accepta per eum remissione peccatorum. Pax enim  
 in loco significat tranquillitatem conscientiae seu cordis, ortam  
 a fide & spe. Hanc comitatur sua sponte tanquam effectus proprius  
 caritatis, qua obediunt Deo volentes in vita priuata, in vocatione  
 seu functione publica, & in ipsis ærumnis ac in media morte, sicut  
 de Stephano dicitur, Ibat ouans animis, & spe sua damna leuabat.  
 Denique ne sim longior, & ne nobis effluat tota hora inter pro-  
 phetia, certissimum est, non posse Deum inuocari, nec Eccle-  
 siam discerni ab aliis sectis, amissa luce doctrinae de iustitia fidei.  
 Quis inscitia seu ignorantia tantas parit tenebras in Ecclesia,  
 quanta quondam dicuntur in Sicilia fuisse eruptione Aethneo-  
 rum ignium. Tante autem fuerunt illae tenebrae, ut scribit Cicero,  
 nemo hominem per biduum non agnosceret. Talis est, & tam mi-  
 serandus status Ecclesiae, in qua ignoratur aut corrumpitur, quasi  
 sero infuso, saluberrimum balsamum, videlicet doctrina de iustifi-  
 catione. Agamus igitur Deo gratias, quatas animus noster conci-  
 pere potest, quod in hac vltima senecta mundi & Ecclesiae Deus  
 conatus est hanc lucem nobis reddere, & simul precemur Deum,  
 ut hanc lucem, in qua ambulamus, conseruet, nec sinat eam  
 contingi ullis furoribus bellicis, aut domesticis disidiis, aut alia  
 quacunque fatali calamitate. Ambulemus in luce, inquit

Dominus, dum lucem habemus, quia qui

in tenebris ambulant, facile im-

pingunt & praeci-

tantur.



# Enarratio vocabulorum, Iusti- tiæ & Gratia.

## C A P. I.

**M**ENELAVS apud Euripidem inquit, se diurna conuersatione inter barbaros factum esse barbarum. Vt enim iuxta claudū habitans, claudicare discit. secundum prouerbum: ita qui versatur inter barbaricas gentes, non potest aliter facere, quin induat aliquem habitum illius barbariei, & quasi coloretur illo colore barbarico. Idem accidit Ecclesie Dei aliquot seculis superioribus. Cū enim bonæ literæ essent extinctæ, & regnaret in scholis barbaries sophistica, inter alia bona amissa est etiā natiua significatio & interpretatio vocabulorum iustitiæ, fidei & gratiæ, & excogitatæ sunt à Sophistis peregrinæ, nouæ, & veræ Ecclesie ignotæ significationes. Nam iustificationem intellexerunt de mutatione qualitatum, vt si dicas, Calor factio est impressio caloris, vel transfusio caloris in aquam: ita finxerunt hominem iustum esse qualitibus, siue à ratione, siue aliunde ortis, quod est falsissimum. Non enim iustificamur vlla qualitate in nobis hærente, siue sit orta à ratione, siue profecta aliunde, sed iustificamur sola fide, id est fiducia Mediatoris Christi crucifixi pro nobis & resuscitati, sicut Propheta inquit E saias cap. 53: Seruus meus, id est, Christus notitia sui, id est, fiducia sui iustificabit multos. Paulus inquit Rom. 3: Iustificati gratis per gratiam ipsius, non dicit, nostris qualitibus hærentibus in nobis. Deinde finxerunt noui illi doctores in Ecclesia appellatione fidei tantum significari noticiam historicam de Christo, qualis etiam est in Diabolis, & nostra memoria Eccies & alij acerrimè contenderunt in colloquiis & conuentibus Imperij, nequaquam fidem vsurpandam esse pro fiducia, quam acquiescimus in Deo propter Mediatorem, seu qua accipimus remissionem peccatorum. Postremò vocabulum gratiæ interpretati sunt sophisticè de nouis motibus excitatis à Spiritu sancto. Quamquam autem verum est, semper cum iustificatione coniunctam esse inseparabiliter ipsam regenerationem & renouationem, quæ si per Spiritum sanctum, quia simul fiunt iustificatio & regeneratio, tamēn gratia principaliter significat misericordiam Dei & diuinam acceptationem, non significat motus & qualitates in nobis. Ergo oportet

oportet nos dediscere istas interpretationes barbaricas & sophisticas horum vocabulorum, quibus Paulus in hac materia perpetuò utitur, & discere nouam linguam, quæ quidem re ipsa non est noua, sed propter barbariem videtur esse noua, etsi veteri quoque & priori Ecclesiæ fuit notissima, quæ non ex suo cerebro illam excogitauit, sed à Paulo didicit ac desumpsit.

Ecclesia non gignit nouam doctrinam: sed tãquam discipula reuerenter audit b vocem diuinam, & retinet natiuam significationem c verborũ & phrasum, & refutat sophisticam affirmationem dictis Prophetis & Apostolicis alienas significationes.

Interea erat sollicita de rebus corpori necessariis, de victu. Maria sedebat tãquam discipula ad pedes Christi, & audiebat vocem Domini de maximis rebus. Hæc Maria est imago veræ Ecclesiæ, quæ tãquam discipula sedet ad pedes Christi. Audi (inquit psalm.) filia, & inclina aurem tuam, & concupiscet rex decorem tuum. Verba sunt intelligenda de subiecta materia, sicut patitur naturarum, de quibus aliquid commemoratur.

Ordinar igitur doctrinam de iustificatione à Grammatica designatione vocabulorum iustitiæ, fidei & gratiæ.

Enim amissa verborũ proprietate, quæ rerum notæ sunt, aliis constringi res necesse est.

Signis mutatis mutantur res signatæ. Aristoteles, Quæ admodum (inquit) ignarus Arithmeti-  
cæ facile decipitur in computando: ita ignorâtes vim verborum, errant de rebus ipsis.

Est autem triplex vsus vocabuli iustitiæ. Primùm sæpe vsurpatur nomen iustitiæ pro iustitia vniuersali, quæ est obedientia iuxta omnes leges, vt cum Aristoteles nominatur iustus, intelligitur vir nullius criminis reus.

Græcè ἀνεγκλιητός. Paulus requirit in Episcopo, non vt sit

a Hesiodus scripsit Theogoniam de multitudine Deorum, de Saturno, Ioue &c. Talè Theologiam nos non importamus in Ecclesiam.

b Proponite vobis imaginẽ Mariæ sororis Marthæ, de qua dicit Dominus apud Lucam, Maria elegit optimã partem, id est, verbũ Dei, vocem diuinã. Mar-

ria elegit optimã partem, id est, verbũ Dei, vocem diuinã. Maria elegit optimã partem, id est, verbũ Dei, vocem diuinã. Maria elegit optimã partem, id est, verbũ Dei, vocem diuinã.

Signis mutatis mutantur res signatæ. Aristoteles, Quæ admodum (inquit) ignarus Arithmeti-

Græcè ἀνεγκλιητός. Paulus requirit in Episcopo, non vt sit

sed obediens omnibus legibus in externa disciplina.

στυλάτῃ, id est, sine peccato, quod est impossibile, sed hoc po-  
stulat, ut sit ἀνέγκλητος, id est, nullius sceleris vel criminis crimi-  
num expers, potest admitti ad ministeriū. Ἀναμάτητος, significat  
eum qui est sine peccato, talis nemo est, nisi solus Dominus, de quo  
dicitur, Non fecit peccatum, non est inuentus dolus in ore eius, sed  
de ceteris omnibus verum est, quod ait Iohannes, Si dicimus, nos  
non habere peccatum, sumus mendaces, & decipimus nos ipsos: sed  
possumus esse per Dei gratiam ἀνέγκλητοι, id est, integri vitæ, sceleris-  
que puri, ut ait Horatius.

2. Deinde significat iustitiam particularem, quæ suam cuique tri-  
buit, ut mercator est iustus, qui non defraudat emptores. Hæ sunt  
significationes Legi conuenientes, quibus etiam Propheta & A-  
postoli vtuntur, concionantes de iustitia operum, ut psal. 119, de iu-  
stitia vniuersali loquitur: Feci iudicium & iustitiam. Et Iohan. [I  
Iohan. 3.] Qui facit iustitiam, iustus est. De iustitia verò particulari  
in psal. 7 dicitur: Iudica me, Domine, secundum iustitiam meam,  
hoc est, secundum hanc causam iustam, in qua Saul me falsò cri-  
minatur, quòd sim seditiosus, & velim eum ex regno excutere, tu  
sis testis, me non habere hanc iniustitiam.

3. Tertius vsus proprius est Euangelij, ut cum dicimus: Lato in  
cruce est iustus fide: id est, acceptus Deo, seu placens Deo, & dona-  
tus remissione peccatorum propter Mediatorem. Quia enim Le-  
gi diuina non præstamus per-  
fectam obedientiam, Ideo in  
Euangelio proponitur gratui-  
ta reconciliatio propter Media-  
torem, quæ nominatur impu-  
tatio iustitiæ.

Ad quod prædicamentum  
pertinet vocabulū iustitiæ, sicut  
vsurpatur à philosophis? Ad præ-  
dicamentum qualitatis. Ad quæ  
dicamentum qualitatis. Ad quæ  
speciem pertinet? ad primam, quæ  
est habitus. Qualis est habitus?

Iustitia vel vniuersalis, vel particularis secundum philosophos? est  
habitus voluntatis, sicut dicunt Iurisperiti, de particulari iusti-  
tia, quòd sit constans & perpetua voluntas, id est, ἀειαίσιος, pro-  
positum constans & firmum, tribuens suum cuique, vel Geometri-  
ca proportione, vel Arithmetica. Sed in quo prædicamento est iu-  
stitia,

Alia, de qua concionatur Euangelium? In prædicamento Relationis. Quæro an iustitia latronis in cruce tantum sit relatio rationis? est relatio realis. Quod est fundamentum? Obedientia Christi Mediatoris, qui pendeat tunc à latere latronis, est fundamentum huius iustitiæ relatiuæ. Quod autem res ita se habeat, docet Paulus inquitens, Per redemptionem, quæ est in Christo.

Quantquam igitur in vera contritione sunt plures motus: tamen vocabulum iustificari phrasi Euangelica haud dubiè significat accipere remissionem, reconciliationem ac imputationem iustitiæ, vt Lucæ 18 de publicano scribitur: Descendit iustificatus in domum suam, id est, absolutus à reatu, & fide cõsecutus remissionem peccatorum, recõciliationem cum Deo, imputationem iustitiæ, & acceptionem uitæ æternam.

Dicat aliquis, Tu fingis has interpretationes, sunt hæc coarctata & contorta. Non. Considera precationem miseri hominis publicani, magni peccatoris, vt omnes sumus magni, sed alij in alijs gradibus. Quid dicit ille miser? Domine, sis propitius mihi peccatori. Quid est esse propitium? nõnne significat remittere peccata, aboluere aliquem à pœna & culpa? Hunc verò Christum postea dicit descendisse iustificatum, hoc est, donatum & reconciliatũ cum Deo.

Sic Rom. 5 dicitur, Iustificati fide pacem habemus, id est, concuti remissionem peccatorum gratis, & reconciliati Deo per Mediatorem, & accepti Deo imputata nobis iustitia, sentimus pacem & læticiam acquiescentem in Deo, & duce Christo, accedimus ad Deum petentes & expectantes ab eo bona. Quod enim comprehendatur remissio peccatorum in vocabulo iustificationis, ex dicto Pauli Rom. 4 manifestũ est, vbi expressè inquit:

Sicut & David dicit beatitudinem esse hominis, cui Deus imputat iustitiam sine operibus, Beati quorum tecta sunt peccata.

Hæc satis sit breuiter dixisse de primo vocabulo, id est, de iustitia & iustificatione. Studiosi philosophiæ moralis sæpe auerunt distinctionem legalis iustitiæ & Euangelicæ. Quare non vtar repetitionibus & declarationibus non necessariis & intempestiuis, sed spero rem satis intelligi. Itaque accedo ad sequens vocabulum fidei.

Quod autem fides in sermone Prophetico & Apostolico significet fiduciam Mediatoris ac misericordiam promissam propter Mediatorem, testimonia, quae sequuntur, satis declarant.

Rom. 4: Ideo ex fide gratis, ut sit firma promissio. Hic differet Paulus confert fidem & promissionem, ut testetur fidem non tantum esse notitiam assentientem historiis, sed multo magis fiducia

2 Cor. 1.

acquiescentem in promissione diuina. Omnes autem promissiones in Christo sunt Amen, id est, includunt Christum Mediatorem, sine quo nihil Deus nobiscum agit.

Qui didicerunt Dialecticam, intelligunt, qualis sit connexio inter correlatiua. Nam vno horum posito, ponitur alterum, vno destructo, destruitur alterum, imò ne quidem intelligi potest vnum sine altero, ut pater est filij pater, filius est patris filius. Non potest mihi dare Patrem sine filio, nec filium sine patre. Vno horum cessante, cessat & extinguitur alterum: ita habent se correlatiue, sunt ἀντιστροφαι, fides & promissio. Promissio non est nobis firma: Nobis dico, id est, respectu nostri, nisi apprehendatur fide. Contra fides est inanis imaginatio, & somnium inane, nisi nitatur promissione, veluti anchora & petra firmissima. D. Lutherus solebat dicere de hac connexione: Qualis est copulatio maris & foeminae in matrimonio legitimo, quod est foedus indissolubile & perpetuum: talis est connexio fidei & promissionis. *Ste sind einander zur Ehe gegeben/ vnd können nicht gescheiden werden.*

Ephes. 3. Per quem habemus accessum & libertatem loquendi cum Deo in fiducia, quae est per fidem ipsius. In hoc dicto primum nominatur accessus.

Quomodo differunt ἀδελφότης & προσευχή? Magna laus est Principis, quando vocatur in historiis ἐν ἀδελφότητι, qui omnibus praebet facilem ad se aditum, cuius fores, ut ita dicam, omnibus patent. Alexander fuit talis Princeps, qui semper alteram aurem reseruabat reo. προσευχή secundum etymologiam vocabuli est adductio seu deductio. Tu potes ad aliquem venire solus sine comite & duce. Id nominatur ἀδελφότης, sed προσευχή non fit sine duce & comite. Dicit igitur Paulus, nos primum beneficium Christi habere aditum & accessum ipso Christo praeuente tanquam duce.

Nam

Nam mens perterrefacta agnitione peccati fugit Deum. Huic  
fugæ opponitur vocabulū ac-  
cessus, & ne sit trepidus acces-  
sus, adduntur plures circum-  
stantiæ.

Nullum est maius ornamen-  
tum orationis, quàm si crescat  
per gradus. Rhetores vocant in-  
crementum ἀξίον. Est autem

ἀξίον vel in singulis verbis, vel in integris sententiis. Hoc loco a-  
pud Paulum est ἀξίον in ponderibus verborum: primus gradus  
est accessus, secundus παρρησία, id est, libertas loquendi, tertius &  
summus est fiducia non dubitans de clementia & exauditione.

Accede in fiducia, id est, statuens te clementer recipi, non acce-  
de, vt venit latro in conspectū  
iudicis laturo sententiā de sup-  
plicio. Plus est deinde παρρησία.

παρρησία, libertas linguæ vel  
sermonis. Apud Plautum venu-  
stè dicit quidam seruulus, Herus

meus iussit me habere liberam linguam, & seruam operam, id est,  
iussit me habere παρρησίαν, libertatem loquendi, admonendi. Sed  
nunc alia regula traditur in aulis. Herus meus iussit me habere ser-  
uam linguam, & liberam operam.

Pauper verecundus etiam bene sentiens de amico diuite, tam

non audeat illi suam necessitatem  
revelare: ita nos multò timi-  
dus petimus, imò fugitantes  
petimus. Iubet igitur vt in-  
gentie & liberè te aperias totū,  
causis petere à Deo necessaria.

psalm. 62: Effundite corda  
vestra ò populi, coram Domino,  
id est, effundite omnes vestras  
cogitationes, omnes affectus, ge-  
mitus, suspiria, preces, vota.

Postremò addit causam talis accessus, & refutat obiectionem  
indignitatis. Etsi sumus indigni, tamen sic accedimus non freti  
nostra iustitia, sed freti promif-  
sione, prelio, & intercessione

Filij Dei.

Sumamus exemplum huius  
regulæ Paulinæ, quia omnia, vt  
sæpe solemus dicere, iudicant ho-

mines aut regulis, aut exemplis. Daniel cap. 3 precatur pro tota Ec-  
clesia, non tantum pro sua persona ( quia semper debemus comple-  
cti Ecclesiam, quoties à Deo petimus bona nobis necessaria. Quo-  
modo enim potest membrum obliuisci eius corporis, cuius est

membrum, & cui insertum est?) & inter alia inquit: Prosterminimus coram te nostras preces, non in iustificationibus nostris, sed in misericordiationibus tuis multis, exaudi nos, exaudi nos propter Dominum, id est, propter promissum Messiam. In hoc exemplo videris, quasi fiducia accedat Daniel ad Deum, non fretus propria dignitate, aut propriis viribus, sed fiducia vnus & solius Mediatoris, qui tunc erat venturus, nunc venit & exhibitus est. Primum in ea precatione est confessio peccati & indignitatis. Peccauimus (inquit) nos cum patribus nostris; iniquè egimus, discessimus à viis tuis &c. Quia Deus postulat à nobis confessionem nostræ miseriae. Deinde addit aliam confessionem, qua tribuit Deo laudem misericordiae promissæ recipi & saluari in Ecclesia & cum Ecclesia: quia, ut antea dictum est, membrum non debet expetere propriam salutem sine salute corporis, hoc est, Ecclesia.

Abacuc. 2: Iustus fide sua viuet: Nemo autem iustus & beatus est sola notitia. Neceffe est igitur fidem, de qua Abacuc amplissimum præconium facit, intelligi non de sola notitia: sed multò magis de fiducia victrice paucorum & dubitationum.

Mementote hunc aphorismum propositum, quem loco Symboli vsurpat D. Paulus Apostolus. Sæpe enim reperit hunc aphorismum, vt Rom. 1. Gal. 3. & aliàs sæpe. Iam si fides significaret solam notitiam, iam si fides diceret Propheta, Iustus fide sua viuit. Nemo enim viuit, aut potest viuere sola notitia. Neminem iustum aut beatum facit sola speculatio, sola <sup>dispositio</sup> <sup>dispositio</sup>. Ergo neceffe est voce fidei etiam comprehendi præter notitiam, fiduciam requiescentem in ipsa vita, quæ est Filius Dei. Quoties auditis talia dicta de fide & de effectibus fidei, sitis Dialectici, & versimini cogitatione in prædicamento relationis. Sicut enim hæc oratio est correlatiuè intelligenda: Fide sumus iusti, id est, propter Filium Mediatorem crucifixum pro nobis & resuscitatum: ita etiam hæc vox Propheta: Fide iustus viuit, est correlatiua, id est, amplectitur & osculatur, vt ait psal. 2, Dominum, in quo est lux & vita. Iohan. 1. In ipso vita erat, & vita erat lux hominum. Sicut initio creationis omnia sunt viuificata per Filium, quæ habent vitam: ita credentes omnibus temporibus mundi vsque ad finem viuificati sunt, viuificantur.

tantur, & deinceps viuificabuntur per λόγον Filium Dei, qui dicitur Iohan. 14: Ego sum via, veritas, & vita. Item: Ego uiuo, & vos uiuete. Et Iohan. 6: Sicut ego uiuo propter Patrem: ita manducans meam carnem & bibens meum sanguinem, uiuet propter me. Ergo hæc oratio de fide iustificante & viuificante intelligatur correlatiue. Non uiuimus beneficio fidei, tanquam operis aut virtutis accedentis in nostris cordibus, sed uiuimus merito & efficacia Filij Dei: primum Christus meritis est tibi vitam sua obedientia, deinde efficit vitam sua diuina potentia.

Rom. 5: Iustificati fide pacem habemus. Hæc pax seu tranquillitas orta à fide est in corde non in fugiente Deum, sed ad Deum procedente, & petente atque expectante ab eo bona.

Hæc est popularis, potest ab omnibus intelligi, etiam à vulgo. Sicut differunt annulus aureus & gemma inserta annulo: ita differunt fides & Christus. Sicut igitur annulus magni fit & æstimatur nõ propter exiguam massulam auri, sed propter Adamantem, aut aliam preciosam gemmam, quam habet inclusam & sibi insertam: ita quod dicitur de fide, quod iustificet, aut uiuificet, aut pacem nobis affert. Hæc intelligantur propriè & principaliter de Christo, qui est beneficium vnicum, aut certè præcipuum fidei: & sciamus, hos effectus tribui fidei, non vt causæ principali & propriæ, sed vt instrumento seu organo. Nam non alio medio, non alio organo, non alio instrumento possumus apprehendere Christum, nisi fide.

Postremò & hæc argumenta ostendunt, fidem esse fiduciam misericordiam: quia necesse est scire fidem Ecclesiæ à notitia dæmonum, de qua Iacobus loquit: Dæmones credunt & contremiscunt.

quia fides in Paulo accenditur per Spiritum sanctum, sed notitia dæmonibus est opus rationis sine Spiritu sancto. Deinde differunt fides Pauli & fides dæmonum obiectis: quia notitia in dæmonibus tantum intuetur historiam, quam scit esse veram. Scit enim Dia-

Quot modis differunt fides Pauli & fides Diaboli tribus modis. Primum causa efficiēte, deinde obiectis, tertio effectibus. Primum dico differre efficiēte caus-

bolus Christum natum esse ex Virgine, passum, resuscitatum, abiisse in cælum, & sedere ad dextram Patris, & paulò post reditum ad iudicandum viuos & mortuos. Hæc omnia scit esse verissima, sed non intuetur additam promissionem, quam scit ad se non pertinere, quia in Symbolo Niceno dicitur, Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit è cælis. Et in epistola ad Hebr. cap. 2: Non angelos assumfit, sed semen Abraham, vt testaretur beneficium redemptionis non ad Diabolos pertinere, sed ad solos homines. Sed nostra fides, Pauli, Abraham & omnium sanctorum, non tantùm considerat historiam, cuius notitia est necessaria, sed omnium maximè est defixa in promissionem traditam in Euâgelio: sic Deus dilexit mundum &c.

Tertium discrimen sumitur ab effectibus. Effectus notitia in Diabolis sunt fuga & fremitus aduersus Deum, teste Iacobo: Demones credunt & contremiscunt. Nolite dubitare, quin Diabolus sentiat impendere, & quasi in foribus esse postremum iudicium. Ideo tanquam impositurus colophonem, & additurus extremum actum suæ fabulæ, nunc rabiosè sæuit & grassatur in tyrannis, in fanaticis hominibus, in falsis fratribus, in hypocritis, in falsis litibus, bella ex bellis, seditiones ex seditionibus, vt ante lætissimam nobis *καταστροφήν* expleat aliquo modo nocendi cupiditatem & *ἀπάρρηκτον* insanabilem, sicut testatur Apocalypsis Iohannis cap. 12: Descendit (inquit) Diabolus ad vos, qui habitatis in terra, habens iram magnam, sciens quòd non habeat multum temporis.

Item: Quia vera fides luctatur cum tentationibus, & est victoria, quæ a vincit mundum, vt Iohan. 5 scribitur, Sola autè notitia nō est victrix mortis.

a scilicet instrumentaliter. Principaliter hæc dicuntur de Christo: Ipse contriuit caput serpentis, non solùm in suo corpore, sed etiam in nobis, teste Paulo: Conculcabit Satanam sub pedibus nostris.

b Dic testimonium de hac sententia, quòd vincamus Diabolum & mundum, & omnes res aduersas per Filium Dei, 1 Cor. 15: Deo sit gratia, qui dat nobis victoriã per Dominum nostrum Iesum Christum. Hanc autem fide apprehendimus & amplectimur, & retinemus. Ideo etiam quanquam minùs propriè & instrumentaliter tribuitur hæc victoria fidei, cum sit propria Filij Dei. Vincimus e-  
trium non propriis viribus, sed per Filium Dei. Alterum illustre testi-  
monium

monium, extat Rom. 8: Verum superamus omnia per eum, qui dilexit nos. Quis dilexit te? non tantum Pater, sed etiam Filius, vt testatur Paulus Gal. 1: Qui dilexit me, & tradidit semet ipsum pro me.

Præterea fiducia misericordix excutitur lapsibus contra conscientiam, manente notitia in parte cognoscente.

Spero ex hac recitatione testimoniorum & argumentorum nemini obscurum esse, quid fides significet. Est igitur fides assensus omni verbo Dei nobis tradito, atque ita promissioni gratix, & est fiducia acquiescens in Deo propter Filiū, accedens ad Deum, & inuocans eum, & clamans,

Abba Pater, quæ sentitur in creantibus, & in veris pauoribus consistit consolationem & latitudinem.

Est illustris descriptio sumpta ab effectibus: sed nunc declarabo vnam tantum particulam: Quare dicitur, omni verbo Dei

NOBIS tradito? Multa leguntur

in sacris literis, quæ ad nos nec debent, nec possunt applicari, vt Abraham promissa est terra Chanaan. Hæc promissio nihil ad nos pertinet. Satis est igitur historiam scire, quod Abraham olim sit possessa certa sedes ad Iordanem. Illa promissio iam cessat, deleta polita. Sic Angelus dicit ad Mariam Luc. 1: Concipies & paries Filium. Hæc nihil ad nos, Ego non sum mater Christi, tu etiam non es mater Christi, sine allegoria. Nam quod Christus dicit, Qui audit vocem meam, is est frater meus, & mater mea: id intelligitur allegoricè, proprie loquendo, sola Maria est mater Christi. Ex hac enim assumitur naturam naturæ humanæ, non aliunde: sed sunt alia verba Dei, quæ ad nos omnes & singulos sine exceptione pertinent. Quare singuli applicant sibi verbum Dei, quod ad omnes & totum mundum pertinet, quale est illud Iohan 3: Omnis, qui credit in Filium, habet vitam æternam. Qui non credit, iam iudicatus est, & ira Dei manet super eum. Deinde memineritis dictum Salomonis Prouerb. 30: Omne verbum Dei purgatum est clypeus credenti. Cur dicit, omne verbum Dei purgatum? Quare non simpliciter dicit, Omne verbum Dei est clypeus? Quia vult verbum Dei intelligi sine corruptela & sine carnalibus imaginationibus, iuxta mentem & voluntatem Dei, non iuxta nostram imaginationem. Exemplum in Apocalypsi scribitur, Agnus occisus est ab origine mundi. In hunc locum incidens aliquis, dicit, Profectò ego lego expressa verba, quibus nemo

pius potest contradicere. Difertè & expresse dicit Iohannes in Apocalypsi: Agnus, id est, Christus occisus seu mactatus est ab origine mundi, hoc est, post conditum genus humanum, & post conditam Ecclesiam. Quid hæc verba sibi volunt? An Christus millies est crucifixus & occisus? Non, sed hæc est natiua sententia: Etsi certum sit tempus destinatum passioni & mactationi huius agni, & effusioni sanguinis ipsius, tamen meritum huius mactationis & passionis est omnium temporum & ætatum, pertinet ad omnes credentes vniuersaliter, & non minus prodest primis parætib; in paradiso, quàm mihi aut tibi, das heist verbum Dei purgatum.

Antequam de vocabulo Gratia dicere incipiam, quod fiet, si prius pauca dictata fuerint de discrimine inter fidem, & spem, & dilectionem, reuocabo iunioribus in memoriam secundam regulam traditam in prædicamento relationis. Omne vocabulū relationum teriturur inter duo extrema, quorum alterum est fundamentum, & terminus. Hanc regulam ideo repeto, quia iustificatio, fides, & gratia non sunt vocabula absoluta, sed relatiua. Quarendum est igitur in singulis vtrumque extremum, fundamentum & terminus, ut ipsa relatio rectius intelligatur. Fundamentum iustificationis nostræ coram Deo est obedientia & meritum Filij Dei, iuxta dictum Rom. 5: Sicut per vnus inobedientiam multi constituti sunt peccatores: ita per vnus obedientiam multi iustificabuntur. Terminus iustificationis est persona agens pœnitentiam, & credens in Filium Dei. Ipsa verò relatio, quæ propriè nominatur iustificatio, est applicatio obedientiæ & meriti Christi ad personam agentem pœnitentiam & credentem: quæ applicatio nihil est aliud, nisi remissio peccatorum, & imputatio iustitiæ, & reconciliatio cum Deo. Fundamentum fidei est in mente notitia & assensus, in voluntate est fiducia. Terminus fidei est obiectum, scilicet, omne verbum Dei nobis traditum & rectè intellectum sine carnalibus imaginationibus, & sine corruptelis, & in hoc promissio gratiæ, quæ velut gemma infignis eminet inter dicta cælestia. Relatio, quæ vocatur fides, est applicatio notitiæ, assensionis & fiducia ad verbum Dei, atque in primis ad promissionem gratiæ. Nam fides, vt paulò post diceretur, est virtus apprehensiuæ, quæ apprehendit obiectum monstratū. Fundamentum gratiæ (vt veniamus ad id, quod nunc nobis propositum est ad declarandum) est misericordia in Deo, quæ non est accidens, vt in nobis, sed est ipsa Dei essentia, sicut inquit in sua Canonica Iohannes, Deus est

charitas. Non tantum hoc dicit, Deus diligit nos, sed est ipsa dilectio, seu ipsa charitas. Terminus gratiae est persona placens Deo, seu accepta Deo. Ipsa relatio vocabuli Gratiae est acceptatio, qua Deus propter Christum nos gratis recipit, & facit haeredes vitae aeternae. Vt autem vocabulum Gratiae rectius intelligatur, discernenda est haec duo vocabula habent se correlatiue, fauor & gratia. Fauor significat actiue beneuolentiam, qua alios homines complectimur. Gratia uero significat Latinis acceptationem, ut sic loquar, passiuam: ut cum dicimus, Maecenas est in magna gratia Augusti, id est, placet Augusto, acceptus est Augusto. Et haec quidem est consuetudo sermonis Latini, ut nouerunt omnes, qui versantur in scriptis Ciceronis, & in aliis bonis autoribus Latinis. Sed Hebraei propter angustiam sui sermonis vno vocabulo Gratiae complectuntur fauorem & gratiam. Quare vocabulum gratiae Hebraeis significat actiue & passiuue.

Differunt autem fides & spes: quia fides & notitiam significat, & deinde fiduciam accipientem

praesens beneficium, scilicet remissionem peccatorum. Spes autem est expectatio futurae liberationis.

Cognatae virtutes sunt fides & spes, nec tamen sunt confundendae, sed prudenter discernendae. Fiducia est actus, ut in scholis loquimur, non modò fidei,

sed etiam spei, sed differunt fides & spes. Quia fides accipit praesens beneficium, quod nunc offertur, videlicet remissionem peccatorum, ut Christus inquit ad paralyticum, Matth. 9: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua, & ad mulierculam peccatricem, Luc. 7: Fides tua saluam te fecit, vade in pace, & paulò antè dixerat ad Pharisaeum Christus in eadem concione, Remissa sunt ei peccata multa &c. Videtur igitur fidem accipere praesens beneficium, Credo remissionem peccatorum mihi dari, non tantum aliis, & nunc dari, in hoc momento, in hac ipsa hora. Spes autem expectat futuram liberationem, vel in hac vita, iuxta consilium Dei, vel post hanc vitam: sic dicimus in Symbolo, Expecto resurrectionem mortuorum & vitam venturi saeculi. Sunt verba Symboli Niceni.

Differunt etiam fides & dilectio: quia fides audit Deum promittentem: dilectio audit Deum praecipientem. Fides versatur circa opera Dei: dilectio versatur circa opera nostra. Fides accipit

beneficia Christi: charitas reddit mutuam beneuolentiam, & præstat aliqua officia, velut ἀντίδορα, pro modo facultatum. Re. Et è ἐν τῶν ὑπαρχόντων, ἐν τῶν εἰσόντων, pro præfenti copia. igitur veteres dixerunt, fidem esse virtutem apprehensiuam.

Est egregius aphorismus.

- Considerate diligenter hæc discrimina. Quare Paulus non dicit in suis Epistolis, Nos sumus spe iusti, aut sumus iusti dilectione? Respondeo: Non sumus iusti spe: quia spes non accipit præfens beneficium, sed expectat futuros euentus. Oportet autem nos in præfentia iustificari, si volumus saluari, superinduemur, inquit Paulus, finon nudireperiemur, hoc est, nemo post hanc vitam erit hæres vitæ æternæ, nisi sit iustificatus in hac vita, nisi habeat remissionem peccatorum, nisi sit iustificatus in hac vita. Deinde quare non iustificamur dilectione Dei, aut proximi? (Non iam disputo de perfectione aut imperfectione) quia dilectio non est virtus accipiens aliquid à Deo, sed est virtus reddens aliquid Deo, Aliud est accipere, aliud dare. Sola fides accipit beneficia Christi, sola est virtus apprehensiuæ & quidem in præfentia. Fides audit Deum promittentem, vt Abraham audit hanc promissionem, In semine tuo benedicentur omnes gentes. Huic promissioni credit, hanc fide amplectitur, in hac acquiescit. Ideo scriptum est Genes. 15. Credidit Abraham Deo scilicet promittenti, & reputatum est ei ad iustitiam. Quid agit dilectio? Dilectio audit Deum præfipientem, scilicet, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, & proximum sicut te ipsum. Hanc vocem audit Deum præficientem, & audit aliam vocem, Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Aliud est autem promissio, aliud præceptum. Habet igitur se fides promissio, latiuè ad promissionem: dilectio verò respicit ad mandatum Dei.
2. Deinde discernuntur fides & dilectio. Fides versatur circa opera Dei, vt in Symbolo dicimus, Credo in Deum Patrem omnipotentem creatorem cæli & terræ. Audis vnum opus, creationem & sustentationem omnium rerum, quæ est actio Dei generalis, vt solemus loqui in scholis. Deinde dicis, Credo in Iesum Christum natum ex Maria Virgine, passum, crucifixum &c. Hæc non sunt opera nostra, aut vllius creaturæ, sed sunt opera Filij Dei, redemptoris nostri & saluatoris. Tercio dicis, Credo in Spiritum sanctum, sanctum Ecclesiæ, remissionem peccatorum &c. Hæc non sunt opera humana, nostri, aut sunt opera Dei, & nulla prorsus fit mentio operis humani, nostri, aut

angelorum, aut vilius creaturæ in toto Symbolo, tantum opera Dei ordine commemorantur, primo loco creatio, secundo redemptio, tertio sanctificatio. Circa hæc opera versatur fides, credit Deum esse conditorem & conseruatorem omnium rerum creaturam, credit Christum esse redemptorē & saluatorem, credit Spiritum sanctum esse sanctificatorem. Hæc sunt opera Dei, sed quid agit interea dilectio? Dilectio est occupata nostris operibus, nostris officiis, studet Deo aliquid grati facere. Tertio fides accipit beneficia Christi, virtus, ut ita dicam, mendica. Dilectio est liberalis pro modo factum. Hinc sequitur hoc *πρωτομα*: Rectè igitur veteres dixerunt, fidem esse virtutem apprehensiuam.

Nomen gratiæ significat gratuitam misericordiam seu remissionem peccatorum, & acceptationem donatam propter Filium, qua tamen coniuncta est donatio Spiritus sancti, accendens nouam lucem & nouas virtutes in corde hominis, cui remittuntur peccata.

Ne quis autem confundat gratuitam acceptationem & nouas virtutes in nobis accensas, utitur Paulus duabus appellationibus, gratia & donum per gratiam, per Iesum Christum in multos exultant. Semper igitur in hac doctrina consideretur initio, & quid significent, iustitia, fides, & gratia, & prudenter discernantur dicta propria Legis, & dicta propria Euangelij.

Sic argumentor: Rom. 2 dicit Paulus: Non auditores, sed factores Legis iustificantur. Ergo operibus sumus iusti.

Respondedo ad antecedens. Dictum Pauli est dictum Legis, quod debet discerni à concione propria Euangelij. Nam in sequentibus capitulis Paulus alia phrasi utitur, non secum pugnans, sed loquens alia materia. Iustificamur, inquit, gratis, gratia ipsius per redemptionem &c. Non pugnant inter se hæc rectè distributa: verba enim intelligenda sunt secundum subiectam materiam. In capite 2 ad Romanos extat concio Legis, qua accusat Paulus Iudæos gloriantes de lege, & de obseruatione Legis. Hos arguens, inquit, Non auditores, non hypocritæ, qui simulât Curios, & bacchanalia viuunt, non iusti cives sine virtute, sed factores Legis iustificantur. Cùm autem concio satisfaciatur Legi, ac ne quidem possit satisfacere propriis

viribus & propria dignitate: Deus aliam nobis iustitiam conficit, de qua Paulus dicit Rom. 3: Nūc sine Lege iustitia Dei patefacta est, de qua testimonium perhibent Lex & Prophetæ. Diligenter igitur considerandum est, vbi Scriptura loquatur legaliter, & vbi Evangelicè. Sicut in Ethica non pugnant inter se summum ius & æquitas, sed differunt gradibus propter certas circumstantias: ita Lex & Euangelium non pugnant inter se, sed Lex versatur circa alia obiecta, & Euangelium etiam habet sua obiecta, circa quæ versatur. Crede, vos sine longiore declaratione satis iam intelligere, quid hæc tria vocabula significant, primum iustitia, deinde fides, tertio gratia. Sed dicat fortasse aliquis: Tu videris vti ταυτολογία, qua nihil est inemptius: videris enim confundere & miscere vocabula gratiæ & iustificationis. Suprà enim dixisti, iustificationem esse remissionem peccatorum & acceptationem ad vitam æternam, nunc eandem cantilenam reperis in descriptione gratiæ. Respondeo: Necessè est copulari causam & effectum. Non enim potes separare causam filium & effectum, etiam si potes verbis distinguere. Non potes intelligere filium sine patre, nec patrem sine filio: ita cum gratia sit causa omnium beneficiorum, quæ Ecclesiæ donantur propter Christum, necesse est fieri utrobique mentionem eorundem beneficiorum, & in declaratione vocabuli iustitiæ, & in declaratione vocabuli gratiæ, sed discernuntur hæc duo, tanquam causa & effectus. Gratia est causa remissionis peccatorum & iustificationis, sicut dicitur Ephes. 2: Gratia saluati estis, idque non ex vobis, Dei donum est, ne quis gloriatur. Effectus autem gratiæ est ipsa iustificatio seu remissio peccatorum, sed hæc suo loco discernemus pluribus verbis, in capite de causis iustificationis, ibi ordine recitabimus causas. Audieris etiam in frà in proprio & peculiari capite doctrinam valde necessariam de discrimine remissionis peccatorum seu iustificationis & regenerationis. Quanquam enim homo simul & semel eodem momento iustificatur & regeneratur, id est, accipit fide simul vtrumque beneficium, remissionem peccatorum, & Spiritum sanctum, tamen necesse est discerni consolationem, de qua mens præcipue angitur in paucioribus, à nouitate Spiritus, quæ sequitur ipsam iustificationem seu remissionem, non quidem successione temporis, sed ordine naturæ, sicut effectus sequitur causam. Quædo tu es in media morte, & iam vocaris ad vitæ exitum, fieri non potest, quin sentias aliquos paucos & aliquas consternationes, de gradibus iam non loquor,

quor, qui in alijs sunt alijs, In eodē etiam hominē iam maiores, iam minores. In tali igitur casu quid quærit tua mens, quid maximè appetit? certè præcipuè hoc vnum expetit, vt habeat Deum propitiū, misericordem, remittentem peccata, regentem omnes nostras fortitudines, originales & actuales. Huic pauro & consternationi opponit vox Euangelij congruentem consolationem, inquit: Confide fili, remittuntur tibi peccata. Item, Venite ad me omnes &c. Item, Sic de quo maximè sumus solliciti & in vita, & in morte, quatenus agimus penitentiam, quando res seriò agitur, non simulatè. Sed Deus cum sit non solum bonus, sed etiam beneficis, semper adiungit remissionem peccatorum alterum beneficium, tanquam appendicem prioris, vel auctarium, & ἐπιταγμα, scilicet donum Spiritus sancti, qui Spiritus non est otiosus in nobis, sed talia agit & efficit, quæ sunt amor & læticia essentialis & æterna inter Patrem & Filium, vt piè credimus & docemus, accendit tales motus in nobis, amorem Dei & proximi, & læticiam acquiescentem in Deo, qualis est ipse, ita tantum vt creator semper discernatur à creatis motibus.

## Concio pœnitentiæ.

### C A P. II.

**I**n primo capite fuimus Grámatici & Dialectici, nunc accedimus ad methodum Paulinam. Paulus in epistola ad Rom. quæ est methodus vniuersæ Scripturæ, & clavis, qua aperiuntur fores vniuersæ Scripturæ, orditur suam doctrinam à concione pœnitentiæ. In primo capite accusat Ethnicos pollutos horribili idolomania & libidinis, & alijs sceleribus. In secundo capite accusat Iudæos hypocritas, qui ostentabant folia fici sine fructibus, erant arguti ciues sine virtute. Tertiò coniungit Iudæos & gentes, & edit fulmen aduersus totam hominum naturam, vt sit totus mundus reus, & omne

304. *CONCIO*  
 os obstruatur, inquit cap. 3: Omnes peccauerunt & carent gloria Dei &c. Post hanc concionem sequitur dulcissima vox Euangelij in fine capitis 3: Iustificati gratis per gratiam ipsius &c. Hanc propositionem confirmat cap. 4. postea in cap. 5 amplificat hanc doctrinam ab effectu. Eadem methodo nos quoque, Deo iuuante, in hac doctrina utemur: non enim licet nobis discedere à methodo Paulina, nisi velimus omnia peruertere.

Non frustra nec temerè Filius Dei iubet Apostolos docere in suo nomine pœnitentiam & remissionem peccatorum, sed magno cõsilio cõiungit prædicationem pœnitentiæ cum propria Euangelij promissione. Quanquam enim remissio peccatorum nõ datur propter dignitatem pœnitentiæ, sed datur credentibus gratis, vt beneficium sit certum, tamen res atque euentus ostēdit remissionem peccatorum non magnifieri, nec dulcescere sine agnitione peccati & iræ Dei.

Dulcia non meminit, quoniam gustauit amara. Et Cicero inquit de bona & mala valetudine: Bona valetudo gratior est, qui ex morbo conualuerunt, quàm aliis, qui nunquam ægro corpore fuerunt. Et idem Cicero in quadam Philipp. inquit, Libertatem efficit iucundiores seruitutis recordatio. Ita se res habet in spiritualibus. Qui nunquam sensit pauores mortis & pericula inferni, quomodo is potest cum Dauide exclamare, De profundis clamabit? apud te est propitiatio. Sed illi, qui saltem primis labris gustarunt hæc exercitia pœnitentiæ, norunt quàm grata & necessaria sit consolatio Euangelij.

Vt enim hi, qui nullos corporis cruciatus sentiunt, a medicam artem non magni faciunt, ita homines viuentes sine vilo sensu doloris, neque mirantur, neque requirunt beneficium Euangelij proprium, quod est remissio peccatorum. Ideo Paulus dicturus de articulo iustifi-

a Matth. 9: Prouerbum Saluatoris nostri: Non opus habent hi, qui validi sunt, medico, sed qui malè habent. Quam sententiam Ouidius complexus est alind agens, non respiciens ad deum Christi:

*Firma valent per se, nullamq; Maliciaona quarunt, cationis,*

*Ad medicam dubius confugit  
ager opem.*

Machaon fuit chirurgus apud Græcos in bello Troiano.

**b** Quare vocatur cultus idolorum à Græcis idolomania, id est, furor idolatricus, potè sine probare ex capite Rom. quòd cultus idolorum sit amentia &

rationis, orditur à concione peccati, in qua non modò gentes pollutas horribili bidolomania & tetra confusione libidinum, sed etiam Iudæos viuentes sine timore Dei, & sine fide, accusat & condemnat. Non enim grata sunt remedia, nisi dolores priùs sentiantur.

horribilis furor? Paulus inquit, Relicto vero Deo coluerunt serpentes, bestias venenatas, iumenta, quadrupedes, vt Aegyptij coluerunt Apim bouem, deinde crocodylos, serpentes, & nescio quas alias bestias venenatas, annon hic est manifestus furor, habere in numero bestiarum venenatas, quarum conspectum homines sani fugiunt, quid est furiosius, quàm petere à talibus venenatis bestiis auxilium, salutem, opem, cum audito nomine illarum bestiarum, omnes cohorrescant? Hæc & alia considerent adolescentes in lectione capituli primi ad Romanos: imò totam epistolam sæpe & attentè lectur. Scitis enim Paulum à Filio Dei appellari vas seu organum electum: qua appellatione hoc significatur, nullum ex Apostolis doctorem, qui ex Saulo factus est Paulus, & ex lupulo, ouicula, pastor gregis Domini vigilantissimus. Quare & sermonè Pauli diligenter consideremus, & imitemur, quantum possumus, methodum, qua vtitur in suis scriptis. Nihil enim dici sapientius de his rebus poterit, nihil ordine magis concinno explicari, quàm quomodo vtitur Paulus.

Hac methodo nos etiam vtemur, & ante explicationem articuli iustificationis pauca de peccato, de ira Dei, & de tristissimis calamitatibus, quas Deus generi humano velut signa reatus circumdat, dicemus, vt harum reum consideratione nos ipsi & alij ad veram pœnitentiam, & ad agnitionem misericordiæ propter Christum promissæ excitemur.

Dicemus in hoc capite de tribus rebus: primò de peccato, deinde de ira Dei. Ista enim duo habent se correlatiuè. Nam peccatum est dignum ira Dei, meretur iram Dei, & Deus iustè i-

rascitur peccato: tertio breuiter dicemus de mole calamitatum generis humani, quam Deus ipse nobis imponit, & hac sarcina non leui nos premit, vt tanquam lignis reatus admoniti, cogitemus de causis tantarum calamitatum & malorum.

Principio satis constat, totum genus humanum propagatum ab Adam, amisisse imaginem Dei, hoc est, vt Paulus interpretatur, veram conditoris agnitionem, veram iustitiam & sanctitatem, & iam in hac misera & imbecilli natura inimicitiam esse aduersus Deum, quia Legi Dei nec subiicitur, nec subiici potest. Circumfert enim in mente tristem caliginem & dubitationes de Deo, & in voluntate securitatem negligentem Deum, & diffidentiam fugitantem Deum, & in corde inclinationes, vnde multi errantes impetus contra Legem Dei oriuntur.

Ephes. 4. & Coloss. 3.

Sæpe vobis hoc dixi, & iterum dico, Quoties vultis describere vel imaginem Dei in homine, vel peccatum originis, eundem esse ordine per potentias animæ esse ordine per potentias animæ

Sæpe vobis hoc dixi, & iterum dico, Quoties vultis describere vel imaginem Dei in homine, vel peccatum originis, eundem esse ordine per potentias animæ esse ordine per potentias animæ

præcipuas. Imago Dei ante lapsum in hominis mente agnitio conditoris, quæ est summa sapientia. In voluntate priorum parentum fuit conuersio ad Deum: id est, vniuersalis obedientia iuxta Legem Dei. In corde fuit harmonia affectuum congruens cum voluntate Dei, & hæc quidem fuit imago Dei ante lapsum in homine. Nunc verò peccatum originis, quod in nos posterius Adæ propagatur carnali generatione, est primò in mente caligo, quæ parit tristes dubitationes de Deo, de providentia & aliis rebus diuinis, deinde in voluntate est auersio à Deo, id est, securitas negligens Deum in rebus secundis, & diffidentia fugiens Deum, in rascens Deo in rebus aduersis. Sumus enim omnes in secunda fortuna tumidi, in aduersa verò timidi, vt ait Seneca vtens *παραποροῦντα*, postea in corde est contumacia affectuum contra Legem Dei. Hæc omnia complectitur Paulus inquit Rom. 8. *ἐπισημασθῆναι* &c. nec subiici potest, scilicet integra obedientia, non loquitur de disciplina, loquitur de interiore obedientia.

Hanc prauitatem & malitiam humanæ naturæ agnoscamus & deplotemus, sicut eam patres, Prophetæ & Apostoli assiduis lachrymis deplotemus.

deplorarunt: & sciamus, homines non satisfacere Legi Dei, nec disciplina iustos esse coram Deo. Nota est Moyfi concio in cap. 8 Genes. Figmentum cordis humani malum est à pueritia. Eadem est sententia dicti Ieremiæ cap. 17: Peruersum est humanum cor in omnibus, & miserum & inscrutabile. Et Dauid in psal. 51 digitum ad hanc radicem seu fontē peccati intendens, pressis & flebilibus modis inquit: Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Omitto Pauli querelas de horrenda deprauatione naturæ humanæ, quæ extant in cap. 7 ad Rom. Quæ tam ita sint, fateamur, nos nihil aliud esse, nisi massas immundas & abortu editas, reas & multipliciter pollutas atque auersas à Deo, & illam psalmi vocem non solum in ore, sed etiam in pectore habeamus: Tibi tantum sum peccatum, & malum coram te feci, vt tu iustificeris in sermonibus, & vincas cum iudicaris.

Considerate attentius hunc versum grauissimū. Dauid pollutus adulterio & homicidio, & deformatus ingentibus pœnis & scandalis, sic ad Deum clamat, Tibi o Deus, tantum sum pecca-

tum non dicit, tantum sum peccator, sed quod est significantius, Tibi tantum sum peccatum, res rea, immunda, polluta. Quare autem edo concisionem hanc? Sequuntur causæ finales: vt tu iustificeris in sermonibus tuis, & vincas, cum iudicaris. Qui sunt sermones Dei, in quibus Dauid tribuit Deo laudem iustitiæ, seu æqualitatis? Respondeo: Duæ sunt conciones præcipuæ in tota Scriptura sacra, vna est concio pœnitentiæ, altera promissio Euangelij. Vtraque autem est vniuersalis, iuxta hæc dicta, Omnes peccauerunt, & carent gloria Dei, Venite ad me omnes qui laboratis &c. Quare (inquit Dauid) ego ingenuè & apertè confiteor coram te, me esse miserrimum peccatorem, vt tibi tribuatur laus iustitiæ & æqualitatis, non solum in concione pœnitentiæ, qua arguuntur & accusantur omnium hominum peccata, sed etiam in promissione Euangelij, quæ & ipsa est vniuersalis, & ad omnes accipientes & credentes pertinet. Sicut ingitur fateor, me iuste accusari in concione pœnitentiæ, & tibi tribuo laudem iustitiæ & æqualitatis: ita etiam me includo in vniuersalē promissionem, & Itaque eam ad me quoque pertinere, vt ita sis iustus, & iustificeris in vtraque re, & concione. Sed quare addit: vt sis mundus, cum iudicaris? (est enim hoc vocabulum passiuum) quia hypocritæ, Pharisei & alij, omnes (inquam) hypocritæ inde vsque

à Cain, non tribuunt Deo laudē iustitia in pœnis, in calamitatibus, non dicunt cum Daniele, Tibi Domine, iustitia, nobis autē confusio faciei: non dicunt cum Dauide psal. 119, vel cum Mauricio Imperatore, Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum: sed fremunt aduersus Deum, & opponunt Deo suam disciplinā & sua merita: sicut facit apud Thucydidem lib. 7, in postrema oratione, Nicias dux Atticæ, qui circumuentus ab hostibus Siculis, allegat sua merita in rempub. & in singulos ciues, & iubet exercitum bene sperare propter suas virtutes & suam disciplinam: postea verò cum abiiceretur in carcerem, & ibi interficeretur, horribiliter fremit aduersus Deū, tanquam tyrannum & iniustum iudicem, non discernentem bonā à malis. Hoc igitur psalmus vult, cum iudicaris, id est, cum iudicāte hypocritæ, Nicias, Cato, Brutus & alij.

Est enim hypocritæ somniant se iustos esse vmbra exterorum operum, & in pœnis fremunt aduersus Deum, quasi iniuste puniat præstantes disciplinam, & viuentes sine scelere: tamen nos in Ecclesia Deo punienti laudem iustitiæ tribuamus, & Danielis confessionem toto pectore recitemus: Tibi, Domine, iustitia, nobis autem confusio faciei nostræ. Quam enim certum est, dies circa brumam breuissimos esse, tam certum est, vniuersos & singulos homines in peccato non solum concipi & nasci, sed etiam viuere & mori.

Brutus inquit, O Iupiter, quæ est causa tantorum malorum? cur quaris, miser homo, an non es interfector & cuculus ingratus, qui deuorasti bene de meritum Iulium Cæsarem?

De conceptione nostra immunda audiuitis ex psal. 51: Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Qualis autem conceptio, talis etiam natiuitas, quia vitium conceptionis non corrigitur in natiuitate, sicut dicitur de coctionibus: Vitium prioris coctionis non corrigitur in posterioribus. De vita & morte omnium hominum hæc dicta teneantur. Iohan. 1: Si dicimus, nos non habere peccatum, sumus mendaces, & fallimus nos ipsos, & veritas non est in nobis, & quotidie preeamur, Remitte nobis debita nostra &c. Et Salomon inquit in Eccles. cap. 7: Non est iustus in terra, qui quanquā faciat bene, non etiam peccet. De morte verò

verò dicit Paulus Rom 8: Corpus mortificatur propter peccatum, spiritus autem vivit propter iustificationem, id est, omnes homines sunt morti obnoxij propter peccatum adhuc hærens in natura, quod nondum est prorsus deletum. Quare ab initio nostri ortus vsque ad finem vitæ, nobis est opus remissione peccatorum. Quid est vita Christiana, nisi perpetua remissio peccatorum? Ideo quotidie nobis opus est recitatione huius articuli in Symbolo: Credo remissionem peccatorum.

Deinde procul remoueamus ab Ecclesia Stoicas imaginationes, quæ Deo ἀπάθειαν tribuunt, & somniant, Deum nec ira, nec gratia moueri, & firmissimè statuamus, tantam esse in Deo iram magnitudinè aduersus peccatum, vt æternus Pater non poterit placari, nisi deprecatione & morte Filij vnigeniti.

a Non est talis ira in Deo, qualis in nobis est, scilicet inordinata, plena confusionis & deformitatis. In æterna vita videbimus, quomodo Deus irascitur, & quomodo misereatur: aliter videt, quàm nos, aliter audit quàm nos. Non enim habet oculos & aures corporeas, ita etiam aliter irascitur & misereatur, quàm nos, in commotione deformi, & indigna tali maiestate.

b Omnium testimoniorum ira Dei summum & maximum est mors Filij Dei.

Hanc veram & ingentem iram in Filium deriuatam, quam nulla creatura sustinere potest, consideremus, & illius agnitione iram expanescamus. De hac ira Paulus inquit Ro. 1: Reuelatur ira Dei de celo, aduersus omnem impietatem & iniustitiam hominũ.

Non simus Stoici, sed tribuamus Deo affectus, amorè, iram & misericordiam, & reliquos, quos ei tribuit expressè multis in locis Scriptura, nec delabamur in stultas opiniones, quæ disputant, tales affectus esse indignos naturæ Dei. Sicut aliter, vt antea diximus, Deus videt & audit, quàm nos: ita etiam suo modo pro naturæ & maiestatis suæ dignitate irascitur, & diligit, & misereatur, sine simulatione & sine deformitate, non tribuamus Deo simulationem, quæ est mendacium. Quando Paulus dicit, Reuelatur ira Dei &c. non intelligas aliam rem, quàm quæ significatur hoc vocabulo iræ: quando dicit de misericordia & dilectione Dei, intelligas illa, quæ

significantur his verbis, & non concipias alias imaginationes.

Postremò commonefaciant nos de horribili magnitudine peccati & iræ Dei, poenæ tristissimæ, quæ publicè & priuatim in genere humano grassantur.

Nam omnes calamitates humanæ sunt quasi vox Legis, de ira Dei nos admonens, & omnes ad poenitentiam inuitans, vt Moyses psal. 90 inquit: Quia defecimus in ira tua & in a furore tuo turbamur, posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo, occulta nostra in lumine vultus tui. Quoniam omnes dies nostri præ ira tua <sup>c</sup> declinant.

a Furor significat æstum & ardorem iræ diuinæ, iram non simulatam, sed ardentem.

b Iniquitates, scilicet actualia peccata, id est, peccatū originis, quod ignorat ratio sine verbo Dei.

c Psalmus 9 est vtilissima & saluberrima commonefactio de breuitate & miseria vitæ humanæ, de qua nimis verè dicitur: Vita fugax hominum magnorum plena malorum. Monstrat etiam causas mortis hominum, & omnium calamitatum, scilicet peccatum & iustam iram Dei aduersus peccatum, sed addit consolationem de misericordia Dei mitigante poenas in hac vita, & remittente poenas æternas. Tales insignes psalmos debetis non tantum legere, sed etiam ad verbum ediscere, vt ipsa verba suppeditent vobis necessariam doctrinam & salutarem consolationem. Verè potest dici, homines vix vlla in parte sacræ Scripturæ tam acquiescere, quàm in carminibus Davidis: & quanquam valde probo diligentiam & dexteritatem eorum, qui vel Græcis, vel Latinis versibus, aut ritibus Germanicis vertunt psalmos, tamen ipsa simplicitas Hebraici sermonis est omnium efficacissima ad consolandum.

Cùm autem hac voce arguente peccata, mens perterrita refacta est, rursus vera consolatione erigatur, de qua mox dicemus.

Summa

# Summa doctrinæ de iustificatio- ne peccatoris coram Deo.

## C A P. I I I.

**S**AEPE audiistis dictum memorabile Epiphani-  
nij, qui inquit contra Apostolicos, Verbum Dei  
indiget speculatione & sensu. De speculatione  
Dominus & saluator noster inquit apud Iohan-  
nem cap. 5. Scrutamini Scripturas: & psal. 1 bea-  
tos esse prædicat, qui noctes & dies meditantur  
in Lege Domini. Nam sine lectione Scripturæ fa-  
cere nemo speret se posse agnoscere voluntatem Dei de nostra salute.

De sensu verò, id est, de experientia spiritali dicit idem saluator Ioh-  
ann. 7. Si quis vult facere voluntatem Patris, cognoscat de doctrina:  
quæ si dicat, differunt philosophia & doctrina Euangelij. Nam phi-  
losophia sola speculatione & contemplatione contenta est: ac quò  
uisque est ingeniosior & sagacior, eò plura discit in philosophia, sed  
doctrina Euangelij non tantùm requirit speculationem mentis o-  
tiosam, & ebriæ voluptatibus, sed etiã desiderat sensum, id est, pauo-  
res & consolationes, in quibus sentitur vis & efficacia Euãgelij. Hoc  
est Epiphaniij ideo nunc repeto, quia in 3 capite proponetur sum-  
ma articuli de iustificatione, ad quem intelligendum non satis est  
grammaticam diligentiam, sed opus est in consideratione  
veræ mortificationis & viuificationis, hoc est, pauores & consolationes. Si  
quis enim securo animo, & otioso, & ebrio audit has conciones, is  
sciat, se nihil, aut parum esse profecturũ, sed tamẽ omnibus prodest  
summa doctrinæ repetitio, vt si nunc non sentiant ea, de quibus dixi-  
mus, tamen olim in epitali certaminum possint recordari & memi-  
nere hanc doctrinam.

Quemadmodum præcepta de re militari non intelliguntur ab  
illis, qui hostem nunquam viderunt: ita consolatio Euangelij pro-  
prie nemini dulcescit, nisi versato in feris pauoribus, & iacta-  
to fluctibus & procellis tentationum. Non est enim otiosa & se-  
cura mens, de magnitudine peccati, de ira Dei, de fide accipiẽte

remissionē peccatorum, cogitationem suscipere, sed hæc propria & arcana sapientia est Ecclesiæ Dei, nec discitur, nisi in vero certamine, vera lucta & inuocatione Dei. Quare tota doctrina de iustificatione referenda est ad experientiam terrorum in contritione, & consolationum fidei. Nam experti mortificationem & viuificationem, vt Dauid, Ezechias, Paulus, aliter intelligunt dictū, Fide iustificamur, quàm hypocrita, inde vsque à Cain.

Difficilis est, & non cuiuis exposita Theologia Paulina. Epi-  
 cius Sophista, & alij in Papatu  
 execratur hanc propositionem,  
 qua utimur in nostris Ecclesiis & scholis, Sola fide iustificamur. Quæ  
 autem ratio eos impellit, vt ita iudicent & pronuntient? Quia tan-  
 tum sunt otiosi speculatores, & non discernunt Euangelium à phi-  
 losophia, nec habent vllum sensum, id est, vllam experientiam spi-  
 ritualem mortificationis & viuificationis. Qui autem versati sunt in  
 certaminibus conscientie, in veris paoribus & doloribus, & sen-  
 ferunt aliquando consolationes efficaces & salutare, hi rectius & sen-  
 dexteriùs possunt iudicare de hoc mysterio ignoto omnibus crea-  
 turis sine patefactione Euangelij. Ideo dixi requiri in Theologia,  
 præsertim in hoc articulo, non tantum speculationem, sed omnium  
 maximè sensum, seu experientiam.

Summa autem doctrina de iustificatione hæc est. Homo agno-  
 scens peccatum & iram Dei, & oppressus maledictione Legis, nõ  
 confugiat ad disciplinam, quæ est misera & immunda hypocrisis,  
 nec aliunde remedia dolorum perat, sed audiat promissionem  
 Euangelij propriam de Filio Dei Domino nostro Iesu Christo,  
 qui constitutus est mediator, propitiator, redemptor, iustificator &  
 saluator, & statuat non tantum aliis, sed etiam sibi remitti pecca-  
 ta gratis propter hunc mediatorem Deum & hominem, per mi-  
 sericordiam, non propter contritionem aut dilectionem nostram,  
 imò nec propter actiones Dei in nobis, quibus anteferenda est  
 obedientia mediatoris, & intercessio. Hac fide cum erigitur ho-  
 mo conuersus, certum est ei donari remissionem peccatorum, re-  
 conciliationem & imputatio-  
 nem iustitiæ propter Christi  
 obedientiam & meritum.

Diligenter expédite hanc pro-  
 positionē, in qua singula verba  
 non

non sine consilio posita sunt: sic dico, Homo agnoscens iram Dei, & oppressus maledictione Legis: verè enim fulmen est hoc dictū Deut. 27: Maledictus omnis, qui non seruat omnia, quæ sunt scripta in libro Legis, Attexite huic axiomati minorem & conclusionem, Ego miser non seruavi omnia, quæ sunt scripta in libro Legis. Ergo optima consequentia & optimo iure sum damnatus & maledictus, dignus æterna pœna, in quam abiecti sunt diaboli. Quid tu oppones huic fulmini? certè nihil aliud, nisi mediatorem. Hic factus est, vt Paulus ait, maledictum, vt nos redimeret à maledictione Legis, vt benedictionem promissam Abrahæ consequeremur. Ideo quando audis vocabulum maledictionis Legis, non cogites de re parua, sed de omnium maxima, maximèque terribili. Quorsum est igitur con fugiendum in hoc concursu pauorum & trepidationum? Non con fugiat homo ad disciplinam, quæ est folium fici, quo texerunt suam nuditatem primi parentes. Disciplina est similis sepulchro foris pulchrè picto, intus autem pleno cadauerum & sordium, & squaloris. Coram iudice politico potes allegare tuam disciplinam, sed caue ne eam opponas iudicio Dei. Nec aliunde petat remedia dolorum, non à philosophia, non à Lege, non ab vlla creatura, sed audiat homo promissionem Euangelij propriam. quæ est illa? Confide fili, remittuntur tibi peccata tua, Matth. 9, & statuat non tantum aliis &c. Sequitur *ἀντίθεσις* & exclusiua, non propter contritionem aut dilectionem &c. Quare hæc verba sunt posita in propositione principali? Ad refutandam *συνοδόχου*, siue Osiandri, siue Maluendæ, siue aliorum quorumcunque, quinon rectè sentiunt de hoc articulo. Verum est in iustificatione peccatoris effundi Spiritum sanctum in cor credentis, qui cum sit Spiritus gratiæ & precum, non est otiosus, sed efficit congruentia voluntati Dei, accendit in nobis tales motus, qualis est ipse, neque tamen propter hanc nouitatem spirituale, nec propter has actiones Dei in nobis sumus coram Deo iusti, sed sumus & manemus in hac vita iusti propter vnicam obedientiam, vel quod idem est, propter vnicum meritum Filij Dei, quod longè anteferendū est omnibus aliis rebus, siue sint in nobis, siue sint extra nos.

Est enim cum hac consolatione Filius Dei ipse corda erigit & viuificat, ac Spiritum sanctum in hunc, qui fide sustentatur, effundit, & iam domicilium ac templum Dei est homo renatus, tamen anteferenda est obedientia Filij Dei his ipsis diuinis actionibus,

& retinenda consolatio propter Mediatorem Deum & hominem tibi credenti imputari iustitiam. Hanc summam Paulus Rom. 3. significantissimis verbis exponit, inquit: Iustificamur gratis gratia ipsius per redemptionem, quæ est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiatorem in sanguine eius per fidem.

Considerate quæso pondera & emphases verborum. Non enim verba Scripturæ numeranda sunt, sed ponderanda. Nullū da sunt, sed ponderanda. Nullū enim verbum in Scriptura otiosè positum est, vt ait Basilius enarrans 1 caput Genes. Iustificamur, id est, accipimus remissionem peccatorum, reconciliamur Deo, & reputamur iusti coram Deo: quomodo? gratis, id est, sine nostro merito, sine vlllo nostro opere, siue antecedit, siue sequatur, siue concurrat gratia ipsius. Hic nominatur causa efficiens, & fons tanti beneficii. Gratia, inquit Paulus Ephes. 2, saluati estis, Dei donum est, non ex operibus, ne quis gloriatur. Et psal. De profundis, 130 dicitur: Apud te propitiatio est, id est, remissio peccatorum, vt timearis, ne quis gloriatur. Deinde sequitur causa impulsiva, quæ mouet Deum, vt nos iustificet & saluet per redemptionem, quæ est in Christo Iesu & c. Hæc verba pertinent ad causam impulsivam. Est autem meritum causa impulsiva: nam ad causam impulsivam pertinent Lex, meritum, affectus & obiectum. Sed cur additur in fine clausula Per fidem? vt monstratur gratiam Dei, seu organum, seu medium, quo apprehendimus gratiam Dei, & redemptionem per Christum factam, & totum beneficium iustificationis, seu remissionis peccatorum, quia sine fide non prodest nobis promissio Euangelij. Ideo ex fide gratis, vt sit firma promissio.

Vt autem hæc tota doctrina fiat illustrior, recitabo exemplum Adæ, quod semper sit in conspectu: quia eodem modo fiunt conspectio & consolatio in ceteris.

Semper debent coniungi exempla & regulæ. Adam non tantum est primus parens generis humani, sed etiam est typus & imago penitentiae & iustificationis omnium hominum, qui ad Deum conuertuntur. Non fingas, te aliter fore iustum, aut saluum, quam quo modo iustificatus & saluatus est Adam primus parens noster, Credimus enim nos saluari, sicut & patres saluati sunt per gratiam Domini nostri Iesu Christi. Fide purificantur corda, vt inquit Petrus Act. 15, & Baptista inquit: Iohan. 1. Omnes

omnes ex plenitudine eius acceperunt gratiam pro gratia: id est, eadem est via, idem modus, eadem ratio iustificationis & saluationis omnium hominum, à principio vsque ad finem, ideo Paulus allegat exemplum Abrahamæ, idque applicat ad totam Ecclesiam Gal. 3. Rom. 4.

Cùm Adam esset lapsus, innumerabiles causæ dolorum & pænorum concurrebant. Primùm enim non sine ingenti consternatione suam nuditatem, & tristissima vulnera aspiciebat. Deinde cùm nec promissionem gratiæ audiisset, nec vllum exemplum reconciliationis vidisset, quid aliud cogitare poterat, quàm se ruiturum esse in æternum exitiũ, præsertim cùm irâ Dei declarata esset in reiectione & tristissimis pœnis Diabolorum?

Verè dicit Augustinus in multis scriptis, Miracula afsiduitate vilescunt. Nos non ita miramur beneficium iustificationis & re-

missionis peccatorum, sicut Adam, quia nos non tantùm habemus regulas, id est, promissiones Euangelij, sed etiam habemus multa exempla annotata in sacris literis, & quotidiana, Dei beneficio in singulis familiis, iustificationis & reconciliationis cum Deo, sed Adam nihil horum habuit post lapsum, nec audiverat vnquam vllum exemplum de gratuita cum Deo reconciliatione, nec viderat vllum exemplum gratiæ, imò norat, Diabolos abiectos esse in æternas pœnas, propter contumaciam aduersus Deum.

Augebat etiam dolorem hæc cogitatio, quòd intelligebat totum genus humanum sua culpa incidisse in æternam iram Dei, sed omnium maximè expauit, accusante Deo, & sonante ipso tristissimam accusationem: ita primùm existit contritio in corde Adæ.

Nullus homo vnquam sensit tantam contritionem, quantam sensit Adam ante promulgationem Euangelij. Ideo D. Lutherus inquit in Genesi, Non fue-

runt maiores martyres, quàm Adam & Eua. Nihil sunt Stephanus & Laurentius, si conferantur ad primos parentes, quia illi exiguo tempore, aliquot horulis senserunt cruciatus. Primi verò parentes totos annos ferè mille, paucis detractis, fuerunt martyres, & quotidie recruderunt vulnera primorum parentum. Quando enim viderunt Abelem necatum, & alterum fratrem excommunicatum à Deo, in quanto putatis dolore eos fuisse?

Deinde sonante promissione recipitur Adam, & accenditur in eo fides, qua agnoscit, se recipi per misericordiam, propter semen promissum, & sentit se iam viuificari, & ex doloribus inferorum liberari. Hæc historia sæpe cogitetur, non solum quia rotam doctrinam illustrat, sed etiam ut nos ipsos de pœnitentia & de vera consolatione commonefaciat.

## Confirmatio doctrinæ de iustificatione.

### C A P. I V.



**M**ETHODVS Paulina, ut aliquoties dixi, in Epistola ad Romanos verè aurea hæc est: Primum Paulus concionatur de pœnitentia in qua concione accusat non modò Ethnicos pollutos manifesta idolomania & turpitudine, sed etiam Iudæos, qui disciplinam externam utcumque præstabant, & profitebantur doctrinam Prophetiam. Deinde Paulus recitat summam doctrinæ de iustificatione peccatorum coram Deo: Fide, inquit, gratis iustificamur. Tertio loco addit confirmationem principalis propositionis in cap. 4. Huius methodi vestigia nos utcumque sequimur: primum enim proposuimus declarationem vocabulorum iustitiæ, fidei & gratiæ: deinde conciunculam pœnitentiæ addidimus: postea à nobis recitata est summa articuli de iustificatione. Nunc igitur in quarto capite instituemus confirmationem veræ sententiæ, eamque hauriemus ex fontibus Israel, ut psal. 68 loquitur, Benedicâ Domino Deo, de fontibus Israel. Fontes autem Israel nihil aliud sunt, quàm scripta Prophetica & Apostolica. Ut enim vetus Testamentum est fons noui, sic nouum est lux veteris. His autem testimoniis Prophetica & Apostolica adiungemus confessionem & consensum Catholicæ Ecclesiæ, hoc est, eorum qui retinent fundamentum sine corruptelis. Quamquam enim fides nostra solo verbo Dei niti & potest & debet, tamen

tamen magna confirmatio fidei est, inquisita vera antiquitate, & cognita serie temporum Ecclesiæ, colligere testimonia eorum, qui fundamentum retinuerunt. Tales sunt in Ecclesia Græca, Basilii, Chrysostomus, Theodoretus: in Latina, Ambrosius, Augustinus, Hieronymus, Bernardus, & quidam alij, quorum testimonia & dicta suo loco audietis.

Cum singuli in vera pœnitentia & inuocatione experiamur, quàm difficile sit statuere, non propter Legem, nec propter opera nostra, sed propter Mediatorem crucifixum pro nobis, & resuscitatum, nos consequi remissionem peccatorum, & reputari iustos, id est, acceptos Deo, & donari Spiritu sancto, & fieri heredes vitæ æternæ, necesse est ad nos ipsos confirmandos, repeti consensum Prophetarum, Christi & Apostolorum, & huic adiungi testimonium Ecclesiæ Catholicæ, id est, eorum qui retinent fundamenta pœnitentiæ & inuocationis, & didicerunt acquiescendum esse in Filio Dei.

Non tantum ad refutandos aduersarios, Papistas, & alios: sed multo magis ad nos ipsos erudiendos & confirmandos con-

tradubitationes, necesse est nos habere in promptu firma & illustria testimonia de hoc articulo, scilicet de fide iustificante coram Deo. Non est res facilis & expedita, vt multi somniant, firmiter statuere, quod sumus iusti coram Deo, & accepti ad vitam æternam propter unicum Mediatorem Deum & hominem, sed omnes pij experiuntur in pœnitentia, in inuocatione, in omnibus vitæ periculis, quàm ardua res sit, & quàm difficilis menti & cordi hoc persuadere, vt nõ dubitet de gratia Dei, sed statuatur eam exuberare, vt Paulus loquitur, supra delictum.

Ordinar autem à Moyse tanquam duce chori Prophetici, qui Genes. 3 recitat primam promissionem: Semen mulieris contemnet caput serpentis. Hæc promissio affirmat fore, vt venturum semen mulieris deleat peccatum & mortem, & restituat iustitiam & vitam æternam. Sic enim Iohannes in epistola primam promissionem enarrans inquit, Filius Dei apparuit, vt destruat opera Diaboli. Eadem promissio repetita est ad Abraham: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Hanc benedictionem Paulus

Gal. 3, & Ephesi interpretatur, non de imperiis mundi, quæ Iudæi somniantes expectant, sed de remissione peccatorum, donatione Spiritus sancti, & de hæreditate vitæ æternæ.

Nulla est melior ratio interpretandi Scripturæ dicta, quam collatio locorum veteris & noui Testamenti. Moyses dicit Genesi.

3: Semen mulieris &c. Hæc verba enarrat Iohannes in Canonicis operibus Diaboli. Quæ sunt autem opera Diaboli? peccatum & mors. Deinde repetitur prima promissio de venturo liberatore ad Abraham, his verbis, In semine tuo &c. Qualis autem benedictio promissa sit propter Christum, docet nos Paulus Ephesi inquit: Beati omni benedictione spirituali in cælestibus &c. Totum caput ad Ephesi est enarratio promissionis repetitæ ad Abraham. Similis enarratio extat Gal. 3, vbi sic inquit Paulus, Christus factus pro nobis maledictum, redemit nos à maledictione Legis, vt benedictionem Abraham promissam consequeremur. Qui enim ex fide sunt, benedicuntur cum fidei Abraham &c. Hic textus manifestè refutat somnia Iudæorum, qui expectant politicum imperium Messie, & docet Ecclesiam, quæ beneficia sint petenda & expectanda ab hoc Domino, videlicet liberatio à maledictione Legis, ab ira Dei, à morte æterna, à peccato damnante, & restitutio gratiæ Dei, iustitiæ & vitæ æternæ.

Sic David est locuples testis articuli de iustificatione, vt psalms 2: Beati omnes, qui confidunt in eo. Et psal. 6: Saluum me fac propter misericordiam tuam. Quoties autem in psalmis fit mentio misericordiarum, correlatiuè intelligenda est fides, qua statuimus nos recipi per misericordiam propter Christum promissam.

scilicet Filio Mediatore.

test intelligi. Quare cum audis in psalmis & tota Scriptura mentionem misericordiarum, mox veniat tibi in mentem fides quæ habet se correlatiuè ad illam gratiam.

Est regula dialectica, sed accòmodata ad Theologiam. Posito vno correlatiuo, ponitur alterum imò alterum sine altero non potest.

Nam

Nam sine Mediatore Christo, Deus est ignis consumens, ut Deuter. 4. scribitur.

Iohan. 14. Nemo venit ad Patrem nisi per me. Ego sum via, veritas & vita. Nemini patet aditus ad æternum Patrem, sine duce & Mediatore Filio: quia Deus habitat in luce, ut ait Paulus, inaccessibile, scilicet sine Mediatore. Nihil agit Deus nobiscum sine Mediatore per gratiam.

Post Dauidem Esaias Prophetam doctrinam de Messia & gratia splendidissime illustravit.

Dux & præceptor omnium Prophetarum est Moses. Duo optimi & præstantissimi discipuli sunt Dauid & Esaias. Quare vobis hunc præceptorem Mosen, Post Dauidem discipulos commendo, ita ut non possim ardētius quicquam vobis commendare, nec tantum ad eos loquor, qui ex proelio aliquando erunt Theologi, sed ad omnes pios sine exceptione.

Ut cap. 53. disertè inquit, Seruus meus iustus notitia sui iustificabit multos: quia peccata eorum sustinuit.

Quare Christus appellatur seruus? Quia assumpsit formam serui, id est, naturam humanam, & in hac forma serui præstitit Deo summam obedientiam vsque ad mortem, mortem autem crucis, Philipp. 2. Deinde vocatur seruus, iustus, non tantum ideo, quia ipse est iustus, sed quia iustitiam, id est, obedientiam suam aliis applicat per fidem.

Notitia sui id est fiducia sui. Est Hebraismus. Sed cur valet hæc fiducia coram Deo? Respondet Propheta, Quia peccata eorum ipse sustinuit, id est, ut Iohannes Baptista inquit, Ipse est agnus tollens peccata mundi.

Esaiæ successit Ieremias, qui cap. 23 & 33 eadem verba de benedictione Messia repetit, inquit: Suscitabo germen Dauidi, & regnabit Rex, & hoc est nomen, quod vocabunt eum Iehoua iustitiae nostrae. Hæc verba Paulus enarrans: Cor. 1. inquit: Christus factus est nobis à Deo sapientia, & iustitia, sanctificatio & redemptio, ut qui gloriatur, in Domino glorietur.

Diligenter & attentè consideretur hoc dictum Pauli, & expendantur pondera verborum. Quare vocatur Christus sapientia? Quia

stulit ex sinu Patris Evangelium, quod est mysterium, ut ait

Paulus, absconditum à seculis, id est, ignotum omnibus creaturis sine singulari patefactione. Nominatur igitur sapientia propter patefactionem Euangelij, de qua dicitur: Nemo nouit Patrem, nisi Filius, & cui Filius voluerit reuelare. Deinde nominatur idem Dominus iustitia nostra, quia applicat nobis suam obedientiam, & suum meritum per fidem, sumus propter Christi obedientiam iusti & haeredes vitæ aternæ. Tertio, vocatur idem Dominus sanctificatio, quia dat nobis de suo Spiritu, vt Iohannes loquitur, donat nobis Spiritum sanctum, Spiritum gratiæ & precum, Spiritum non timiditatis, sed fortitudinis, dilectionis & modestiæ. Postremo appellatur redemptio, non tantum ideo, quia redemit nos in cruce mundi ab omnibus miseriis, sed etiam quia liberabit Ecclesiam in fine mundi ab omnibus miseriis. De hac liberatione inquit Christus Luca 21: Quando videbitis hæc, scilicet signa postremi diei, attollite capita vestra, quia appropinquat redemptio vestra. Bona res est, inquit Augustinus, quies & pax, sed non quærat in hac vita, sed in altera vita. In mundo pressuram habebitis, inquit Christus, in me verò pacem.

Jeremiam audiuit Daniel, qui cap. 9, de Messia his verbis conuocatur: Septuaginta hebdomades præfinitæ sunt super populum tuum, & super urbem sanctuarij tui, vt finiatur præuaticatio, & obfignetur peccatum, & fiat propitiatio pro iniquitate, & adducatur iustitia sempiterna, & compleatur visio & propheta, & vngatur sanctus sanctorum.

Olim vngebantur reges & sacerdotes balsamo. Quare cum Christus sit sacerdos Ecclesiæ, & Rex æternus, dicitur vngi.

Et in eodem capite, confugiens ad misericordiam petiit se exaudiri propter Dominum, id est, propter promissum Mediatoris.

Inter a minores Prophetas, b *ὁ ἄγιος* Esaiæ fuit Oseas, qui cap. 13 Messiam sic facit loquentem: De manu mortis liberabo eos, & de morte redimam eos: O mors, ero mors tua, & pestis tua, o inferne.

*ἄγιος* sunt Esaias, Micheas & Oseas. Vnde hoc scimus? ex titulis Prophetarum. Nominant enim hi Prophetæ eosdem reges, sub quibus docuerunt.

a Quot sunt maiores Prophetæ? Quatuor. Esaias, Jeremias, Ezechiel & Daniel. Quot sunt minores? Duodecim. Ab Oseas, vsque ad Malachiam.

b Cogitate, qui Prophetæ simul vixerint, & docuerint.

c Quis

c Quis interpretatur mihi hoc vaticinium, dicat aliquis? Respon-  
 deo. Paulus noster est interpret optimus huius vaticinij 1 Cor. 15, v-  
 bificinquit, Mors, vbi est aculeus tuus? Inferne, vbi est victoria tua?  
 Aculeus quidem mortis est peccatum, peccati verò potètia est Lex.  
 Deo autem sit gratia, qui dedit nobis victoriam, scilicet aduersus Le-  
 gem, peccatum, mortem & infernum, per Iesum Christum. Audis  
 ex Paulo, quis sit ille loquens apud Oseam cap. 13: O mors ero mors  
 tua &c. Nihil potest dici ad consolandas mentes dulcius & effi-  
 caciùs.

Ioel cap. 2 describens beneficia huius Domini, inquit, Omnis  
 qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Non autem potest  
 vera inuocatio fieri sine agni-  
 tione & fiducia Mediatoris.

Quia quicquid non est ex fide,  
 peccatum est. Rom. 14.

Vbi extat hæc consequentia,  
 quam nos extruimus ex dicto  
 Ioelis? Apud Paulum Rom. 10:  
 Quomodo inuocabunt, nisi cre-  
 dant? quomodo credent, nisi audiant?  
 quomodo audient, nemine  
 prædicante? Fides ergo ex auditu, auditus per verbum.

Abacuc cap. 2 summam Euangelij breui aphorismo comple-  
 tus est, quem Paulus Rom. 1, &  
 Gal. 3 citat & illustrat, Iustus si-  
 de sua viuet.

propria, non aliena.

Hactenus ostendi doctrinam de iustificatione non esse nouã,  
 sed à Prophetis, quorum voci Deus illustra testimonia addidit,  
 propagatam & licetis manda-  
 tam esse. Nunc, si placet, Christi  
 & Apostolorum dicta audia-  
 mus, quæ sunt lumina Prophe-  
 ticarum concionum.

Sic animi confirmandi sunt,  
 & imbuendi veris sententiis, vt  
 eos etiam cõtemnere possimus,  
 qui nos sic sentientes derident.  
 Idem nobis præcipuè in hoc ar-

ticulo faciendum est. Non solùm enim aduersarij & hostes Ecclesiæ  
 Dei, sed etiam Diabolus & nostra conscientia acerrimè repugnat ve-  
 ritati doctrinæ de iustificatione gratuita peccatoris coram Deo.  
 Quare nihil satis est, vt veteres dixerunt, ad bellum gerendum. Au-  
 diuistis hactenus testimonia Prophetica de hoc articulo. Nunc au-  
 dietis dicta Christi & Apostolorum.

Sic autem inquit Christus Iohan. 3: Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam: quasi dicat: Filius Dei missus est, ut reconciliati propter ipsum, & liberati ab ira Dei, & æternis pœnis, rursus donemur iustitia & vita æterna. Hæc tanta beneficia vult accipi Filius Dei fide.

Act. 4: Non est aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo oporteat saluos fieri, & non est in aliquo alio salus.

Act. 10: Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes, qui credunt in eum.

Act 13: In hoc omnis, qui credit, iustificatur.

Act. 15: Credimus, nos saluari, sicut & patres nostri saluti sunt per gratiam Domini nostri Iesu Christi. Fide purificantur corda.

Iohannes scriptor Euangelij sui cap. 20, summam Euangelij sui recitâs, inquit: Hæc scripta sunt, ut credatis, quod Iesus sit Christus, Filius Dei, & ut credentes

habeatis vitam per nomen eius. In hoc dicto recitatur summarius titulus doctrinæ Euangelicæ, quæ complectitur tres articulos, quorum primus est de persona Christi, quod sit Filius Dei, & Virginis Mariæ, hoc est, Deus & homo in vna persona. Alter articulus est de officio seu beneficio Christi. Nam Filius Dei est Christus, id est, vnctus ab æterno Patre, ut sit Ecclesiæ perpetuus Sacerdos & Rex: Sacerdos quidem docens Ecclesiam, & pro ea orans & sacrificans, & hoc suum sacrificium Ecclesiæ applicans: Rex verò, gubernans Ecclesiam, & liberans eam à potestate hostiû, & defendens, & dans ei dona. Tertius articulus præcipuus in doctrina Euangelij, est de applicatione beneficiorum Christi ad nos, quæ non aliter fit, ac ne quidem fieri potest aliter, quàm per fidem. Videtis igitur hæc tria Iohannem esse complexum, cum inquit, Hæc scripta sunt &c. Ad hanc summam doctrinæ Euangelij pertinent etiam insignia dicta, quæ repetimus ex Actis Apostol. Hunc librum debetis amare, & magnificare: quia non tantùm continet regulas & axiomata de modo iustificationis: sed etiam proponit exempla illustria huius doctrinæ. Dictum Petri in domo Cornelij Act. 10, nihil aliud est, quàm decretum Synodi Propheticæ. Deinde eiusdem Petri dictum Act. 15, est decretum Synodi Apo-

Apostolicæ. Hunc consensum Prophetarum omnium & Apostolorum anteferamus omnibus decretis Conciliorum.

Esti autem confirmationem huius articuli, quæ extat in cap. 4 ad Rom. alij aliter distribuunt: tamen nos quinque argumenta breuiter recitabimus, vt nos de doctrina confirmet, & in quotidiana inuocatione & consolatione fidem exsuscitent.

Scio alios aliter distribuere argumenta capitis 4 ad Rom. sed non labefactatur status Ecclesiæ propter dissimiles dispositiones, modò rem rectè teneamus.

## I Argumentum.

Abraham non fuit iustus propter opera coram Deo, sed fide.

Ergo nec ceteri sunt iusti propter opera, sed fide.

Valet consequentia: quia vnus & idem modus est iustificationis & saluationis omnium electorum. Antecedens probatur

ex dicto: Credidit Abraham Deo, & imputatum est ei ad iustitiam.

Magno consilio Paulus hoc dictum repetit ex scripto primo & antiquissimo Ecclesiæ. Nullū. n. in toto mundo extat scriptum antiquius, quàm primus liber

Mosis, qui inscribitur Genesis. Voluit igitur Paulus ipsa antiquitate & vetustate, quæ certè apud sanos plurimum habet momenti & ponderis, confirmare lectorem, ne dubitet de hac doctrina, sed statuatur eam antiquissimam & verissimam esse, iuxta dictum Tertulliani. Primum quodque verissimum, adulterinum quodcūque posterius. Deinde proponit nobis exemplum Abrahamæ, quia Abraham est pater omnium credentium, & est typus totius Ecclesiæ. Nō ergo singas, non somnies, non speres, te aliter ingressurum esse in vitam æternam, quàm sicut ingressus est Abraham. Quanquam enim Abraham habuit multas heroicas virtutes, quales nemo hominū habuit multis seculis, tamen propter has non placuit Deo, non fuit acceptus Deo ad vitam æternam, sed ideo placuit, & ideo reputatus est iustus, quia credidit Deo promittenti non modò terræ, sed venturum liberatorem totius generis humani, de quo dicitur: In semine tuo benedicentur omnes gentes, sed non potest exhauriri consilium Pauli, quo vsus est in citatione huius dicti, & exempli Abrahamæ.

**II.** Iustificatio est imputatio iustitiæ, qua Deus per misericordiam nos recipit.

Non sumus igitur iusti nostris operibus aut meritis.

Valet consequentia à contrariis: pugnant inter se contradictoriè misericordia & nostra opera.

Neque vnquam potest mens nostra acquiescere in fiducia nostrorum operum: sola misericordia Dei est sicut petra immota, quæ non potest labefactari, aut loco dimoueri. Nostra opera quid sunt, nisi arenæ, quas ventus spargit?

**III.** Iustificatio est remissio peccatorum, qua Deus tegit & non imputat peccata. Non igitur sumus iusti nostris operibus.

Antecedens confirmatur ex psal. 32: Beati, quorum remissa sunt iniquitates, & quorum reëta sunt peccata. Beatus vir, cui nō imputat Dominus peccatum.

Videtis, quanti faciat Paulus Moysen præceptorem, & discipulum natiuū Dauidem. Cūm

enim citasset ex Genesi testimonium de Abraham, psal. 32 in signe testimonium de iustificatione, quæ profectō nihil aliud est, quàm continua remissio peccatorum, quæ quotidie petimus, Remitte nobis debita nostra. Et in Symbolo dicimus, Credo remissionem peccatorum. Ideo etiam accedimus ad absolutionem, & ad Cœnam Domini, vt audiamus hanc vocem, Confide fili, remittuntur tibi peccata. Dicat aliquis: Tamen multi psalmi etiā eos prædicant beatos, qui timent Dominum, aut qui sunt benefici erga pauperes. Respondeo: Hæc non inter se pugnant rectè distributa. Placet Deo beneficentia erga pauperes, iacto prius fundamento, hoc est, agnito Mediatore, & propter eam accepta remissione peccatorum & reconciliatio.

**IV.** Abraham fuit iustus ante circumcisionem.

Ergo non est iustus circumcissione.

Sicut nos post Christum natum & resuscitatum magno in honore & pretio habemus, & meritō, baptismum & Cœnam Domini, tanquam Sacramenta

Christo instituta: ita Iudæi ante Christum natum, maximi fecerunt Circumcisionem, quæ erat sigillum fœderis, quod Deus constituerat cum Abraham, & omnibus eius posteris, vt scribitur luculentè Genes. 17: Ego sum Deus tuus, & feminis tui post te. Hoc erit fœdus

scelus meum inter me & te. Et paulò post: Et hoc erit signum scede-  
re inter me & te. Sicut igitur Circumcilio per se se non iustificauit  
Abraham: ita nos non iustificat Sacramenta, sed fides Sacramen-  
torum. Non ideo es iustus, sanctus & hæres vitæ æternæ, quia acce-  
dit ad Cœnam Domini, sed necesse est, te exercere fidem in perce-  
ptione Cœnæ Domini, vt vsus sit salutaris. Abraham annos 24 ante  
instituitionem Circumcisionis fuit iustus pronūtiatus coram Deo,  
vt ostendit supputatio temporum. Est enim Abraham vocatus  
vr Chaldæorum in terram Chanaan, anno ætatis suæ 75: Circun-  
cisio verò est instituta 99 anno ætatis Abrahamæ. Ergo rectissimè ratio-  
natur Paulus, non fuisse iustum propter Circumcisionem, quia im-  
possibile est, causam esse posteriorem, tanto præsertim interuallo,  
quo effectus.

V. Oportet promissionem gratiæ, seu reconciliationis esse  
certam.

Promissio pendens ex con-  
ditione Legis fit incerta: quia  
ex iram æfficit.

Ergo promissio gratiæ non  
pendet ex cōditione Legis, sed  
gratis datur, & fide accipitur.

sc. gratiæ seu Euāgelij, & inanis est fides. Disertè dicit, Otiosa  
promissio: non dicit inanis, quia hoc esset blasphemū & cōtumelio-  
sum aduersus Deum, si diceret, verba Dei esse inania: sed rectè dicit,  
otiosa: quia quem habet vsū, quam vtilitatem, quem fructum  
affert Euangelium, si aliunde pendet nostra salus & iustifica-  
tio illius piscatoris apud Theocritum, qui cū somniasset se  
piscem aureum piscem, non voluit ampliùs piscari, sed tandem fa-  
cto actus est redire ad suum artificium. Quæ est autem ratio hu-  
ius consequentiæ, quam Paulus texit, Si ex Lege hæreditas, inanis  
est iram Dei & pœnas, & quando rectè intelligitur, etiam in no-  
stris iram, id est, fremitum & indignationem aduersus Deum.  
inquit Paulus, Ex fide gratis, vt sit firma promissio, firma, sci-  
ent respectu nostri.

adiungantur autem his testimoniis & argumentis dicta piæ

vetustatis, quæ eandem doctrinam confirmant, aut certè declarant.

Sicut nunc tibi rectè docentur vel in schola merito assentimur propter Deum & verbū Dei, non propter tuam

personam: ita non debemus contemnere testimonia veteris Ecclesiæ, congruentia cum verbo diuinitus tradito. Non volumus afferre patres, aut Synodorum decreta verbo Dei, sed tantum ea probamus, quæ sunt ἀνάλογα fidei.

Basiliius in concione de humilitate: Hæc est perfecta & integra gloriatio in Deo, quando ne quidem propter iusticiam suam aliquis effertur, sed agnoscit se indigere vera iusticia, fide autem sola in Christū iustificari, sicut & Paulus gloriatur, se despiciere suam iusticiam, quære autem fide per Christum iusticiam, quæ ex Deo est.

Ante annos 20, aut ad summum 30. nondum versabatur in manibus eruditorum liber Basilii.

lij. Quare nemo poterat quære in Basilio testimonia de hoc articulo: nunc verò, Dei beneficio, habemus non solum Basilium, sed etiā Iustinum Martyrem, Athanasium, Nazianzenum, Chrysostomum, Theodoretum, & multos alios in sua lingua loquentes, pro quo beneficio debemus Deo agere gratias immortales. Credo nomen Gregorij Pontani, Doctoris & Cancellarij Saxonici, multo vestrum esse notum, præsertim adultioribus. Hic vir, qui excellebat amore religionis, & verè Deum inuocabat, cum semel audiuisset citari hoc dictum à Domino Philippo, piæ memoriæ, maxima læticia perfulsus est, & Deo gratias egit pro tam illustri & perspicuo testimonio, præsertim cum audiret, Basilium vti particula exclusiua Sola, quam Philippus execrantur, & iussit sibi monstrari ipsum locū Basilij, & quantum optimus vir non erat Græcè doctus, tamen audicis ipsis Græcum singula verba interpretantem optima fide, & audicis ipsis notis verbis, tantum non exiliuit gaudio. Quod ideo dico, ne miracula assiduitate vilescant. Si nunc hæc vobis videntur communia, nota, visitata & trita, cogitate ante annos paucos non fuisse tam familiariter nota. Ut autem iuuentus magis amet hoc dictum, recitabo ipsa verba Græca Basilij: Αὐτὴ γὰρ δὴ ἡ τελεία καὶ ὁλόκληρος καὶ ἁπλοῦς θεῶν, ὅτε μήτε ἐπὶ δικαιοσύνης τις ἐπαίρεται τῆ ἐαυτοῦ, ἀλλὰ ἐγνωσθεὶς ἐν ταῖς ἐαυτοῦ δικαιοσύνης ἀληθῆς. Πίστει δὲ μόνῃ τῆ ἐν εἰς θεῶν δεδικαιομένων, καὶ ἁπλοῦς

καυχῆται παύλῳ ἐπὶ τὸ καταφρονῆσαι τὴν ἐαυτοῦ δικαιοσύνην, ζητῆν δὲ διὰ  
 χριστοῦ πῶς ἐν τῷ Θεῷ δικαιοσύνην ἐπὶ τῇ πίστει. Alludit ad locum Pauli  
 Philipp. 3. Græci Theologi ita fuerunt versati in sacris literis, ut non  
 aiet nostro more capita, sed perpetua oratione cōtexant dicta Scri-  
 pturæ. Hoc igitur dictū Basilij, perpetua memoria cōseruari debet,  
 quia categoricè & disertè affirmat, nos sola fide iustificari, & propo-  
 nit nobis exemplū Pauli, qui ad Philip. ca. 3. inquit, ut inueniar in eo,  
 non habens meam iustitiam, quæ est ex operibus, sed eam, quæ est  
 per fidem Christi &c. Quare cū tantus Apostolus suam iustitiam  
 despiciat tanquam σκύβαλα, ut ipse loquitur, multò iustius est, nos  
 tenuare & abiicere nostros laceros panniculos, propter quos in-  
 terdum aliqui sibi placent, non tantum coram hominibus, sed etiã  
 coram Deo.

Chrysofomus homilia 3 in priorem ad Timoth. Quid est tam  
 incredibile, quàm hostes & peccatores non iustificatos per Le-  
 gem, aut per opera, subito per fidem solam consequi summa bo-  
 nis, sed copiosè in epistola ad Romanos de hoc capite disseritur, &  
 incipit in loco, ubi dicitur, Certus sermo, & dignus, quem omnes  
 complectantur, quòd Iesus Christus venit in hunc mundum, ut  
 saluos faceret peccatores.

Græca verba Chrysofomi hæc sunt:

Τὴν τὸ ἀπιστῶμενον, εἰ οἱ ἐχθροὶ, εἰ οἱ ἀμαρτωλοὶ, εἰ οἱ ἐν νόμῳ μὴ δικαιο-  
 υνοῦντες, μὴ δὲ δι' ἔργων, ὅτι ἐξαίφνης διὰ πίσεως μόνης ἔμελλον τῶν περ-  
 τῶν τούτων ἐσθαι; πολλὰ μὲν καὶ ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους περὶ τούτων διαλέγεται  
 ἐπιτομῆς, πολλὰ δὲ καὶ ἐν ταῦτα. πιστὸς φήσιν ὁ λόγος, καὶ πάσης ἀποδοχῆς  
 ἵκανός, ὅτι Χριστὸς ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον ἀμαρτωλὸς σῶσαι.

Idem enarrans epistolam ad Romanos, sæpe repetit hanc sen-  
 tentiam, quòd fide consequamur remissionem peccatorum pro-  
 per Christum, non propter opera. Et cap. 4. disertè dicit, fide non  
 diligunt Deum, sed vicissim credentes sentire, quòd à Deo di-  
 ligantur, quanquam multis modis rei sint. Verba Chrysofomi  
 sunt: Glorietur credens, non tantum ideo, quòd sine simulatione  
 Deum diligit, sed multò magis, quòd ipse Deo charus, & maxi-  
 me ab eodem honoribus affectus sit. Quemadmodum enim cre-  
 dens ex honesta de Deo opinione verum amorem erga Deum

concipit: sic Deus vicissim credentem diligit, quamquam multipliciter reum, quem non modò à pœna liberat, sed etiam iustificat. Rectè igitur credens gloriatur, se Deo iucundissimum & charissimum esse.

Audiamus iam Græca verba.

Ὁ πῖς δὲς ἔχ' ὅπ τὸν Θεὸν ἐφίλησε μόνον γνησίως, ἀλλ' ὅπ κ' πολλῆς ἀπὲ πμῆς ἀπῆλαυσε κ' ἀγάπης. ὡπερ γδ αὐτὸς αὐτὸν ἠγάπησε, μεγάλη περ αὐτὴ φαντασίς, τὸτο γδ ἀγάπης δείγμα, ἕτα κ' ὁ Θεὸς αὐτὸν εἰδικαί μνείοις ὑπεύθυνον ὄντα, ἔχι κολάσεως ἀπαλλάξας μόνον, ἀλλὰ κ' δικαιοσύνη γασάμεν. ἔχει τοίνυν κανχᾶσαι ὡς μεγάλης καταξίωταίς ἀγάπης.

Audiuimus duos Græcos testes de articulo iustificationis. Ad iungamus his duobus tertium testem grauissimum & eruditissimum Theodoretum.

Theodoretus enarrans caput 3 ad Roman. Sola fide allata peccatorum remissionem accipimus, quoniam veluti quoddam redemptionis pretium Dominus Christus corpus suum obtulit. Itē, Dominus Christus & Deus est, & propitiatorium, & Pontifex, & agnus, & in suo sanguine nostram salutem procurauit, solā à nobis fidem exigens.

Si nullas vtilitates percipemus ex his testimoniis, tamen hæc vtilitas non contemenda est, quòd toties reperitur & inculcatur particula exclusiua. Non

la, quam acerrimè oderunt Papistæ, & damnant in promulgatur videamur aliquid noui docere, bonū est, vos habere in promtu horum veterum Theologorum Græcorum testimonium, qui in stolos antecellunt. Veniamus nunc ad Latinam Ecclesiam, cuius doctores præcipui sunt Ambrosius, Augustinus, Hieronymus & Bernhardus. Ex his igitur quatuor, allegabimus pauca & lecta testimonia, quæ non minoris debetis æstimare, quàm aurum, argentum, & gemmas pretiosas.

Ambrosius epist. 71 ad Irenæum. Ex operibus Legis nemo iustificatur: quia per Legem peccatum cognoscitur, sed culpa non relaxatur.

Hæc sunt hausta ex fontibus doctrinæ Paulinæ, qui inquit Rom. 3: Per Legem agnitio peccati,

Et Rom. 7: Per Legem peccatum fit supra modum peccans peccatum, id est, Lex non delet, non tollit peccatum, sed tantum ostendit, tanquam speculum.

Veniens igitur Dominus Iesus, peccatum omnibus, quod nemo poterat euitare, donauit, & Chirographum nostrum sui sanguinis effusione deleuit.

Alludit his verbis ad insigne & memorabile dictum Pauli, ad Coloss. 2: Christus deleuit Chirographum nostrum, quod erat scriptum in decretis, id est, in Legis ad affixit cruci &c. Sicut enim quondam in trophæis scribebantur gesta, vt in trophæo Themistoclis pingebatur pugna Salaminia: affirmat Paulus nostra peccata sanguine Christi deleta esse, & Chirographum, quod contra nos erat scriptum, affixum esse cruci, quæ ita è medio sublatur. Ad hoc trophæum Christi, id est, ad crucem semper respiciamus in inuocatione, in vita, & in morte. Hoc si scribimus, sentiemus veram & efficacem consolationem.

Hoc est, quod inquit, Superabundauit peccatum per Legem, Rom. 5. Superabundauit autem gratia per Iesum Christum. Sicut Iohannes inquit: Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Ideo nemo gloriatur in operibus, quia nemo factis suis iustificatur, sed iustus est, donatum habet, vita per Christum iustificatus est. Fides ergo est, quæ liberat a sanguine Christi, quia beatus ille, cui peccatum remittitur, & venia donatur.

Animaduertitis ipsi, me non monente, hoc dictum Ambrosij esse analogum fidei, quia est corona quædam contexta ex fragrantissimis flosculis doctorum Pauli. Quare magnificite hoc testimonium Ambrosij, quod non ex humana ratione, sed ex fons Israel haustum est.

Idem enarrans cap. 3 ad Rom. Iustificati sunt gratis: quia nihil operantes, neque vicem reddentes sola fide iustificati sunt.

Idem enarrans 1 cap. prioris ad Cor. Hoc constitutum est à Deo, qui credit in Christum, saluus fit sine opere, sola fide gratis accipiens remissionem peccatorum.

Hieronymus dialogo 1 contra Pelagianos: Tunc iusti sumus, quando nos peccatores esse fatemur, & iustitia nostra non ex proprio merito, sed ex Dei misericordia contingit.

Augustinus psal. 32: Qui sunt beati? non in quibus non inuenit Deus peccatum. Nam in omnibus inuenit: Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei.

id est, omnes sunt peccatores hoc est, carent non tantum approbatione diuina, sed etiam illis ipsis bonis, quæ sunt res gloriose, quam Deus approbat,

riosa. Non habent sapientiam & iustitiam, & quam pronuntiat esse rem gloriosam.

Si ergo in omnibus peccata inueniuntur, remanet, vt non sint beati, nisi quorum remissa sunt peccata. Hoc ergo Apostolus sic commendauit: Credidit Abraham Deo, & imputatum est ei ad iustitiam.

Psal. 32 est vnus ex præcipuis in toto libro psal. Continet enim illustre testimonium de remissione peccatorum, seu de iustificatione &c. Hunc psalmum Paulus citat & illustrat cap. 4 ad Rom. Et Augustinus eundem optimo commentario enarrauit, in quo hæc verba leguntur, quæ nunc recitauimus.

Idem psal. 67. Fides opera præcedit, quia sine bonorum operum meritis per fidem iustificatur impius, sicut dicit Apostolus: Creditur in eum, qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam, vt deinde ipsa fides per dilectionem incipiat operari. Ea quippe sola bona opera dicenda sunt, quæ fiunt per dilectionem Dei.

Hæc autem necesse est, vt antecedat fides, vt inde ista, non ab istis incipiat illa: quoniam nullus operatur per dilectionem Dei, nisi prius credat in Deum.

Memoretote hoc testimonium ad refutandos clamores Papistarum, qui semper habent in ore nomen bonorum operum, quoniam nos de fide aliquid dicimus, necesse est Augustinus: Necesse est, vt fides, qua iustificatur impius, seu qua accipitur remissio peccatorum, antecedit omnia bona opera. Ergo nulla opera sunt bona, nisi quæ fiunt prælucente fide, iuxta regulam Pauli Rom. 14: Quique fide. Postquam autem fide accepta est remissio peccatorum, sequitur dilectio Dei & proximi, non perfecta & absoluta, sed vt cumque inchoata, quæ perficietur in altera vita. Bene declarauit Augustinus dictum,

ipsum de operibus declamant. Sicigitur inquit Augustinus: Necesse est, vt fides, qua iustificatur impius, seu qua accipitur remissio peccatorum, antecedit omnia bona opera. Ergo nulla opera sunt bona, nisi quæ fiunt prælucente fide, iuxta regulam Pauli Rom. 14: Quique fide. Postquam autem fide accepta est remissio peccatorum, sequitur dilectio Dei & proximi, non perfecta & absoluta, sed vt cumque inchoata, quæ perficietur in altera vita. Bene declarauit Augustinus dictum,

dictum, quod sæpe nobis inculcant & obiiciunt Papistæ cap. 5 ad Gal.  
 fides per dilectionem est efficax. Concedo, inquit Augustinus, hoc  
 dictum, sed ita, vt rectè intelligatur. Non fides efficit dilectio, sed  
 contra fides est fons & causa dilectionis, fides est quasi arbor, dile-  
 ctio est fructus arboris.

Idem lib. 19 de Ciuit. Dei, cap. 27: Ipsa quoque nostra iustitia  
 quamuis vera sit propter veri boni finem, ad quem refertur, tamē  
 tanta est in hac vita, vt potius peccatorū remissione constet, quàm  
 perfectione virtutum. Testis  
 est oratio totius ciuitatis Dei, id est, Ecclesiæ.  
 quæ peregrinatur in terris. Per  
 omnia quippe membra sua cla-  
 mat ad Deum: Dimitte nobis  
 debita nostra.

Duæ sunt ciuitates: vna est ci-  
 uitas Dei, cælitumque republ.  
 hoc est, vera Dei Ecclesia, cuius  
 nos omnes ciues esse oportet, si

modò volumus fieri hæredes vitæ æternæ. Nam extra Ecclesiã nul-  
 la est salus speranda. Altera ciuitas est hic mundus, id est, multitudo  
 hominum non conuersa ad Deum. Vt autem hæc impia multitudo  
 perseverans in delictis contra conscientiam, videtur sibi esse beata  
 in hac vita: ita vera Ecclesia agnoscit se versantem in terris peregri-  
 nari, seu peregrè abesse à patria: sicut canimus in optimo carmine  
 Germanico de Spiritu sancto: Wenn wir heim fahren auß diesem  
 lënd. Hæc vita nihil aliud est, quàm triste exilium. Vera autem pa-  
 tria & πατρίδιμα nostrum est in cælo, vt ait Paulus Phil. 3. Hæc di-  
 co, vt inuentus intelligat titulum optimorum librorum, quos scri-  
 psit Augustinus de ciuitate Dei. Vnusquisque est aut ciuis in Repub.  
 Dei, aut ciuis in Repub. Diaboli. Si es ciuis Dei, es hic peregrinus, &  
 expectas meliorem patriam: si autem mundo te totum tradidisti,  
 fruieris quidem ad tempus voluptatibus: sed paulò post abiicieris in  
 eandem atque regionem damnatorum.

Bernhardus in serm. 32 in Cantica: Quisquis pro peccatis com-  
 punctus esurit & sitit iustitiam,  
 & credit in te, qui iustificas im-  
 pium, is per solam fidem iusti-  
 ficatus pacem habebit apud  
 Deum.

Quid vocat D. Bernhardus  
 compunctionem? cōtritionem,  
 agnitionem peccati & iræ Dei,  
 verum dolorem & pauorem or-  
 tum ex accusatione Legis. Nam

sacramentum diuinum apud Ezechielem 33 est copulatiuum, quia

coniungit conuersionem peccatoris & vitam. Nolo, inquit Deus mortem peccatoris &c. Et Christus Luca vlt. Prediccate in nomine meo poenitentiam, id est, conuersionem & remissionem peccatorum. Quare non vult Christus seiungi à remissione peccatorum praesentem conuersionem.

[Esurit, & sitit]

Utitur verbis Christi Matth. 5. Eum locum enarrans Augustinus, inquit, Hypocritæ Pharisei, non sitiunt, sed ructant iustitiam, vt ille Phariseus Luc. 18. Sed melior est, inquit Augustinus, in malis factis humilis confessio, quàm in bonis superba gloriatio.

Idem in conc. de annuntiat. Necessè est primum omnium credere, quòd remissionem peccatorum habere non possis, nisi per indulgentiam Dei: sed adde, vt credas & hoc, quòd per ipsum peccata **TIBI** donantur. Hoc est testimonium, quod perhibet Spiritus sanctus in corde tuo, dicēs,

Dimissa sunt tibi peccata tua. Sic enim arbitratur Apostolus, gratis iustificari hominem per fidem.

Duplex est fides ea diuisio, quæ vocatur *πρόνοια*, alligè generalis, alia specialis. Generalis est notitia historiarum & promissionis gratiæ sine applicatione ad nos ipsos. Hanc fidem habent dæmones, & omnes hypocritæ, qui norunt doctrinam, & intelligunt eam vt cunque, sed non transferunt eam ad vsum, non sibi applicant, nullum fructum ex ea capiunt. Alia fides, & quidem vera & sola fides propriè nominanda, est specialis, de qua Paulus inquit, Iustificati fide, pacem habemus &c. Hæc enim fides, quæ iustificat & saluat, non est tantum notitia historiarum, aut promissionis, sed est fiducia applicans nobis beneficia Christi, & statuens, ea non tantum ad alios pertinere, sed etiam ad nos ipsos, & quidem singulos. De hac fide speciali loquitur Bernhardtus dictum.

Oro autem æternum Patrem Domini nostri Iesu Christi, vt Spiritu sancto suo hanc æternam & immotam veritatem de iustificatione in nostris pectoribus obfignet, obfignatam que conferuet.

A M E N,



De

# De caussis iustificationis.

C A P. V.



**M**ULTI non admoniti de caussis iustificationis, putant hæc inter se non congruere, sed quodammodo pugnare, quando dicimus, Per misericordiam Dei sumus iusti, propter obedientiam Christi sumus iusti. Item, Fide sumus iusti, sumus iusti remissione peccatorum. Hæc etsi prima specie videntur esse diversa, & repugnare inter se, tamen re ipsa suavissimè inter se congruunt, quia in his propositionibus, quas recitavi alias, aliarum caussarum fit metio. Cùm dico, Sumus iusti per misericordiam Dei, nomino causam efficientem principale cum dico, nos esse iustos propter obedientiam Christi, merito intendo ad causam impulsivam, siue ad meritum, quia meritum est causa impulsiva. Si dico, Fide sumus iusti, facio mentionem causæ instrumentalis, quia nullum est aliud instrumentum, quo possimus accipere gratiam & beneficia Christi, nisi fides. Quando dico, nos esse iustos remissione peccatorum, vel imputatione, nomino formalem causam, quia formale iustitiæ est ipsa remissio peccatorum, vel imputatio iustitiæ. Nam cui remittuntur peccata, illi imputatur iustitia, & e contra.

Etsi tota diuinitas est causa efficiens iustificationis, vt Rom. 8 dicitur: Deus est, qui iustificat. & 2 Cor. 5: Deus erat in Christo, mûdum sibi reconcilians, & non imputans nobis peccata nostra: tamen impulsiva est obedientia Mediatoris, iuxta dictum: Per vnus obedientiam multi iustificantur.

Scio, aliquos disputare de discrimine obediētix actiux & passiuæ Christi. Actiuam obediētiā intelligunt de impletionem

Legis, de qua Christus inquit, Non veni soluere Legem, sed implere. Passiuam intelligunt ipsam passionem seu effusionem sanguinis, & non volunt, nos iustos esse per actiuam, sed passiuam obediētiā. Nihil opus est hac subtili distinctione, Paulus dicit simpliciter sine distinctione, Per vnus obediētiā sumus iusti. Ergo completitur totam obediētiā Christi à principio natiuitatis, vsque ad resur-

rectionem. Quicquid igitur Christus totos annos 33. & circiter, a natiuitate vsque ad resurrectionem fecit & passus est, hoc totum vocatur obedientia Christi: natus est propter nos, circumcisus octidie propter nos, baptisatus est propter nos, docuit & edidit miracula propter nos, impleuit Legem propter nos, denique passus est & resurrexit propter nos. Quorsum igitur attinet ita subtiliter distinguere gradus obedientiæ? Simplicissimum est credere & statuere, quod propter totam obedientiam Christi, siue sit actiua, siue passiua, simus iusti coram Deo. Quanquam enim passio & crucifixio, & effusio sanguinis est præcipuus gradus illius obedientiæ: tamen reliqui gradus nequaquam sunt contemnendi, aut extenuandi. Propter eandem causam natus est, & circumcisus, & baptisatus, propter quam est passus & crucifixus. Sic etiam loquitur Paulus Philipp. 2. Factus est Patri obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis: non excludit reliquam obedientiam ab opere redemptionis, etiam factetur, passionem esse summum gradum obedientiæ.

Agnoscamus igitur Filium Mediatorem, Deum & hominem, constitutum propitiatorem, propter quem in recipimur: & sciamus, nos simul recipi ab æterno Patre, Filio, & Spiritu sancto, & imputari nobis iustitiam. Simul autem Filius viuificat credentem, & effundit in cor Spiritum sanctum, quo lætitia acquiescens in Deo, dilectio Dei, & vera inuocatio accenditur.

Propheta Abacuc, cap. 2. de fide inquit, Iustus fide sua uiuet. His verbis tribuit fidei, non modo iustitiam, sed etiam vitam, & coniungit utrumque; sicut res ipsæ sunt inter se connexæ, nec

possunt, aut debent distrahi aut diuelli, etiam si rectè discernuntur. Homo fide iustificatus, simul viuificatur. Quomodo? à Filio Dei, qui est vita, ut Iohan. 1 dicitur: In ipso erat vita, & vita erat lux hominum. Sicut enim Deus per Filium in creatione omnibus Dominiuëtibus impertiuuit vitam, ita in iustificatione per eundem Dominum nos viuificat, reducit ex inferis, & vitam mortificatis restituit. Filius autem effundit vnà cum Patre in cor credentis Spiritum sanctum, qui & ipse est viuificator, iuxta dictam Pauli 2 Cor 3, Litera occidit, Spiritus autem viuificat: Et Iohan. 6. Caro non prodest, Spiritus est qui viuificat &c. Ut igitur contritio & uerus dolor antececidit iustificationem, ita iustificationem sequitur ordine nature viuificatio seu retractio, ut ita dicam, ex doloribus inferni, seu reuocatio ab

ab Orco. 1 Reg. 2. Nam viuificatio est, quando Filius Dei  $\lambda\theta\gamma\theta$ , qui est vita, ostendit nobis Patrem, seu voluntatem & misericordiam Patris, & simul effundit in cor credentis Spiritum sanctum, qui non est otiosus hospes, sed facit congruentia suo nomini sanctissimo. Appellatur autem à Propheta Spiritus gratiæ & precum: ergo accendit veram inuocationem, veram dilectionem Dei, & reliquos motus congruentes Legi Dei, iuxta dictum, Dabo Legem meam in corda eorum &c.

Formale iustificationis est imputatio iustitiæ, seu remissionis peccatorum, seu reconciliatio, seu acceptatio personæ, teste Paulo Rom. 4, & aliàs sæpe. Intelligatur autem remissio peccatorum de cõtinua remissione, etiam postquam renati sumus, & sciant renati, se quoque assidue accipere remissionem peccatorũ, & nitatur fides propitiatore Deo & homine.

Sicut tota vita hominis Christiani nihil aliud est, aut certè nihil aliud esse debet, quàm  $\epsilon\rho\delta\epsilon\lambda\epsilon\chi\epsilon\iota\alpha$ , seu continuatio peni-

tentiæ: ita iustificatio personæ nostræ coram Deo in hac vita, nihil est aliud, quàm perpetua seu assidua remissio peccatorum. Ideo psal. 13 sic precatur. Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me &c. quasi dicat, Multæ arcanæ sordes & peccata hærent in omnibus etiã renatis, propter quæ mala opus est credentibus & renatis assidua remissione peccatorũ. Sed quid opus est testimoniis, cùm precatio quotidiana nos de hac sententia admoneat? singulis enim momentis precamur, Dimitte nobis debita nostra: ipso facto ostendentes, nos non posse vno momento carere hoc beneficio, quod Augustinus appellat asyllum Ecclesiæ.

Instrumentum quo fit applicatio, est fides. Nam fide accipiuntur remissio peccatorum, imputatio iustitiæ, donatio Spiritus sancti, & vitæ æternæ.

Sic argumentor: Fides est effectus & donum Spiritus sancti. Ergo donatio Spiritus sancti nõ

accipitur fide. Respondeo per similitudinem. Sicut ortus Solis matutinus & dies simul sunt tempore, etiamsi verum est, Solem esse causam diei: ita simul sunt fides & donatio Spiritus sancti, etiamsi differunt Spiritus sanctus & fides, sicut causa & effectus. Hac similitudine simus contenti, nec plus sapiamus, quàm oportet.

Finalem causam iustificationis monstrat ipse ordo articulo-  
rum Symboli. Sunt enim hæc tria capita in Symbolo connexa,  
Credo remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & vitam  
æternam: vt ipsa series ostendat, remissionem peccatorum credē-  
tibus donari ad hunc finem, videlicet propter resurrectionem ad  
vitam & gloriam sempiternam. Nam finis nostræ fidei, vt Petrus  
ait, est salus animarum. Animam verò iustificatam & saluatam,  
corporis massa, tanquam comes indiuiduus sequetur, & ad socie-  
tatem eiusdem beatitudinis à Filio Dei resuscitabitur. Præclare  
ergo Bernhardus serm. 6. de aduentu Domini: Si Christi membra  
volumus inueniri, sequendum est nobis sine dubio caput nostrū,  
vt videlicet prima nobis reparandarum sit sollicitudo animarum,  
pro quibus ipse iam venit, &  
quarum prius mederi studuit  
corruptioni, corporis verò curā  
illi tempori magis referuamus,  
& differamus in illum diem,  
quo reformandi corporis gra-  
tia venturus est.

ma, Inspirauit Dominus in faciem spiraculum vitæ: & hic quidem  
est ordo creationis. in regeneratione verò alius est ordo. Christus e-  
nim saluator noster venit in primo aduentu in carnem propter salu-  
tem, seu reparationem animarum. In altero verò aduentu, quem  
expectamus, veniet idem Dominus reparandi & reformandi cor-  
poris nostri causa. Nam corpus ex sepulcro reuocabit, & rursum cum  
anima, quæ est spiritus immortalis, copulabit, vt totus homo fruatur  
pulcherrimè significantur in dicto Bernardi. Quod ad Symbolum  
attinet, sciant studiosi & omnes pij, tres postremos articulos, vt con-  
nes totius Symboli. Assentimur reliquis Symboli articulis, vt con-  
sequamur in hac vita remissionem peccatorum, & habeamus  
certissimam spem vitæ melioris secuturæ, ad quam nos  
sua diuina potentia & efficacia resuscitabit is,  
qui verè appellatur vita &  
resurrectio.



# De discrimine iustificationis & regenerationis.

## C A P. V I.



**O**C discrimine ignorato, sequitur infinita confusio opinionum de hoc articulo. Cum enim simul fiant hæc duo, iustificatio & regeneratio, multi in eam opinionem discesserunt, ut existimarent nos iustos esse ipsa regeneratione, id est, nouitate spirituali accensa à Spiritu sancto, quod longè secus est. In vita æterna erimus *ισάγγελος*, sine peccato, sine morte, & erimus integrè conformes Legi Dei sine ulla praua concupiscentia, sine omnibus defectibus & inclinationibus pugnantibus cum Lege Dei. Nunc verò in hac vita sumus, & manemus iusti vsque ad mortem, non nouitate nostra, sed obedientia & merito Saluatoris nostri, vel quod idem est, remissione peccatorum: & causa omnis erroris in libro Interim, in scriptis Oliandri, & in multis alijs sophisticis libris, est ignoratio huius discriminis. Etsi autem hæc duo sunt artissimò vinculo inter se copulata & connexa, Iustificatio & regeneratio, tamen debent prudenter discerni & distingui, sicut Paulus ipse hæc distinguit. Constat quid è hæc duo beneficia Rom. 5, inquit: In Christo habemus gratiam & donum per gratiam, sicut & Baptista inquit, Gratia & veritas per Christum facta est. Sed idem Paulus docet nos Ephes. 2, quòd gratia simus saluati, non dono per gratiam: id est, In hac vita semper habemus Deum propicium & placatum, remissionem omnium peccatorum, non propter nouas qualitates seu virtutes in nobis accensas & inchoatas per Spiritum sanctum, sed propter Mediatorem & propiciatorem, quem constituit Deus & proposuit Ecclesie, in suo sanguine per fidem.

Iustificatio, ut saepe dixi, donatur propter Mediatorem per fidem, id est, propter Filium Dei accipimus remissionem peccatorum, & reputamur iusti seu accepti Deo gratis. Neque verò solum in conuersione, sed etiam post conuersionem in hac vita fide propter Filium Dei persona est iusta: quia semper manet Mediator,

velut vmbra culum amplectens nos & regens nostras sordes, & propter ipsum nos certò recipit æternus Pater. Hunc honorem necesse est Filio Dei tribui, vt consolatio sit certa & firma, & vt Deum rectè inuocare possimus.

Dux sunt grauissimæ causæ, propter quas hæc sententia retinenda est firmissimè: prima sumitur ab officio Mediatoris: verissimum est enim dictū Esaiæ, cap. 4: Creabit Dominus in o-

mnino loco vmbra culum ab æstu. His verbis describitur officium Mediatoris, qui comparatur vmbra culo tegenti nos aduersus æstum & incendium iræ diuinæ. Est enim Deus sine Mediatore nobiscum agens, nihil aliud quàm ignis consumens, & malleus conterens petras. Est igitur nobis opus, ne absumamur incendio iræ diuinæ, vmbra culo, hoc est, mediatore & propitiatore tegente nostram infirmitatem & nostras sordes. Altera ratio sumitur à nostra infirmitate. Et si enim sumus ad Deum conuersi, habemus initium fidei, & aliarum virtutum, tamen nondum sumus integrè conformes Legi, nondum sumus sine peccato. Quare donec viuimus in hoc seculo, vt Scriptura loquitur, opus est nobis singulis momentis remissione & condonatione peccatorum gratuita. Sic igitur discrimen iustificationis & regenerationis pertinet & ad gloriam Christi, & ad nostram firmam & certam consolationem.

Fit autem iustificationis applicatio per fidem, qua simul corda regenerantur: quia tunc Filius Dei per Euangelium viuificat corda, & dat Spiritum sanctum: ita in mente & corde inchoatur regeneratio, accepto verbo, id est, consolatione, quam dicit Filius Dei in corde, & accepto Spiritu sancto, qui nouos motus accendit in corde.

Ne putent iuniores nos nouas formas verborum excogitare in hoc articulo, audiant psalmum 31, In te, Domine, speraui, &c. vbi sic dicitur, Dic animæ

meæ, Salus tua ego sum. Qualis est hæc Apostrophe, ad quam personam? potissimum dirigitur hæc precatio ad λόγος Filium Dei, qui est λόγος, non tantum respectu Patris, sed etiam respectu nostri. Vt enim Pater in prima creatione per hunc Filium λόγος dicit de-cretum, & ordinem omnium rerum constituit: ita in regeneratione seu recreatione per eundem λόγος Pater æternus dicit con-

solat-

solationem in nostris cordibus, id est, alloquitur nos, vt Pater suos filios, confirmans nos contra dubitationem & trepidationem, Salus tua ego sum, noli metuere, ego sum protector tuus &c. Hæc certò sunt in cordibus & sentiuntur, non modò in vita, sed etiam in media morte. Nec possunt hæc pingi in pariete, sicut figuræ geometricæ, sed opus est, vt loquitur Epiphanius, sensu, id est, experientia spirituali.

Etsi autem inchoatur in nobis nouitas spiritualis, tamen adhuc multæ sordes hærent in conuerso, nec Filius Dei postea desinit esse mediator. Ideo statuendum est, fide nos propter ipsum placere, non propter nostram dignitatem. Huc pertinent hæc dicta:

Psal. 143: Non iustificabitur  
in cõspectu tuo omnis viuens. scilicet propria dignitate, aut virtute, aut sine mediatore.

1 Ioh. 1: Si dicimus, quòd peccatum non habeamus, nos ipsos decipimus.

1 Co. 4: Nihil mihi cõsci sum, sed in hoc non iustificatus sum. Bona & necessaria res est tranquillitas conscientiæ: sed tamen non iustificat coram Deo.

Exod. 24: Coram te innocēs non est innocens. Multi sunt innocentes humano iudicio, sed coram Deo, nemo est innocens. Ideo Deus a-

puð Prophetam inquit, Ego castigabote, vt, quæ nunc videris tibi innocens, deponas hanc imaginationem de tua innocentia.

1 Cor. 1: Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Semper igitur vera est hæc propositio. Nunquam remissio peccatorum & reconciliatio diuellenda est à præsentì conuersione, quæ est ipsa regeneratio, & tamen persona in hac vita est & manet iusta propter obedientiam Mediatoris, quæ longè supra nostras virtutes inchoatas collocanda est. Apud Danielem cap. 9 dicitur de beneficiis Christi: Adducetur iustitia sempiterna. Hinc aliqui sic argumentantur:

Iustitia Christiana est æterna.

Remissio peccatorum non est æterna.

Ergo remissio peccatorum non est iustificatio nostra.

Respondeo. Distingue tempora, & concordabis Scripturas. Daniel loquitur in cap. 9, non tantum de inchoatione, sed etiam de con-

summatione regni Christi & beneficiorum Domini. Vt igitur in hac vita sumus & manemus iusti remissione peccatorum, sicut Augustinus dicit: Iustitia in hac vita magis consistat remissione peccatorum, quam perfectione virtutum. Ita post hanc vitam, cessante ministerio Euangelij & Sacramentorum, cessante fide & spe, abolito peccato, & deleta morte, erimus iusti, sicut Angeli, habentes integram impletionem Legis, vt dicitur Jerem. 31: Dabo Legem de gloria in corda eorum. Nec quicquam detrahitur aut imminuitur acria Christi, quia omnia beneficia in hac & futura vita referuntur accepta, nō nostris virtutibus, meritis, operibus, laboribus, arumnis, sed adscribuntur hæc omnia ex asse, in solidum, totaliter, vt vulgō loquimur, ipsi Mediatori Deo & homini, nato, crucifixo, resuscitato pro nobis, & propter nos. Hæc est haud dubiè simplex veritas, non quæramus in scirpo nodum, id est, in simplici veritate infinitas cauillationes.

## Declaratio particulæ exclusivæ Gratis.

### CAP. VII.



**S**EMPER in conspectu sint hæc quatuor causæ, propter quas necesse est retineri exclusivam.

Prima est, vt Christo vera gloria tribuatur. Gloria autem Christi hæc est, quod per semetipsum, purgatione facta peccatorum nostrorum, confedit in dextra maiestatis in excelsis, constitutus hæres vniversorum, & dominus super omnem principatum, potestatem & virtutem, atque dominium,

& factus est nobis à Deo sapientia, iustitia, sanctificatio, & redemptio, vt qui gloriatur, in Domino glorietur.

Nato Christo, canunt Angeli, hunc hymnum, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, & lætitia hominibus. Ex hoc hymno Angelico sumimus causas, propter quas retinenda est exclusiua particula

1.  
Hebr. 1.

Coloss. 1.

2. Cor. 1.

cula Gratis, vel quod idem est, sola fide iustificamur. Nisi enim hæc retineatur sit missimè, non potest tribui Christo vera gloria. Quæ tæ autem aliquis, quæ sit illa gloria, de qua canunt Angeli. Responsio, non meis, sed Pauli verbis: Christi gloria hæc est, quod purgatione facta peccatorum nostrorum per semet ipsum, scilicet in cruce tradito corpore pro nobis, & effuso sanguine ad promerendam remissionem peccatorum, cõsedit in dextra maiestatis in excelsis &c. Videtis hanc definitionem gloriæ Christi ex fragrantissimis flosculis sententiarum Pauli contextam esse.

Secunda caussa, vt conscientia habeant firmam consolatione: 2.  
quia si remissio peccatorum penderet ex cõditione nostræ dignitatis, fieret incerta. De hac caussa Paulus inquit Rom. 4: Ideo ex fide gratis, vt sit firma promissio.

Tertia caussa, vt possit inuocatio fieri fiducia Filij Dei, non fiducia 3.  
nostrorum meritorum, iuxta dictum: Quicquid petieritis Patrem in nomine meo, id est, in agnitione & fiducia mei, dabit vobis.

Quarta caussa, vt sit conspectius discrimen Legis & Euangelij: 4.  
nam particula Gratis, vt supra dictum est, præcipue discernit Euangelium à Lege, quæ suas habet promissiones, sed nequaquam gratuitas, vt dicitur: Qui fecerit hæc, viuet in eis. Has quatuor caussas necesse est omnibus familiarissimè notas esse, quia illud

debeat promissionem Euangelij & beneficia Christi, & attendunt p̄is consolationem, & accedunt per am inuocationem, quæ accedimus ad Deum fiducia Filij Mediatoris.

Tria sunt membra in carmine Angelico. Primum est gloria Dei in excelsis, secundum est pax in terra, tertium lætitia hominibus. Ad hunc ordinem hymni Angelici, congruunt tres priores

caussæ: prima caussa, propter quam retinenda est particula exclusiua Gratis, pertinet ad gloriam Dei & Christi. Est autem gloria Christi agnitio non modò personæ, sed etiam beneficiorum Christi, & apprehensio illorum bonorum, quæ fit fide. Secunda refertur ad pacem conscientie, id est, ad consolatione, quæ vincit omnes dubitationes pauores & trepidationes. Tertia caussa est lætitia in inuocatione: postquam enim accepimus remissionem peccatorum gratis, propter Christum, non tantum sentimus consolationem in pectore

ribus nostris, sed etiam læti accedimus ad Deum petentes & expectantes ab eo bona. His tribus causis additur quarta, vt conspiciatur discrimen Legis & Euangelij: quia particula Gratis, & expressa mentio redemptoris præcipuè discernunt Legem ab Euangelio. Lex nihil dicit expressè de Mediatore: in Euangelio autem fit expressa mentio Mediatoris. Deinde Lex habet quidem promissiones, sed conditionales, nullas verò habet gratuitas, vt Euangelium.

Vt autem Paulus vtitur particula Gratis, ita nos in eandem sententiam dicimus: Sola fide iustificamur, id est, agnitione & fiducia soli Filij Dei, statuyente, quòd propter eum nobis dentur remissio peccatorum, & reconciliatio, & hæreditas vitæ æternæ.

In scholis dicitur, correlatiuè intelligendam esse hanc propositionem: Fide iustificamur: Christus apud Iohannem cap. 4 inquit ad Apostolos, Vos tanquam messores demetitis alienas fruges alieno labore fatas: quia Prophetæ ante Christum natum præpararunt terram ad accipiendum semen Euangelij, imò collegerunt Deo æternam Ecclesiam, non solum ex populo Israel, sed etiam ex vicinis gentibus: vt Daniel collegit Ecclesiam in Babylone, Ioseph in Aegypto, Elias in Syria, Ionas in Ninive. Idem potest dici de nobis: nos iam, Dei beneficio fruimur hac luce simplici & perspicua doctrinæ, pro qua meritò debemus Deo gratias agere, sed nostri præceptores & patres reuerenter amandi, annos totos 40 & amplius, quanta certamina sustinuerunt in tot colloquiis & conuentibus Imperij, donec obtinuerunt palmam, & tradiderunt nobis, tanquam præclarum depositum hoc genus doctrinæ, quod nunc Dei beneficio est vsitatum & notum: sed credite mihi, ante annos 30 aut 40 nõ fuerunt adeo peruulgata, vt nunc sunt. Demus igitur operam, ne posteritas amittat hanc simplicitatem.

Etsi autem certissimum est, dato Spiritu sancto, multas virtutes simul inchoari, iuxta dictum: Effundam super domum Dauid Spiritum gratiæ & precum: tamen propositio vera est, Sola fide persona credens est iusta: quia propter Mediatorem placet fide, non propter propriam dignitatem, seu nouitatem. Quam ob rem particula Gratis non excludit ceteras virtutes, ne adsint, sed excludit conditionem meriti, seu dignitatis nostræ, hoc est, vt populariter dicere solemus, etiam si multæ virtutes simul sunt, tamen

men non sunt causæ vel meritum remissionis peccatorum, seu iustificacionis, & acceptationis ad vitam æternam.

Vos scitis hoc tempore sparsum esse in Ecclesia *παράδοξον*, quòd bona opera officiant salu-

ti. Hoc *παράδοξον* est exterminandum ex agro & finibus Ecclesiæ: quia reuera Spiritus sanctus multas virtutes, multa bona opera vult cum fide in nobis accendit & tamen vera est propositio. Sola fides iustus iustificat, quia dilectio, spes & ceteræ virtutes non accipiunt remissionem peccatorum, sed sola fides est organum, seu instrumentum, quo accipimus & nobis applicamus hoc tantum bonum & beneficium. Multi putant legentes parabolam Luc. 18 de Pharisæo & publicano, Pharisæum damnatum esse propter bona opera. Absit: non nocuit Pharisæo honesta disciplina, sed gloriatio Pharisæica de bonis operibus, seu impia fiducia bonorum operum. Est igitur hoc *παράδοξον* nihil aliud, quàm puerilis fallacia accidentis. Bona opera per se certè sunt salutaria, sunt bona, Deo placentia. Sed quâ accedit hoc accidens, quod addit Pharisæus apud Lucam, videlicet impia fiducia & gloriatio, tunc per accidens contaminantur, & fiunt mala.

Refutatio errorum, qui corrumpunt,  
aut delent præcipuum articulum  
in Symbolo, Credo remissionis. peccat.

## CAP. VIII.

**L**IVD est corruptela, aliud deletio: sicut aliz res est somnus, alia mors: differunt gradibus corruptela & deletio. Turci, Iudæi recentes, & qui condiderunt decreta Tridentinæ Synodi, delent in vniuersum hunc articulum, Credo remissionem peccatorum. Quia Tridentini isti iudices affirmant, dubirandum esse de gratia, de

remissione peccatorum. Sed alij verecundiores corrumpunt hunc articulum, non aliter quàm caupones corrumpunt vinum aut cereuisiam infusione aquæ.

Origenes, & multi eum sequuti sparserunt fallam interpretationem in Ecclesiam, tantùm ceremoniis detrahi iustificationem, & sinxerunt, homines iustos esse propter opera moralia.

Origenes fuit filius Leonidæ martyris Aegyptij, cuius historia prolixè recitatur ab Eusebio, lib. 6 hist. Eccles. Fuit autem magna eruditio & autoritas Origenis.

Hic non procul abfuit à temporibus Apostolorum: & tamen quod valde mirandum est & dolendum, hic tantus vir ceno contaminauit fontes Apostolicæ doctrinæ. Sic enim enarrat propositionem Pauli Rom. 3, & aliàs: Fide iustificamur sine operibus Legis, scilicet ceremonialibus, quod ita intelligit & declarat. Tres fuerunt species Legis Mosaicæ, prima & summa, moralis, quæ est æterna & omnium temporum, nec potest abrogari. Reliquæ dux fuerunt partim ceremoniales, partim iudiciales. Iam verò constat, vnà cum poëtitia abrogatas esse leges tam ceremoniales, quàm iudiciales Moysis, quæ non sunt naturales. Hinc extruxit suum commentum, Paulum detrahere iustificationem forensibus & ceremonialibus operibus Moysis, sed nequaquam moralibus. Est certè plausibilis corruptela, quæ posset homini non admonito facere fucum, & multi secuti sunt Origenem: sed Epiphanius acerrimè refutauit errorem Originicum, & antecessit Epiphanium Methodius, qui editis scriptis luculentis, quæ vrinam hodie extarent, refutauit has & similes corruptelas in doctrina Origenis.

Sed Augustinus in lib. de Spiritu & litera, eruditè hanc corruptelam refutat: & affirmat, Paulum vniuersaliter loqui etiam de moralibus, cum inquit, Ex operibus Legis nemo iustificatur.

Quòd autem Paulus de tota Lege, in primisque de morali loquatur, nec tantùm detrahat iustificationem circumcisioni, aut aliis ceremoniis, sed etiam morali obedientiæ, hæc dicta euidentissimè ostendunt. Rom. 3: Per Legem agnitio peccati, aut Lex iram efficit. Hæc dicta necesse est intelligi de Decalogo, qui est speculum præcipuum peccati & iræ Dei. Nulla enim pars Legis atrocius accusat & perterrefacit homines, quàm vox Decalogi. Verum

Verum est, ceremonias etiam nos admonere de peccato, vt Circumcisio significabat peccatum originis, & abiectioem huius corruptæ naturæ, sed multò clariùs, & sine vllò inuolucro Decalogus accusat peccatum, quando sonat hoc fulmen: Maledictus, qui non seruat omnia, quæ sunt scripta in libro Legis: sic sacrificia Leuitica significabant, homines esse miseros peccatores, & expectandum esse alium redemptorem, & aliam victimam tollentem peccata mundi, sed hæc allegoriæ & imagines non ita feriunt cor, vt vox Decalogi.

Deinde Rom. 7. expressè Paulus citat Legem moralem, vt teneatur se loqui de Decalogo: Concupiscentiam nesciebam esse peccatum, nisi Lex diceret, Non concupisces. Et Gal. 3. reperit maledictionem additam violationi Legis moralis in cap. 27. Deuter. Cum igitur doceat, nos per Christum ab hac maledictione liberatos esse, potissimum dubium aut obscurum esse potest, de qua Lege potissimum loquatur. Sed omisis ceteris argumentis, hoc vnum attentè cogitemus, quod copiosè explicatur ab Augustino in libro de Spiritu & litera: si liberatio à Lege tantum ad ceremonialia pertinet, non profuit patribus ante Moysen. Necesse est autem statuere, quòd liberatio à Lege pertineat ad vniuersam Ecclesiam à principio mundi vsque ad finem. Quare absurdissimum est dicere, quòd Christus liberauerit nos tantum à ceremonialibus. Sit igitur hoc nobis persuasum, Paulum de tota Lege loqui, & neminem propter ceremonias, aut moralia opera coram Deo iustum esse. Nulla enim maior contumelia aduersus Filium Dei dici aut cogitari potest, quàm fingere, non solam ipsius obedientiam esse pretium & meritum remissionis peccatorum, & propitiationem pro peccato.

Sequitur altera corruptela, quæ docendi causa solet appellari *periphrasi*: nam Thomas, Scotus & similes scholastici Theologi, vel potius Sophistæ, sinxerunt hominem esse iustum, non sola fide, sed fide, vt ipsi loquuntur, formata, scilicet dilectione: ac in summa hoc dixerunt, hominem fide tantum preparari, vt postea possit esse iustus dilectione Dei & proximi. Huic Sophisticæ corruptelæ similis est deprauatio veræ sententiæ, quæ extat in libro Interim de iustitia inhaerente, seu de nouitate spirituali. Hæc enim omnia idem signi-

ficat. Ac si verè volumus iudicare, in eodem luto erroris hæsit Osiander, cuius grandiloquentia multis fucum fecit. Reuera autem nihil aliud dicit Osiander, quàm hoc, quòd homo fide accipiat remissionem peccatorum, nec tamen hac fide sit iustus, sed ea iustitia, quam ipse appellat essentialem, quæ in nobis habitat, & nos impellit, vt iusta faciamus. Hæc etsi grandi sono orationis dicuntur, & multis videntur esse plausibilia, tamen in fundamento nihil noui dicit Osiander, sed tantùm repetit veterem cantilenam noua verborum forma. Quod enim Sophistæ, Scotus, Thomas & alij, & liber Interim dixerunt de effectu, hoc ipse dicit de causa: illi nominant effectum, scilicet nouitatem spiritualem, seu iustitiam inhaerentem siue dilectionem, qua putant formari fidem rudem alioqui & informem, Osiander pro effectu nominat causam, id est, ipsum Deum habitantem in nobis, & nos impellentem ad bona opera. Hæc ideo dico, vt iuuentus intelligat discrimina & consonantias opinionum falsarum. Verbis dissident, sed re ipsa concinnunt hæ corruptelæ. Cùm ante annos circiter 13 aut 14 edidisset aliqua scripta Osiander, multi non intelligentes scopum controuersæ, disputarunt cum Osiandro de inhabitatione Dei in nobis, & putarunt in illa re verticandinem negotij quod longè secus est. Nec debemus, nec possumus negare, quòd Deus habitet in sanctis, iuxta dictum, Veniemus ad eum, & mansionem apud eum faciemus. Item Christus habitat in nobis per fidem, Ephes. 3. Et de Spiritu sancto notissima sunt dicta, in quibus affirmatur, quòd simus templa & domicilia Spiritus sancti, quotquot sumus renati. Ergo non est quæstio de inhabitatione an Deus, vel Christus, vel Spiritus sanctus in nobis habitet, neque etiam est quæstio de effectibus Dei, vel Christi, vel Spiritus sancti in nobis habitantis. Scimus enim, Deum nunquam esse otiosum, sed esse actum merum, id est, semper aliquid agentem. Sed hoc est *χριστόμενον*, hoc est caput controuersæ, An propter illam inhabitationem & efficaciam Dei in nobis, simus & maneamus iusti in hac vita. De hac quæstione responsum mox audietis. Mens nostra in hac magnis pauoribus & doloribus non quærit, quas habeat qualitates & actiones Dei interiores, sed hoc potissimum quærit, quomodo Deum propitiũ habere possit, quomodo cum Deo reconciliari possit. De hac re est dimicatio & lucta præcipua in tentationibus, sicut omnes experiuntur. Ergo non est obscuranda consolatio omnium maximè necessaria de remissione peccatorum, hac grandiloquentia

tia Osiandri, de inhabitatione Dei operantis in nobis, & impellentis nos ad bona opera. Habet illa oratio suum locum, nec est simpliciter damnanda, sed non trāsferatur in alium locum intempestiua quadam & prāpostera beneuolentia.

Secunda corruptela articuli iustificationis est *συνοδοχῆ* Papi-  
starum, libri Interim, Osiandri, & aliorum, qui sic interpretantur  
propositionem Pauli: Fide iustificamur, id est, prāparamur ad iu-  
stificationem, vt simus deinde alia re iusti, seu accepti coram Deo,  
videlicet nouitate seu dilectione, seu inhārente iustitia essentiali.  
Nam hi modi loquendi idem significant. Suprà autem satis con-  
firmauimus hanc sententiam opponendam Synecdochæ, quòd  
fide persona iusta sit coram Deo etiam post regenerationem, &  
quòd hæc fides nitatur obedientia & intercessione Mediatoris,  
non nostra nouitate, seu inhārente iustitia, seu essentiali. Cùm ve-  
rò hac consolatione corda viuificata sunt, iam fiunt templa Dei, &  
habent iustitiam, scilicet ipsum Deum mouentem & sanctifican-  
tem corda, seu nouitatem, quam efficit Deus, & quæ est fructus  
Spiritus, eoq̄ue nominatur, & est iustitia, etiamsi aliud est, pro-  
pter quod persona in iudicio  
Dei iusta reputatur, quia noui-  
tas nondum est integra, & tri-  
stes reliquæ peccati hærent in  
omnibus in hac vita, vt infrà in  
loco de bonis operibus copio-  
sius dicitur.

Considerate quæso exemplū  
Dauidis, qui post atroces lapsus,  
post adulterium & homicidium  
perpetratū, fuit in maxima con-  
sternatione animi. Quid igitur  
petit in his turbinibus ac flucti-  
bus tentationum à Deo? Audi

psalmum, Miserere mei, Deus. Nōne petit omnium primū à Deo  
ardentissimis votis, & toto pectore remissionem peccatorum gra-  
tis propter Mediatorem? Sic enim incipit psalmus, Miserere mei,  
Deus, secundum misericordiam tuam, & secundum multitudinem  
miserationum tuarum, dele iniquitatem meam. Et sequitur longa  
confessio peccatorum, originalis & actualium, & repetit aliis verbis  
eandem petitionem: Asperge me, Domine, hyssopo &c. Expendite in  
hac prece pondera verborum: non dicit, Miserere mei secun-  
dum meam nouitatem, aut inhārentem iustitiam, aut essentialem  
iustitiam, vt Osiander loquitur, sed confugit ad portum misericor-  
diæ, iactatus tempestatibus & ventis maximarum tentationū, sicut

& in psal. 6 inquit: Saluum me fac per misericordiam tuam: Ita primum petit Dauid beneficium summum & maximè necessarium, scilicet remissionem peccatorum: & hæc est iustificatio nostri coram Deo. Postea verò addit petitionem de gubernatione Spiritus sancti, seu de regeneratione: Cor mundū crea in me, o Deus, & Spiritum firmum innoua in visceribus meis &c. Hic ordo psalmi congruit ad dictum Baptistæ: Gratia & veritas per Christum facta sunt. Et ad dictum Pauli Rom. 5: Per Christum habemus gratiam, & donum per gratiam. Primo loco nominat gratiam, id est, gratuitam reconciliationem cum Deo, & remissionem peccatorum: postea sequitur veritas seu donum per gratiam, id est, donatio Spiritus sancti, cuius fructus sunt, vt ait Paulus Gal. 5, dilectio, mansuetudo, castitas, & reliquæ virtutes. In hoc exemplo Dauidis, rem tanquam in speculo propositam cernimus, & videmus, quàm longè à re ipsa, atque à veritate, & ab experientia omnium sanctorum distet non modo Scoti, Thomæ, & libri Interim imaginatio, sed etiam Oliandri grandiloquentia. Retineamus igitur Paulinam Theologiam, quæ non tantum est verissima, sed etiam simplicissima & planissima.

Postremò hanc totam doctrinam propriam Ecclesiæ Dei, quæ est portus & summa consolatio piorum, audacissimè obruit Synodus Tridentina, quæ iubet omnes homines manere in dubitatione.

Hic perniciosus error non tantum corruptela est, sed etiam delictio totius capituli in Symbolo: Credo remissionem peccatorum, nec Ecclesiæ doctrinam proponit, sed Ethnicas, seu Pharisæicas imaginationes confirmat. Nam humanæ mentes ignaræ Euangelij, & Legem vtcunque intuentes, merguntur in hanc dubitationem, quæ tristes fremitus aduersus Deum & desperationem parit. Nos igitur huic impio decreto & execrando opponamus mandatum Dei æternum & immotum, quod seuerissimè præcipit, vt credamus Filio Dei, & promissionem diuinam, quæ hanc ipsam ob causam edita, & iureiurando confirmata est, vt ei assentiamur, nec fluctibus dubitationum opprimamur. Nota est enim vox iurisiurandi: Viuo ego, dicit Dominus, nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Et Iohannes inquit, Qui non credit Deo, accusat eum mendacij. Qui igitur perseverat in dubitatione,

an conuersus ad Deum placeat Deo, is afficit Deum contumelia, arguens eum mendacij.

Considerate diligenter hæc, non tam ad refutadã Synodi Tridentinæ audaciam & amentiam, quàm ad nos ipsos consolandos & confirmandos contra varias & multiplices dubitationes, quæ ex ratione & ex Lege oriuntur. Homo naturaliter circumfert in mente caliginem tristem & lugendam. Hoc malum per accidens confirmat Lex: sicut enim flamma augetur affuso oleo: ita homo ignarus Euangelij, & nihil sciens nisi Legem, manet in dubitatione, & perpetuò disputat, an Deus sit propitijs, an velit nos exaudire & recipere, præsertim in ærumnis & in media morte. Cõtra hoc malum Deus edidit mādatum, quod seuerissimè præcipit, vt omnes Filium Dei, tanquam testem & nuncium veracem audiant, iuxta dictum, Hunc audite: & qui hunc non audiunt, ego vltor existam, Deut. 18. Deinde proposuit Deus promissionem Euangelij vniuersalem & gratitiam: ac verissimum est quod dicit Bernardus: Misericordia Dei in medio posita est, nec quisquam illius expers est, nisi qui re-nuit, repugnat, resistit. Tertio opposuit Deus nostræ dubitationi & infirmitati iuramentum, de quo dicit Tertullianus: O beatos, quorum causa Deus iurat: e contrà, ò miseros, si nec iuranti Domino credant. Quid tristius est, quàm aspernari Deum, non modò promittentem, sed etiam iureiurando confirmantem sua promissa?

Hinc perspicuum est, quare decretum Synodi Tridentinæ, quod cõfirmat errorem de dubitatione, odio dignissimum sit, & execrandum ab omnibus creaturis. Nos verò assentiamur promissioni, vt Paulus Rom. 4 docet, promissionem oportere fide accipi, & hac fide vincamus dubitationem, cum quidem Spiritus sanctus ideo donetur creditibus, vt confirmet mentes contra fluctus dubitationum, & contra metum in periculis.

Audiamus antea citatum psal. 51: Cor mundum crea in me, ò Deus &c. Quid vocat David cor mundum? Audite Petrum enarrantem hoc psalmi dictum Act. 15: Fide purificantur corda. Ergo

perit cor mundum, id est, fide purificatum, fidele, credens. Mox addit: Et Spiritum firmum innoua in visceribus meis. Cur appellat Spiritum sanctum, Spiritum firmum? Respondeo: Quia confirmat nos contra hæc duo mala, quorum alterum est dubitatio de volun-

ate & misericordia Dei, alterum metus in periculis mortis, & mil-  
le aliis: deinde in sequenti versu dicit psalmus, Et Spiritum sanctum  
tuum ne auferas à me. Cur nominat sanctum? quia sanctificat, id est,  
regenerat & renouat mentem, voluntatem & cor: & accendit in sin-  
gulis potentiis seu membris, vt loquitur Paulus, animæ motus con-  
gruentes cum Lege Dei. Tertio eundem Spiritum appellat princi-  
palem: scimus, plerosque Principes non degeneres, esse heroica vir-  
tute, in quibus est longè maius robur cordis, & maior fortitudo, seu  
maior celsitudo animi, quàm in aliis plebeiis hominibus. Ideo petit  
heroicum Spiritum, celsum, magnanimum, despicientem omnes  
pauores & pericula, non æstimantem vnus asis Diabolum & o-  
mnia eius organa. Talem Spiritum principalem siue heroicum ha-  
buit Daniel inter leones, viri tres in medijs flâmis, Paulus in omni-  
bus suis afflictionibus, denique omnes sancti in casu confessionis, &  
in aditu mortis. Alij vertunt Spiritum spontaneum, quia Princeps  
non coactè aliquid facit, non metu, sed sponte sua. Idem est igitur  
Spiritus spontaneus & principalis.

EXPLICATIO TEXTVS LO-  
CORVM THEOLOGICORVM  
PHIL. MELANTHONIS

De iustificatione.



**T**O TIES dixi de causis consilij, quo repetiti-  
mus eisdem Locos, & easdem materias, vt vi-  
deatur esse ineptum & superuacaneum, plura  
de eadem sententia dicere. Certè si necessaria est  
repetitio in vilo articulo doctrinæ Christianæ,  
in hoc Loco de iustificatione, omnium maximè  
necessaria est. Nemo enim putet, se exhaustisse  
hoc caput doctrinæ vna aliqua aut altera meditatione, sed tota vita  
debet præcipuè versari & consumi in speculatione & sensu (vt ver-  
bis Epiphaniij vtar) huius articuli. Non sunt quotidie noua & inau-  
dita proponenda auditoribus, sed hoc longè est vtilius, & plus con-  
ducit

ducit ad piam & spiritualem eruditionem, si eadem res subinde repetantur & inculcentur. In philosophia satis est semel atque iterum doctrinam propositam esse: quia philosophia extrahitur ex principis natura notis. Sed in Theologia cum pleræque res sint positæ supra & extra captum humanæ mentis, vel ob hanc vnam causam necessaria est crebra repetitio.

De gratia & iustificatione.

*Hic Locus continet*]

vel tollas, vt Iudæi: vel depraues, sicut Papiſtæ, neque Ecclesia consistere potest, neque Deus retinere potest suam gloriam, quæ est quod sit misericors, & quod propter Filium condonare peccata, ac saluare velit. Idem Gal. 3: Locus iustificationis diligenter discendus est. In eo enim comprehenduntur omnes alij fidei notæ articuli, eoque saluo, salui sunt & reliqui.

Lutherus Genes. 21: Hic summus fidei articulus est, quem si mus fidei articulus est, quem si vino vendibili, vt dici solet prouerbio, nihil opus est suspenſa hedera: id est, Res bonæ non indigent longa commendatione. Sed tamen vt iuniores excitentur ad diligentem & seriam

meditationem articuli de iustificatione, volui hæc dicta magni viri repetere ex duobus commentariis, neque necesse est addere perspicuis verbis vllam glossam, aut declarationem.

Proprium Christi beneficium est gratia. Iohan. 1: Lex per Moſen data est, gratia & veritas per Christum facta est.

*Consolationem*]

Iuxta illud Rom. 5: Iustificati fide, pacem habemus, id est, firmam consolationem, quæ superat omnem sensum & cogitationem, vt alibi loquitur Paulus ad Philipp. 4.

*Verâ inuocatio*]

Iohan. 4 dicit Christus ad mulierem Samaritanam in familiaritate: Veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu & veritate: Deus enim est Spiritus, & requirit adoratores spirituales. Quo dicto summum & præcipuum Dei cultum esse veram Dei inuocationem indicat. Hæc verò non potest præstari sine fide accipiendæ remissionem peccatorum gratuitam.

Præcipuè discernit]

Quatuor sunt, vt ita dicam scholastico more, effectus articuli iustificationis. Primus, quòd monstrat agnum Dei tollentem peccata mundi: secundus, quòd affert piis mentibus necessariam & firmam, & salutarem consolationem, quæ potest & debet opponi peccato & morti. Tertius effectus est, quòd accendit in nobis veros cultus Dei & veram inuocationem. Quartus est, quòd discernit hic articulus Ecclesiam ab aliis sectis iudicio Dei damnatis, vt à secta Mahometica, recenti Iudaica, Papistica, Ethnica & multis aliis, quæ sectæ prorsus ignorant veritatem de hoc articulo.

Ideo]

Fons certaminum de hoc loco.

Hypocritæ]

Inde vsque à Cain, qui fuit primus Pharisæus & Pelagianus, quia obtulit sacrificium Deo cum opinione operis operati, id est, putauit ipsum opus per se Deo placere, etiam si nulla esset fides, nulla dilectio in corde.

Dauid]

Psal. 143: Non iustificabitur, scilicet propria mundicie, sine Mediatore.

Alio loco]

psalm. 2.

Notitia]

Hebraïsmus est, Latinis tantùm significat actionem mentis, & volûntatis, cum qua copulati sunt affectus in corde: vt psal. 51, Peccatum meum agnosco, scilicet non tantùm speculatiuè, sicut homines otiosi de peccato cogitant, sed ita agnosco peccatû, vt meum cor expauescat, & sentiat vim peccati. Genes. 4 scribitur, Adam cognouit vxorem: ibi manifestum est, verbum Cognouit, non intelligi de otiosa speculatione. Notitia eius: id est, fiducia eius, quæ comitatur notitiam Christi.

Leges]

noua consilia, de quibus supra.

Statim post Apostolos]

Non diu retinent homines lucem veritatis, nisi diuinitus

seruetur. Ideo Esaias precatur pro discipulis cap. 8: Obsigna Legem tuam

tuam in discipulis meis: quasi dicat, Video secuturas esse magnas tenebras post meam mortem, ideo tu obsignato, Spiritu sancto tuo in cordibus meorum auditorum & discipulorum naturam verbi sententiam, nec finas eam corrumpi, aut extingui Pharisæicis & aliis furoribus.

Omnes doctores in Ecclesia, & in scholis hac forma precationis vti debent: Obsigna Legem tuam in discipulis meis. Verissimè enim dicitur, homines non diu retinere lucem veritatis, ni-

si diuinitus seruetur, vt ostendunt plurima exempla. Post mortem Ioseph, quanta mutatio secuta est in Aegypto? post mortem Danielis, quæ tenebræ oppresserunt Orientem? sic post Apostolos, Origenes & alij obscurarunt veram doctrinam, & quasi cæno iniecto, aut etiam veneno turbarunt fontes Israel, id est, simplicem doctrinam Prophetarum & Apostolorum.

Statim]

Et tamen Papistæ audent affirmare, Ecclesiam non posse errare. De quo dicto dicemus suo loco. Verum est dictum synecdochicòs: Sicut Ecclesia est sancta *κατὰ συνεχολω*, id est, aliqua membra sunt sancta: alij multi sunt in Ecclesia hypocritæ & Epicuræ: ita Ecclesia non errat, id est, aliqua membra retinent veram sententiã, siue in aliquibus membris manet lux veræ doctrinæ.

Alius]

Multis patribus non defuit intelligentia rerum spiritualiũ, sed plerisque defuit facultas explicandi *ἐρμηνευτικὴ δύναμις*. Non omnibus datum est, & rectè sentire de doctrina, & sensa, vt Cicero loquitur, dicendo & scribendo rectè exprimebat. Basilius habet vtrunque donum, & Augustinus, sed multi alij incommodè & inconcinnè loquuti sunt.

Corrigunt]

Papistæ nunc sanguineis ebullibaccis, miniòque rubenti pingunt suas statuas, sua idola, missas, & inuocationem mortuorũ &c.

Quòd mereamur]

Scholastici Theologi, vel, vt veriùs dicam, Sophistæ, Thomas, Scotus & similes finxerunt duplex meritum, vnum cògrui, alterum condigni. Meritum congrui appellant opus bonum ante

gratiam, quod valet ad impetrandam gratiam de congruo. Meritum verò condigni nominat opus, quod sequitur impetratam gratiam, quodque meretur vitam æternam de condigno. Hanc monstruosam & falsam distinctionem declarant exemplo Cornelij, Act. 10. Dicunt enim Cornelium eleemosynis & aliis bonis operibus meruisse gratiam de congruo. Congruebat enim bonitati diuinæ compensatio bonorū operum Cornelij. Postquam verò Cornelius à Petro baptizatus est, & Spiritum sanctū accepit, dicunt eius opera fuisse meritoria vitæ æternæ de condigno, dignus est enim operarius mercede sua. Hanc fabulam de duobus generibus meritum o-

Sicut res sunt falsæ & monstruosæ, ita etiam oratio est monstruosa.

lim magna autoritate Sophistæ in templis & scholis, & in omnibus libris repetebant, atque inculcabant, sicut de Democrito inquit Cicero, neminem maiore autoritate maiores nugæ docuisse.

Nos aut ignoramus ista, aut ridemus, sicut certè sine digna quæ rideantur: sed ante annos 50 nemo audebat ista cõtemnere, ac si quis leuiter contradixisset Monachis, haud dubiè coniectus fuisset in ignem. Agamus

Deo gratias, quòd sumus vindicati ab istis erroribus, qui sunt blæphemi contra Filium Dei.

*Impletionem Legis]*

fit implere Legem, cum Lex sit spiritualis, nos verò carnales. Respondent per distinctionem fictam & commentitiam. Duplex est impletio Legis: alia secundum substantiam facti, alia secundum intentionem præcipientis. Etsi igitur, inquit, inquit, Nemo satisfacit Legi, quòd ad intentionem præcipientis, tamen possibilis est impletio Legis secundum facti substantiam. Nemo enim ad impossibile obligatur. In hac distinctione quantum fit erroris & tenebrarum, omnes pij intelligunt.

Quando Sophistæ interrogantur, quomodo aliquis possit implere Legem, nos verò carnales. Respondent per distinctionem fictam & commentitiam. Duplex est impletio Legis: alia secundum substantiam facti, alia secundum intentionem præcipientis. Etsi igitur, inquit, inquit, Nemo satisfacit Legi, quòd ad intentionem præcipientis, tamen possibilis est impletio Legis secundum facti substantiam. Nemo enim ad impossibile obligatur. In hac distinctione quantum fit erroris & tenebrarum, omnes pij intelligunt.

Miseri homines, tãquam cæci Pharisæi, non intellexerūt, quãta res sit Lex, & cur Christus sit missus ab æterno Patre in hunc mundum. Christus inquit, Non veni soluere, sed implere Legem. Et

Et Paulus de Christo inquit: Finis, id est, impletio Legis est Christus. Pellatur ergo ex agro, atque finibus Ecclesiæ, hæc falsa & vana distinctio de duplici impletione Legis. Si quis vult propter *27-18-19*, quæ est valde necessaria in omni genere doctrinarum, plura legere de duplici merito, & de duplici impletione Legis, legat commentarium Reuerendi Patris D. Lutheri in Galatas, ibi inueniet longam & commemorationem & refutationem horum deliriorum.

Primum]

Post exordium, quod hæctenus audiimus, sequuntur tres propositiones principales. Prima loquitur de disciplina, quid de ea existimandum, & quantum ei tribuendum sit: secunda est con-  
 cio penitentia: tertia est summa articuli de iustificatione.

Paulus]

1 Timoth. 1: Lex posita est ad coercendos iniustos.

Pædagogiam]

Galat. 3, manuductionem ad Christum.

Velatam]

2 Cor. 3. Duplex est Mosis facies, vna velata, altera resecta. Velata, significat opinionem Pharisaicam; resecta, est verus vsus & intellectus Legis, de quo dicit Paulus, Lex iram efficit, per Legem agnitio peccati.

Secundò]

Semper intuendum est exemplum primorum parætorum, quia illustrat omnes articulos doctrinae Christianæ.

Christus fuit minister Circumcisionis]

populi circumcisi.

Inquiens]

Lucæ vi.

Fit & voce Euangelij]

Præcipuum discrimen Euangelij & Legis facit particula

Gratis, & expressa mentio redemptoris. Ex hoc fundamento sequitur, Legem non arguere expressè & disertè hanc speciem peccati, quæ est, non credere in Filium Dei. Certè Lex non facit expressam mentionem redemptoris.

Deus arguit peccatum mi-

Quæ sit voce Legis]

nisterio Legis & Euangelij. Nam Lex arguit totam molem peccati: Euangelium arguit certam speciem, videlicet ignorantiam & contemptum Filij Dei. Deinde arguit Deus peccatum mole calamitatum, seu signis reatus, quæ nobis circumdat.

Si non volumus vocem sonantem in ministerio audire: necesse est, nos alios concionatores audire, qualis est Moscus in Liuonia, & Turca in Pannonia.

Postremò arguit Deus peccatum sensu iræ suæ, vt Ezechias rex inquit, Esaia 38: Sicut leo contriuit omnia ossa mea.

Tertiò]

Sequitur tertia propositio, quæ describit modum iustificationis, estq; hæc principalis propositio memoriam mandanda, vt non tantum alios, sed etiam nos ipsos erudire & confirmare possimus de vera sententia. Multi enim, qui diu didicerunt hanc doctrinam, non possunt ea quæ sentiunt, satis comòdè exponere verbis. Quare fit vobis hæc forma verborum in textu quàm maximè commendata.

Cùm mens]

In omnibus scriptis sacris & prophanis præcipua diligentia quærenda est propositio principalis, seu status negotij: ita in hoc articulo constituenda est certa propositio, quæ nos docet de remissionem peccatorum, seu de modo iustificationis. Nemo autem potest differtius & rotundius hanc sententiam enuntiare, quàm Paulus, qui Rom. 3, vt meministis, sic inquit: Iustificamur gratis, gratia ipsius propter redètionem, quæ est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiatorem in sanguine suo per fidem. Hæc est principalis propositio, quam Paulus confirmat capite 4 testimoniis Moyli & Davidis, & aliis quibusdam argumentis. Expendantur autem pondera verborum, & singula appendantur ad libram, seu ad calculos vocentur. Iustificamur, id est, habemus remissionem peccatorum, reputamur iusti coram Deo, sumus reconciliati Deo, & accepti ad vitam æternam. quomodo? gratis, id est, sine nostra dignitate, sine nostro merito, non propter vllam nostram virtutem, aut qualitatem, siue sit contritio, siue dilectio, siue alia quæcunque virtus. Non enim hæc particula excludit præsentiam aliarum virtutum, sed meritum. Sequitur, Gratia ipsius: hæc tertia particula monstrat nobis fontem huius

huius beneficij, scilicet immensam & inenarrabilem misericordiã Dei, de qua dicitur Iohan. 3: Sic Deus dilexit mundum &c. Et Ephes. 2: Gratia saluati estis, non ex operibus, ne quis gloriatur. & psal. 130: Quia apud te est propitiatio: Item, apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio. Sequitur quarta particula, Per redemptionem, quæ est in Christo. Cur fit mentio redemptionis? vt sciamus nobis remitti peccata propter obedientiam & meritum Filij Dei. Etsi enim gratuita est remissio peccatorum, quod attinet ad nostra opera & merita, tamen non remittuntur peccata sine performance pretij æquivalentis, quod Græci vocant λύτρον seu δολύτρον: est quidẽm Deus misericors, sed tamen etiam iustus est. Quare sicut immensa sua misericordia non potuit videre æternum & vniuersalem interitum generis humani: ita propter iustitiã suam postulauit compensationem & par pretium, pro nostra contumacia & inobediẽtia. Hoc pretium cum nec angeli, nec homines, nec vlla creatura persolvere posset, Filius Dei factus est redemptor, persolues pro nobis hoc pretium, & quidem, vt postea inquit Paulus, in sanguine suo. Hunc dicit propositum esse. Cur vtitur verbo proposuit? Eodem consilio, quo senex Simeon inquit Lucæ 2: Quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum, lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel: quasi dicat, Quod latet, ignotum est, ignoti nulla cupido. Quare beneficium redemptoris esset ignotum generi humano, nemini nostrum prodesset, nemini salutem & consolationem afferret. Proposuit igitur Deus, & palam reuelauit redemptorem generis humani, in passione & resurrectione, & postea in missione Spiritus sancti, & in collectione Ecclesiæ, quæ fit per Euãgelium & vsum Sacramentorum. Sed cur nominat hunc Mediatorem propitiatorem, seu propitiatoriũ? Alludit Paulus ad typum de arca fœderis, & de propitiatorio. Exod. 25: Arca fœderis tegebatur propitiatorio, quod erat tabula ex solido auro conflata, sine vlla admixtione ligni. Hęc tabula aurea tegebat arcam, & nominabatur propitiatorium, quia Deus promiserat, se velle ibi propitium esse, & ibi exaudire preces hominum. Erat autem illa tabula typus Christi: sicut enim propitiatorium tegebat arcam, & quidem arcam fœderis, in qua erant duæ tabulæ Decalogi: ita Christus est nostrum vmbraculum & tegumentum, defendens nos aduersus æstum iræ diuinæ, ne absumamur incendio iræ & pœnæ. Postremò additur clausula omnium maximè

necessaria de fide, vt nos doceat de applicatione gratiæ & redemptionis: Per fidem inquit, quasi dicat, Nisi tu fide apprehendas gratiam Dei & meritum Christi, frustra tibi prædicatur Euangelium. Quare vt fias particeps gratiæ Dei, & beneficiorum Christi, applicantur tibi hæc beneficia fide, non dilectione, aut spe, quia spes non accipit præsens beneficium, sed expectat futuram liberationem: dilectio non accipit beneficia Dei, sed reddit aliquid pro modo facultatum. Hæc ideo tam prolixè cõmemorauimus, vt vobis inculcem verba Pauli, quibus nihil potest in hac materia dici rotundius, disertius & significantius.

Tribunis]

Liuius li.9. decad.4. Cato Maior Censorius, cum videretur gloria Scipionis, vt omnes natura sumus superbi, & inuidi, alij magis, alij minus, incitauit Tribunos Petilios, vt accusarent, vel potius aliter latrarent Scipionem, & obicerent ei hoc crimen, quod non bona fide retulisset spolia Carthaginis in ærarium Reip. id est, accusarent eum peculatus. Scipio nihil aliud respondit ad has calumnias, nisi hoc vnum: Hodiernus dies nos admonet de victoria aduersus Hannibalem: quare qui volunt, ascendant mecum in Capitolium, vt agamus Ioui gratias pro victoria. Hac oratione audita, tota multitudo populi, quæ antea fuerat à tribunis, tanquam à ventis concitata, secuta est Scipionem, & vota fecerunt Diis, more Ethnico, postea Scipio discessit ex vrbe, & vixit priuatus vsque ad mortem.

Hebræis]

Habetis exempla huius significationis Matth. 12. Ex ver-  
bistuis iustificaberis, id est, iustus pronuntiaberis. Et Rom. 2. Factores Legis iustificabuntur, id est, iusti pronuntiabuntur. & apud Esaiam cap. 5. Væ, qui iustificatis impium, id est, iustum pronuntiat, absoluitis.

Exempla]

Vt Rom. 3. Iustificati sanguine, id est, reconciliati per mortem eius.

Quantum]

Paulus interpretatur Rom. 5. vocabulum iustificationis per vocabulum reconciliationis.

Hæc duo simul sunt, nec possunt separari, gratia, & donum per gratiam, id est, remissio peccatorum, & donatio Spiritus sancti: sed tamen

tamen sunt distinguenda, Remissio peccatorū ordine naturæ prior est donatione Spiritus sancti, etiam si tempore simul cōcurrunt hæc duo beneficia. Ortus Solis est ordine naturæ prior quàm dies, & tamen hæc duo simul fiunt, ortus Solis, & initium diei.

Comitantur]

ordine naturæ.

Primum querit remissionem]

Vt David psal. 51 orditur suā precationem à petitione remissionis peccatorum, Miserere mei, Deus &c. postea petit donum per gratiam, id est, Spiritum sanctum. Sic Luc 18 publicanus precatur: Domine, propitius esto mihi peccatori. Et Petrus Act. 2 inquit: Baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi, in remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum Spiritus sancti. Hæc omnia congruunt ad dictum Pauli Rom. 5: Per Christum habemus gratiam, id est, remissionem peccatorum: & donum per gratiā, id est, Spiritum sanctum.

Primum & præcipuū beneficium, de quo angitur nostra conscientia in pauoribus, in vita & morte, est remissio peccatorum. Quamquam igitur in precatione Dominica petitio de remissione peccatorum ponitur quinto loco, tamen est præcipua petitio in tota illa precatione. Quando incipis precari, cogita omnium primum de remissione, de qua quidem & Patris appellatio te mouet: sic articulus, Credo remissionem peccatorum: est præcipuus in toto Symbolo. Ad hunc articulum referuntur Sacramenta, Baptismus & Cœna Domini.

Primum & præcipuū beneficium, de quo angitur nostra conscientia in pauoribus, in vita & morte, est remissio peccatorum. Quamquam igitur in precatione Dominica petitio de remissione peccatorum ponitur quinto loco, tamen est præcipua petitio in tota illa precatione. Quando incipis precari, cogita omnium primum de remissione, de qua quidem & Patris appellatio te mouet: sic articulus, Credo remissionem peccatorum: est præcipuus in toto Symbolo. Ad hunc articulum referuntur Sacramenta, Baptismus & Cœna Domini.

### De fide.

Hæc sunt inter se contraria & opposita: Iustificamur operibus, & Iustificamur fide. Sicut Paulus clarè proponit hanc *dytrichon*, Gal. 2: Si iustificamur operibus, Christus frustra mortuus est.

Mediatorem pro nobis]

Christus non tantum fuit Mediator in passione, sed nunc quoque interpellat pro nobis, & meritum suum nobis applicat, vt Rom. 8 dicitur: Qui sedet ad dextram Dei, & interpellat pro nobis. Et Hebr. 7: Semper viuens, vt interpellat pro nobis.

Christus non tantum fuit Mediator in passione, sed nunc quoque interpellat pro nobis, & meritum suum nobis applicat, vt Rom. 8 dicitur: Qui sedet ad dextram Dei, & interpellat pro nobis. Et Hebr. 7: Semper viuens, vt interpellat pro nobis.

Canisius princeps Iesuitarum, vel Esauitarum, scripsit libellos, in quibus affirmat, Christum tantum fuisse mediatorum tempore passionis: & hoc ideo scribit, ut possit ornare inuocationem mortuorum. Si enim Christus iam non est mediator, ut fingit Canisius, sequitur, quærendos esse alios mediatores & intercessores, id est, sanctos. Nos verò confirmati testimonio Scripturæ, agnoscamus Dominum nostrum non tantum fuisse mediatorum exiguam illo tempore passionis, sed fuisse mediatorum à principio generis humani post lapsum, & deinceps mansurum vsque ad finem mundi. Sic psal. 110 dicitur: Iurauit Dominus, & non penitebit eum: tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Est autem sacerdotis officium non tantum docere populum, sed etiam pro populo orare, sicut fecit Ieremias, & omnes sancti doctores in Ecclesia. Testimonia verò Pauli sunt Rom. 8: Qui sedet ad dextram Dei, & interpellat pro nobis: id est, applicat nobis suum meritum. Et Hebr. 7: Semper viuens, ut interpellat pro nobis. Alij sacerdotes moriuntur statuto tempore, sed hic sacerdos semper viuunt, ut possit semper interpellare pro Ecclesia, hoc est, applicare ei suum sacrificium & meritum.

Christus est inuocandus utroque modo, primùm, ut dator bonorum vnà cum Patre & Spiritu sancto, deinde ut Mediator Dei & hominum, sicut Paulus eum appellat 1 Timoth. 2.

Correlat.]

Est phrasis Dialectica. Correlatiua sunt pater & filius, dominus & seruus. Vno nominato, intelligitur alterum. Quamdiu durat relatio, alterum sine altero esse non potest. Amor habet se correlatiuè ad rem amatam. Si quis puellam amat, puella est obiectum amoris. Sic in rebus spiritualibus: Fidei obiectum est Christus mediator, propitiator, redemptor. Ad hunc habet se fides correlatiuè. Omnia vocabula affectuum sunt correlatiua secundum dici, quia habent respectum ad sua obiecta, quæ sunt causæ veræ affectuum.

Nec norunt pauores]

Siracides: Qui non est tentatus, qualia scit? Sic doctrina de remissione peccatorum non intelligitur sine exercitiis patientiæ, inuocationis, & patientiæ.

Psal. 12 inquit, verbum Domini esse purgatum igne septies. Ignis, teste

teste Petro, significat afflictionem vel tentationem. Sicut ergo aurū vel argentum igne probatur: ita fides, inuocatio, patientia exercetur rebus aduersis. Apud Senecam inquit Hercules: Tolle imperia dura, quid virtus erit? Et alibi ait Seneca: Tamen per ipsas lucet æterna decus. Virtutes non conspiciuntur in tranquillitate exteriorum corporis & facultatum: sed exerunt suam efficaciam in concursu calamitatum.

*In hoc articulo]*

Finis totius Symboli & historix de Christo est articulus, Credo remissionem peccatorum: postea sequitur resurrectio ad vitam æternam: ideo Petrus inquit: Petr. 1: Finis fidei nostræ est salus animarum.

Da operam, vt Spiritus tuus viuat propter iustitiam: corpus quanquã mortificatur propter peccatum, tamen resurget suo tempore. Qui te finxit ex luto terræ, is nullo negotio poterit te refingere ex terra.

peccatum, tamen resurget suo tempore. Qui te finxit ex luto terræ, is nullo negotio poterit te refingere ex terra.

*Διάφ]*

Varium & mutabile semper vulgus.

Cicero pro domo sua: In imperita multitudine est varietas & inconstantia, & crebra tanquã tempestatum, sic sententiarum commutatio.

Nullius hominis beneuolentia confidendum est, quia omnium hominum, summorum, mediocrium, & infimorum voluntates sunt mutabiles. Quidam venit ad Principem Fridericum Saxonix Electorem, & citauit clausulam psalmi 146, inquit, scriptum est, Nolite confidere in Principibus. Ibi Dux sapiens, & non imperitus lectionis psalmorum: Tu, inquit, non integrè citas verba psalmi, sequitur enim, In filiis hominum, in quibus nõ est salus, quasi dicat: Psalmus non tantum loquitur de aularum & Principum, sed de omnium hominum beneuolentia, quæ est incertissima.

Si doctrina de articulo iustificationis mansisset integra & inuiolata superioribus aliquot seculis in Papatu, nihil iam opus esset hac Grammatica diligentia, qua declarantur vocabula fidei, gratiæ, & iustificationis. Tam enim essent notæ eorum significationes, quam nobis noti sunt nostri digiti, sed Ecclesia inter barbaros oblita est

fui sermonis. Quare nunc quidem valde necessaria est hæc diligentia Grammatica, quæ declarat nativam vim & significacionem cuiusque vocabuli. Cur autem in appellatione fidei, diuersarum linguarum phrasis, tam prolixè in libello D. Philippi conferatur & declaratur, occasio hæc est: Sophistæ, Eccius & similes in Papatu, oppugnantem nostram doctrinam de iustificatione, quærunt elusiones ex Grammatica, & dicunt, nec in Hebraica, nec in Græca, vocabulum fidei vsurpari pro fiducia, sed contendunt, hac vocetantùm significari notitiam historiæ.

In Philippicis ]

Philippus fuit pater Alexandri Magni. Is cepit opprimere libertatem Græciæ: quare Demosthenes amans libertatis, hortator fuit suis ciuibus, vt bellum gererent cum Philippo & Macedonibus. Hinc est nomen Philippica. Cicero eodem nomine appellauit suas inuectiuas in Antonium.

ἀλλὰ ]

Apud Græcos duplex est societas: vna defensiva, altera offensua. Defensua vocatur *συμμαχία*, offensua *ἐπιμαχία*. Hæc vocabula sæpe occurrunt in historiis. Rem verò ita intelligite: Aut socij faciunt fœdus inter se tantùm defensionis causa aduersus communem hostem: tale fœdus esse debebat inter Principes Europe cõtra Turcas: hæc nominatur *συμμαχία*, Alij verò confederati & socij sunt obligati ad inferendum bellum sine exceptione, siue amicis, siue hostibus. Hæc est *ἐπιμαχία*.

Pisistrato ]

tyranno Attico. Pisistratus & Solon fuerunt collegæ: sed cùm Pisistratus esset amans Imperij, oppressit patriam tyrannide. Huic geretur spectare seruientem patriam. Cùm autem initio Pisistratus id faceret, respõdit, Senecta. Fit huius apophthegmatis mentio apud Ciceronem in Catone: Pisistrato quærenti, qua tandem spere tus sibi tam audacter obstitet, respondisse Solon dicitur, Senectute.

Definitio fidei ]

Fides in Ecclesia tria complectitur, notitiam, assensum, & fiduciam.

duciam. Notitia est initium fidei, iuxta peruulgatum dictum, quod rectè huc transfertur & accommodatur, Quod latet, ignotum est, ignoti nulla cupido. Item, Omnis affectus comitatur notitiam, quæ monstrat obiectum, & hæc notitia est causa, sine qua non. Sicut enim visio non potest fieri, nisi in medio illuminato, siue aere, siue aqua: nam in tenebris nihil cernitur: ita sine precedenti notitia monstrante obiectum, nullus existit in corde affectus. Tu non amas hominem ignotum. Non amas aliquam in vrbe Constantinopoli, quã non vidisti, nec de ea audiuisti vnquam. Ergo notitia est primum & quasi fundamentum & initium fidei. Alterum est assensus, quo amplectimur totam historiam de Christo, imò omne verbum Dei generaliter loquendo, & in hoc verbo velut gemmam ipsam promissionem de Christo. Non enim satis est, nosse historiã, nisi etiam assentiaris historiæ & verbo Dei. Hæc verò duo nondum sufficiunt, nisi accedat tertium, videlicet fiducia, quæ est affectus in voluntate & corde, de quo dicit Augustinus: Credens scit se credere, id est, sentit consolationem, pacem, tranquillitatem in suo corde. Et Paulus inquit Rom. 8: Spiritus sanctus perhibet testimonium Spiritui nostro, quòd simus filij Dei, & clamat in nostris cordibus, Abba Pater.

Deinde in definitione fidei non frustra nec temerè dicitur, Vniuerso verbo Dei nobis proposito, quia fides est tota copulatiua, id est, amplectitur omnes articulos fidei. Necesse est enim omnes articulos fidei ita retineri, vt nullum ignores, nec vlli contradicas, vt, Non satis est, te credere quòd Christus sit natus ex Virgine, & pro nobis passus & resuscitatus, nisi etiam credas, eundem Dominum & redemptorem esse Filium Dei, Patri coæternum & coessentialem, vt Symbolum Nicenum loquitur. Si enim vnum articulum reicias, nõ prodest tibi reliquum Symbolum. Quòd autem fides sit tota copulatiua, testatur psal. 119, qui est regula studij Theologici. Sic enim inquit, Tunc non confundar, cum respexero ad omnia mandata tua. Et Exod. 12 scriptum est de agno mactato in Paschate: totum agnum comedetis. Hic typus significat totam doctrinam de Christo recipendam esse, non aliquam tantum partem. Dicam vobis aliam quoque causam, cur fidei tribuatur assentiri omni verbo Dei nobis tradito, vt scilicet moneamur in interpretatione verbi institutæ esse collationem partium Scripturæ sacræ, neque vni clausulæ calumniosè ita inhærendum esse, vt negligentur cetera ex quibus petenda est necessariò explicatio loci vel figurati, vel obscu-

rioris. Fuerunt quidam phanatici homines, qui à Græcis appellatur *ἀνθρώπων μορφῆται*, qui affixerunt Deo formam humanam corporalem, & interrogati cur ita sentirent, responderunt, Quia Scriptura sæpe testatur, Deum habere oculos, aures, pedes, manus &c. Deum ambulare, sedere &c. Ergo magno consensu Scriptura nos conuincit, vt ita sentiamus, & piaculum magnum est, discedere à proprietate verborum. His respondet Theodoretus in quæstionibus Genesios, Verte, inquit, paginam Scripturæ, & leges in altera facie hæc verba Iohan. 4. Deus est Spiritus. Item, Deus est vbique, nullo loco continetur, est infinitus & immensus. Ergo non potest ei assignari & attribui forma corporis humani. Quod enim cælum, aut quæ terra posset capere brachia Domini, pedes Dei, caput Dei, si Deus esset moles corporea? Ideo opus est in studio Theologico collatione Scripturarum.

Adeoque & promissioni]

Scriptura, tanquam gemma insignis. Vt igitur magnificimus annulum aureum propter gemmam insertam, sic merito magnificimus totam Scripturam propter promissionem de Mediatore. Nam sine hac, tota Scriptura non sufficit ad salutem. Ergo nõ quæramus in sacris literis historias tantùm, vel Legem, sed omnium maxime promissionem.

Promissio gratiæ, vel promissio de Christo eminent, in tota

*Theognidis*]

Euripides Helena: Sapienter diffidentia nihil est hominibus vtilius.

*Σώφρονος δὲ ἀπιστίας ἔκ ἐκὶν ἕδεν χρησιμώτερον ἐροῦσις.*

Candor est virtus vicina veritati. Versatur autem inter duo extrema, inter stultam credulitatem, & suspicacitatem, seu calumniã. Vocat igitur Euripides sapientem diffidentiam, ipsum candorem, qui nec est stultè credulus, nec est suspicax. Stulta credulitas omnia approbat sine probabili ratione: e contra suspicacitas vbique metuit inuidias, vbi nullæ sunt inuidiæ. Ergo qui potest diffidentiam sic moderari, vt fugiat stultam credulitatem & suspiciones, vel calumnias, is est sapienter diffidens, id est, est reuera candidus. Cum dicto Euripidis congruit Salomonis sententia: Leuis est, qui stultè credit.

*πρὸς τὴν*]

Significant firmissimas probationes

bationes apud Rhetores.

Quærenda est]

iuxta regulam: Verba sunt intelligenda de subiecta materia.

*Ὀψῶναι πίστις*]

Moritur fides: pullulat seu floret perfidia. i. Fidelitas periit.

Frankofurti ad Mœnum, in quodam pariete domus, picta est virguncula, contextens coronam ex Teucurio. Et additus est Germanicus rythmus, à multis celebratus: *Je lenger selieber ich bin allein/ Denn trew vnd warheit ist worden klein.* Quòd multi boni viri hoc tempore magis amant solitudinem & latebras, quàm sodalitia, qui tamen natura non abhorrent ab hominum congressibus: causa est, quia crescit malitia hominum, & perfidia: contrà euane-  
scit fides in amicitia.

In versu Græco]

Euripides Oreste: Barbarus factus es diuturna cōuersatione inter barbaros. Vox Tyndari ad Menelaum.

Menelaus totum decennium commoratus est in castris ad Troiam. Deinde expugnata Troia, aliquot annos consumsit in peregrinatione, priusquam domum reuenteretur. Cùm igitur iam rediisset in patriam, Tyndarus focer sic compellat reducem generum: Tu, inquit, Menelae, non es Græcus, sicut antea, sed es barbarus factus. Idem accidit Ecclesiæ inter Sophistas, Thomam, Scotum, Occam & alios. Ac nisi Deus represserit factionem Flacianam, quæ amat nouum genus sermonis, & de industria vitat phrasas & verba vsitata: haud dubiè importabit in Ecclesiam veram barbariem, & nouum genus doctrinæ.

Hæc explicatio]

In cap. 4 ad Rom. Paulus instituit confirmationem princi-

palis propositionis de iustificatione, quòd videlicet sola fide sumus iusti coram Deo per Christum. Etsi autem vititur multis argumentis, quæ alij aliter distinguunt, tamen hoc est præcipuum, & quasi firmamentum & fundamentum totius negotij: oportet promissionem gratiæ nobis, seu respectu nostri esse certam, ratam & firmam: sed fieret nobis incerta, irrita & inutilis, si penderet ex conditione Legis, vel quod idem est, ex conditione nostrorum operum & memorum. Ergo promissio gratiæ non est conditionalis, scilicet pen-

dens ex nostra obedientia, seu postulans nostram obedientiam, tanquam causam iustificationis, sed est gratuita, id est, gratis datur propter Mediatorem: sed hoc donum non potest apprehendi aliter, nisi fide, quia non est aliud instrumentum, quo possimus hoc beneficiū amplecti, nisi fides.

*Certus]*

Rom. 5: Iustificati fide, pacē habemus]

Secundum sumitur ab effectu, id est, ab experientia spirituali.

*Pacem]*

*Terribilis signum iræ Dei]*

dem, quia hoc testimonium superat omnia alia signa iusmodi sunt diluuium, deletio Sodomæ, interitus Pharaonis, &c. Misericordia verò, quia, ut Gal. 2 Paulus inquit: Dilexit nos Christus, & tradidit se ipsum pro nobis. Et Rom. 8: Qui non pepercit proprio Filio, sed pro nobis omnibus tradidit illum, & cum eo omnia nobis donauit.

bunt quem confixerunt. Nobis verò, & omnibus credentibus, est signum misericordiæ, & quidem præcipuum testimoniū: sicut Paulus inquit, Qui dilexit me, & tradidit se ipsum pro me. Ita tu quoque Sic fiet tibi passio Christi speculum misericordiæ.

*Iustus]*

*Omnis qui]*

*Audet]*

*πληροφορία* est, assentiri verbo Dei & promissioni, nec auelli propter contraria, quæ ratio ostendit.

Sicut prius argumentum sumitur ex prædicamento relationis, à natura correlatiuorum: ita tranquillitatem cordis, conscientiæ, consolationem opponendam peccato & morti.

Mors Filij Dei est speculum iræ & misericordiæ Dei: iræ quia

Sicut idem Sol liquefacit ceram, & indurat lutum: ita passio Christi alios terrefacit, alios consolatur. Impiis est signū iræ Dei, & causa horribilis pavoris, ut dicitur apud Zachariam, Vide-

Symbolū Pauli Rom. 1. Gal. 3. Hebr. 11. Abacuc 2. Esa. 28. Rom. 11.

Magna res est accedere ad Deum,

Deum, maior coram Deo liberè loqui, maxima est itatuere, quòd exaudiaris. Apud Rhetores nominatur hæc figura Incrementum.

Sed reclamation]

Ideo tam prolixè disputatur in textu de vocabulo fidei, quia

de hoc acerrima est nobis cum Papistis contentio & disceptatio: an videlicet significet fiduciam misericordiæ propter Mediatorè promissæ, an verò tantùm significet notitiam historiæ, qualis est in hostibus Dei diabolis, & in omnibus hypocritis.

Act. 15: Fide purificantur corda]

Debet vobis omnibus notissima esse historia, quam Lucas recitat Act. 15. Quidam Pharisæi

volebant videri ciues & membra Christianæ Ecclesiæ. Hi contentebant, Circumcisionem, & alia opera Legis ceremonialis necessaria esse ad salutem omnibus, neque homines sola fide iustificari. Ea res præbuit occasionem cogendi Synodum Apostolicã in vrbe Hierosolyma. In hac Synodo Petrus dixit sententiã verissimam & gravissimam. Quid, inquit, tentatis Deum, imponentes iugum cervicibus discipulorum, quod neque nos, neque parentes nostri portare poterunt? sed credimus, nos saluari per gratiam Domini nostri Iesu Christi, sicut & patres saluati sunt: Fide purificantur corda. Quærat autem aliquis, vnde sit sumpta hæc phrasis, Fide purificantur corda. Respondeo. Apostoli libenter vtuntur verbis & phrasibus Prophetarum. David autem psal. 51 ita loquitur, petens remissionem peccatorum: Asperges me, Domine, hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor: cor mundum crea in me, ô Deus &c. Quid vocat David cor mundum? nihil certè aliud, nisi cor fide purificatum, non Epicureum, non Stoicum, non Academicum, non fremens aduersus Deum, sed agnoscens iram Dei aduersus peccata, & confugiens ad misericordiam propter Dominum promissam. Hæc fide purificantur, mundantur, dealbantur corda, hoc est, remittuntur peccata, & teguntur reliquæ sordes, ne incurrant in oculos Dei.

Paralipomena]

Quomodo appellantur libri Xenophontis, quos scripsit de

rebus Græcis post Thucydidem? vocantur παραλειπόμενα, id est, reliquiæ eius historiæ, quam inchoauit Thucydides. Thucydides describit annos 21 belli Peloponnesiaci. Durauit autè bellum illud,

quod inter se gesserunt Græcæ ciuitates, annos 28. Quod igitur est prætermisum & relictum à Thucydide, id postea suis libris pertexuit Xenophon libris septem de rebus Græciæ. Sic in sacris literis, si quid est prætermisum & relictum in quatuor libris Regum, id postea sarcitur & expletur in duobus libris τῶν παραλειπομένων, id est, reliquiarum. Sunt igitur paralipomena, appendices librorum Regum.

Iosaphat]

pius & felix rex. Innumera-  
bilis multitudo Ammonitarum  
& Moabitarum fecerunt hostilem impressionem in terrâ Canaan.  
Huic multitudini hostium nequaquam par erat exercitus Iosaphat  
regis. Quæ igitur re confidit sanctus Rex? non humanis præfidiis,  
quæ nulla erant, aut per exigua: sed Domino Deo, cui non est difficile  
saluare, vel in multis, vel in paucis. Quare cum hotaretur suos mi-  
pmissionibus Dei, qui per Prophetas affirmat, nos fore victores  
hostium) & securi eritis, id est, tranquilli, non pauidi, non conster-  
nati. Est pulcherrima oratio militaris.

Principale obiectum]

Sicut visus principale obie-  
ctum est lux, sine qua colores  
cerni non possunt: ita fidei principale obiectum est Deus propi-  
tius propter Mediatorem. Hoc  
fundamento iacto, alia bona,  
quæ sunt in magna varietate,  
peti & expectari possunt.

Fidei, quæ est oculus creden-  
tis cordis, duo sunt obiecta: prin-  
cipale, summum & præcipuum  
est Deus clemens, propitius, mi-  
sericors propter Christum Mediatorem: postea infinita sunt obie-  
cta minùs principalia, vt panis quotidianus, & multa alia.

Vtile est considerari]

Est insignis regula interpre-  
tationis Scripturæ.

Sic argumentor: In cap. 15 Genes. nulla fit expressa mentio re-  
missionis peccatorum & reconciliationis cum Deo.

Ergo Paulus non rectè accommodat dictum, Credidit Abraham  
Deo &c. ad confirmationem articuli de iustificatione. Sic argu-  
mentantur Papistæ, & seridè sic argumētantur: Quid possumus, aut  
debemus respondere ad hanc obiectionem valde speciosam, popu-  
larem

larem & plausibilem, quæ multis facit fucum? Respondeo breuiter: Esti textus in eo loco nihil dicit expressè de remissione peccatorum, tamen intelligendus est iuxta hanc regulam æternam & immotã, quòd videlicet omnibus aliis promissionibus sit inclusa promissio de remissione peccatorum. Ideo enim aliæ promissiones traditæ sunt, vt nos cõmonefaciant de promissione gratiæ, & sint occasiones exercendæ fidei de remissione peccatorum. Hæc non possunt negari, nisi ab insanis & furiosis.

*Merces tua]*

Merces phrasi Scripturæ significat non tantum præmia, sed etiam in vocatione. Promittit igitur

sed etiam successus & felicitatem in vocatione. Promittit igitur Deus Abrahæ non modò defensionem & præmia in hac vita & futura, sed etiam felices successus gubernationis Ecclesiasticæ, politicæ, & æconomicæ.

Abraham nõ tantum fuit doctor Ecclesiæ, sed etiam bellator, vt testatur cap. 14 Genes. & æconomicus. Sustinuit igitur triplicem gubernationem, Ecclesiasticam, politicam, & æconomicam. In his laboribus omnibus promittit ei Deus successus. Sicut autem nulla maior miseria est, quàm infelicitas, sic magnum ornamentum virtutis & pietatis est, felicitas in rebus gerendis.

*ὑποστασις]*

*ὑποστασις* significat quiddam verè subsistens, non euanescentes:

ideo pro persona vsurpatur in articulo Trinitatis. Eadem vox metrica phrasi significat feces in vrina subsidentes & conspicuas. Apud philosophos opponitur τῆ ἐμφάσει, id est, speciei, vt nubes est *ὑποστασις*, arcus *ἐμφασις*: Postremò apud Paulum & Polybium significat fiduciam, vt Hebr. 3: Participes facti sumus Christi, si principium fiduciæ vsque ad finem firmum retinuerimus. Et Polybius lib. 6 de Horatio Coclite: Non sic robur, vt fiduciam ipsius & audaciam hostes metuebant.

*Aliqui eruditiores]*

qui retinuerunt fundamentum, vt Augustinus, Ambrosius, Bernardus: & apud Græcos, Basilii, Theodoretus, Chrysostomus, & multi alij.

*De Spiritu & litera]*

cap. 29. Nullus liber in Augu-

stino tam est utilis, quàm liber de Spiritu & litera, tyroni Theologia.

*Meliùs intelligi vox Euangelij potest]*

monem vocat otiosam speculationem & disputationem doctrina cælesti virtutem appellat experientiam spiritualium pauperum & consolationum in vera pœnitentia, in vera inuocatione in patientia, denique in media morte.

*Quibuscumque verbis]*

Iuxta dictum Pauli 1 Cor. 4: Regnum Dei non in sermone, sed in virtute consistit: Ser-

Cicero: Rebus intellectis, in verborum usu faciles sumus. scilicet merito & efficacia.

*Reficiam]*

Tu non solus oras, sed habes tibi adiunctum interpellatorem,

*Vnâ]*

intercessorem Filium Dei, si credis.

*Quòd obiiciunt]*

Aliud est disputare de copulatione virtutum, aliud de consolatione necessaria in paucis conscientia. Quando conscientia coram iudicio Dei, non quærit, quas habeat virtutes, sed quærit, cur & quomodo habeat propitium Deum.

*Relatiua secundum dici]*

Sunt vocabula absoluta, quibus adhærêt respectus, vt amor, spes, fides &c.

*Pauli]*

Rom. 9: Omnes hypocritæ sua opinione & imaginatione falsa & inani sectantur Legem iustitiæ, volunt esse & videri iusti, nõ tantum coram hominibus, sed etiam coram Deo. Sed quid accidunt eis? Hoc quod Paulus dicit, Ad Legem iustitiæ nunquam perueniunt, quia non rectam viam quærunt, ducentem ad iustitiam. Est autem vnica via Christus, vt ipse inquit, Ego sum via, veritas & vita &c. Si quis ab hac via aberrat, is fortunam inuocet, vt dici solet. Si vultis rectè intelligere dictum Pauli, proponite vobis exemplum Pharisei apud Lucam 18: Nõne ille sectatur iustitiam Legis, inquit, Ego bis ieiuno in sabbatho &c. Sed non peruenit ille iustitiam

ser homo ad Legem iustitiæ: sed publicanus, qui dixit, Domine, propitijs esto mihi misero peccatori.

*Quietas*]

Veteres rectè dixerunt: Fides est virtus apprehensiva & quietatiua, id est, fides est vnicum instrumentum, quo fit applicatio promissionis gratiæ & beneficiorum Christi ad singulos credentes, & hæc ipsa fides affert pacem & tranquillitatem conscientia.

*Omnium articulorum notitiã*]

Necesse est fundamentum ita teneri, vt nullus articulus fidei penitus ignoretur, aut ne contrarium asseueretur.

Quid voco fundamētum? Legem moralem & Symbolum: quia Lex & Symbolum pertinent ad fundamentum, quo nititur Ecclesia & salus nostra. Sunt autem multæ dubitationes in animis etiam sanctissimorum hominum, sed tamen illæ dubitationes vincuntur fide, ne asseueretur contrarium.

*Finis*]

1. Petr. 1. Finis fidei est salus animarum.

Corpus erit comes animæ in resurrectione.

### De vocabulo Gratia.

*Sine motu diuino*]

Philosophi discernunt heroicam virtutem à communi disciplina, vt Cicero in 2 de natura deorum inquit: Nullus vnquã fuit vir magnus sine afflatu diuino. Et Seneca: Nulla magna virtus sine Deo.

De heroica virtute disputat Aristoteles in 7 Ethicorum, vbi citat versum Homeri, quẽ pronuntiat Pater Priamus de filio suo Hectore, qui verè fuit vir heroicus: Tu, inquit, mi fili, videris mihi esse filius, non alicuius hominis, sed ipsius Dei. Verè igitur heroici motus sunt opera Dei rara & singularia, sicut gemmæ sunt raræ, & tamen discernatur heroica virtus in Alexandro, à motibus Spiritus sancti in Ioseph & Daniele.

Semper aduersantur veræ

*Novas virtutes à Spiritu sancto*]

aaa 2

sententiæ de iustitia fidei, duo genera hostium, Pharisei & Enthusiasta. Pharisei contendunt, disciplinam suam esse meritum remissionis peccatorum, & iustitiæ coram Deo, sicut Pelagiani, Papiæ & monachi docent: Enthusiasta volunt excellere, & dicunt se iustos esse sua nouitate & afflatibus. Quanquam autem in corda credentium effunditur Spiritus sanctus, qui inchoat in nobis nouitatem, seu nouas virtutes congruentes cum Decalogo, tamē

in infinitū anteferenda est obedientia Mediatoris sanctificationi, quæ fit in nobis, iuxta dictum Pauli Rom. 5: Per vnium obedientiam iustificamur.

Considerate genera hostium Ecclesiæ. Semper Ecclesiæ à duobus exercitibus acerrimè oppugnatur: in vno exercitu sunt Pharisei, in altero Enthusiasta. Pharisei

miscentes philosophiã doctrinæ Ecclesiæ, nihil pluri faciunt, & nihil magis mirantur quàm disciplinam humanæ rationis. Hanc contendunt esse meritum vitæ æternæ & remissionis peccatorum, & propter hanc somniant, se coram Deo iustos esse. Enthusiasta, reiecta disciplinæ rationis, de qua gloriatur Pharisei, volunt excellere, & iactitant afflatus, seu raptus diuinos. Et si autem verum est, virtutes accēsas à Spiritu sancto longè antecellere disciplinæ rationis, tamen semper manet hæc propositio vera & immota: Non propter nostras virtutes, siue à ratione, siue à Spiritu sancto excitatas, in hac vita sumus iusti, sed propter aliam causam, quæ est obedientia vnium mediatoris, de qua dicitur Rom. 5: Sicut per vnium obedientiam omnes sunt facti peccatores: ita per vnium obedientiam multi iustificantur. Ergo teneamus hoc axioma Theologicum: In infinitum anteferenda est obedientia Mediatoris sanctificationi, quæ fit in nobis, omnibus virtutibus & motibus, qui in nobis existunt diuinitus: quia nouitas non est integra, sed est contaminata multis sordibus peccatorum: non est integra conformitas cum Legge Dei. Ex parte prophetamus, inquit Paulus, & reliqua omnia sunt ex parte, id est, mutila & manca.

Plurimum refert]

In quo prædicamento est gratia? In prædicamento Relationis. Fundamentum gratiæ est ipsa misericordia in Deo, de qua dicit Christus: Sic Deus dilexit mundum &c. Et Iohan. 17: Sit tua dilectio in eis, qua me diligis. Terminus est persona accepta, seu placens Deo, id

id est, quæ recipitur in gratiam. Inter hæc duo extrema versatur re-  
latio, quæ est applicatio fundamenti ad terminum, id est, gratuita  
personæ acceptatio per misericordiam Dei propter Christum Me-  
diatorem.

*Lex per Moſen]*

Lex aut iram efficit, aut hy-  
pocriſin. Opponitur ergo gra-  
tia iræ, & veritas hypocriſi.

Quâdo Lex rectè intelligitur,  
& rectè declaratur, tunc efficit i-  
ram, id est, agnitionem peccati  
& iræ Dei, & horribiles pauores

in conſcientiis, in quibus ipſa neceſſitas cogit nos querere conſola-  
tionem Euangelij, ſed quando non rectè intelligitur Lex, tunc effi-  
cit hypocriſis tumentes perſuaſione propriæ ſapientiæ & iuſtitia,  
quales fuerunt Phariſæi. Qui enim ſomniant, nihil requiri à Lege,  
niſi diſciplinam externam, quam poteſt ratio vtcunq; efficere &  
præſtare, hi ſunt hypocriſis & ſuperbi. At per Chriſtum nobis do-  
nantur hæc duo: primùm gratia, quæ opponitur iræ Dei: deinde ve-  
ritas, quæ opponitur hypocriſi, & omnibus vmbriſ euanefcētibus.

*Tollit]*

Lex eſt agnitio peccati, non  
deletio.

*Morientem]*

Diſciplina Ariſtidis moritur  
cum Ariſtide. Non viuificat eū,  
nō liberat eum à morte æterna.

*Veritas]*

Quando veritas ſignificat ve-  
ra & æterna bona, tum accipi-  
tur metalepſicōs: nam propriè ſignificat aut notitiã veram, aut

veritas, quæ eſt veritas.

*Necceſſariò comitatur]*

Cuiſcunq; datur vnum Eu-  
angelij proprium beneficium,  
ſcribitur: Qui Filio vnigenito

ei certum eſt omnia dari, vt Rom. 8 ſcribitur: Qui pro nobis o-  
mnibus tradidit illum, & cum  
eo omnia nobis donauit.

Non poſſunt hæc ſeparari, re-  
miſſio peccatorum, donatio Spi-  
ritus ſancti, & vitæ æternæ, ſed  
poſſunt diſcerni, Sumus iuſti remiſſione peccatorum, non do-  
natione Spiritus ſancti, quia propter Mediatorem ſumus iuſti, non

propter Spiritum sanctum. Tota quidem Trinitas iustificat nos, tanquam causa efficiens, sed tantum sumus iusti per Christum mediatorem pro nobis passum & resuscitatum, tanquam per causam impulsivam.

Fauorem]

vt Galat. 2. Gratia saluati estis, id est, misericordia, fauore, beneuolentia Dei, dilectione Dei.

Donum]

Vt 1 Cor. 10: Diuisiones sunt gratiarum, id est, donorum. Idem autem Spiritus.

Principalis significatio in vocabulo gratiæ est gratuita acceptatio. Postea etiam transfertur eadem vox ad auxilium, seu ad dona Spiritus sancti.

Non estis sub Lege]

est accusari & damnari à Lege, vt Paulus inquit Gal. 3: Qui sunt sub Lege, sunt sub maledicto, id est, opprimuntur fulmine Legis. Esse sub gratia, est habere remissionem peccatorum, & Deum propitium, & regi à Mediatore, velut in brachio aduersus æstum iræ diuinæ.

Superabundauit gratia]

Gratia est vberior, seu potentior peccato dupliciter: primò in imputatione, quia maior est Dei

miseriordia, vt ait Augustinus, quàm omnium peccatorum misericordia. Quotacunque sunt peccata, & quotcunque sunt, tamen credenti & confugiendi ad Mediatorem remittuntur, modò non desperet, non abiiciat gratiam Dei. Hæc non dicuntur ad confirmandam securitatem, sed ad consolandos eos, qui luctantur cum paucis conscientiæ. Deinde gratia est vberior & potentior peccato ipsa effectione, quia Spiritus sanctus in renatis perseuerantibus in gratia, vincit peccatum & mortem, & tandem omnino delebitur peccatum & mors ex nostra natura, quod fiet in resurrectione mortuorum.

Causam]

scilicet impulsivam.

Conditionem meriti]

Particula Gratis excludit meritum nostrum, non meritum Christi.

sti, quia oportuit iustitiæ Dei satisfieri, poena in Mediatorem deuoluata.

Primò

*Prima hæc est]*

mino gloriatur. Est autem gloria Christi, agnoscere quis sit, & quare a missus sit. Est autem missus, siue à Deo nobis donatus, vt sit nostra sapientia, iustificatio, sanctificatio & redemptio.

De hac causa loquitur Paulus 1. Cor. 1: Qui gloriatur, in Domino  
a id est, respectu personæ & officij.

Sapientia quidem, quia profert Euangelium ex sinu Patris: iustitia, quia iusti sumus coram Deo propter obedientiam & meritum huius personæ: sanctificatio, quia dat nobis de Spiritu suo: postremò est redemptio, quia & soluit *λύτρωσα* pro nobis, vt satisfaceret iustitiæ Dei, & integrè nos liberabit in postrema mundi die.

*Vt sit firma promissio]*

Quia si remissio penderet ex conditione nostræ dignitatis, fieret incerta. Vt igitur sit certa, non nititur arena nostrorum operum, sed petra firmissima, ipso merito & obedientia Mediatoris.

*Tertia causa]*

De hac causa Hebr. 4 dicitur: Accedamus cum fiducia ad thronum gratiæ. Hunc locum enarrans Chrysostomus, inquit: Non dubitantes. Non enim potest cum fiducia talis accedere.

De hac causa Hebr. 4 dicitur: Accedamus cum fiducia ad thronum gratiæ.

scilicet dubitans. Hoc obseruetur contra Papistas, & Tridētinam dubitationem. Item ad exercendam inuocationem. Quomodo est accedendum ad Deum? Cum fiducia. Sic & alibi loquitur Paulus Ephes. 3. *παρρησία* opponitur dubitationi. Vt igitur rectè possit præstari vera inuocatio, necesse est retinere particulam **G R A T I S.**

*Maledictus]*

Deut. 27. Paulus citat hoc dictum, & enarrat Gal. 3.

*Qui fecerit]*

Leuit. 18. Citatur à Paulo Rom. 10, & Gal. 3. Si vultis rectè discere

Theologiam, assuescite vos ad communissima principia & axiomata, quibus vtitur Paulus in suis epistolis: & illa axiomata tam sint vobis nota familiariter, quàm tibi noti sunt digiti in tua manu.

Expofui]

Transitio. Hactenus dictum est, quid significet vocabulum Gratia, & propter quas cauffas vrgeat tantoperè Paulus in suis Epistolis particulam exclusiuam Gratis. Deinceps in textu declaratur particula exclusiua, ne quis ad falsam sententiam eam detorqueat, vt sæpe fieri solet, vt dextrè tradita, accipiantur sinistrè. Habet autè particula exclusiua Gratis apud Paulum hanc sententiam. Excludit meritum nostrum, non meritum Christi, quia necesse fuit iustitiæ Dei satisfieri per sufficientem pœnam, quam persoluit Filius Dei pro nobis. Deinde non excludit hæc particula pœnitentiam, & singulas partes pœnitentiæ, quæ sunt contritio, fides, & noua obedientia, sed excludit conditionem nostræ dignitatis, seu nostrorum meritorum. Post hanc declarationem valde necessariam ad vitandos errores, repetitur in textu Paulina propositio, quæ summam huius articuli continet, quæ extat Rom. 3. deinde additur Paulina confirmatio.

Videndum est]

Sic argumentor exèpli caussa: Iohan. 17 dicit Christus in sua precatone, quam recitauit ante postremum agonem, qua nulla ardentior vnquam audita est, nec in cælo, nec in terra. Hæc est vitæ æterna, vt agnoscant, te solum esse verum Deum.

Ergo à diuinitate excluduntur Filius & Spiritus sanctus. Respondeo. Particula exclusiua SOLVS in dicto Christi non opponitur ceteris personis diuinitatis, scilicet Filio & Spiritui sancto, sed opponitur omnibus idolis & creaturis. Nulla creatura est Deus, nullum idolum est Deus, sed verus Deus est Pater vnà cum Filio & Spiritu sancto, & hæc est diuinitas mittès: persona verò missa, vt sit Mediator inter Deū & homines, est Deus, & homo Iesus Christus. Hoc exemplum ideo repeto, vt videatis, multum momenti esse in particulis exclusiuis: quas si quis non rectè intelligit, is dicitur à Dialecticis ignorare elenchum.

Meritū Christi esse caussam]

Vos sæpe auditis in sacris conditionibus hanc sententiam: Necesse est ante fidem & iustificationem præcedere contritionem, quæ est dolor & pavor propter peccatum & iram Dei: deinde necesse est, fidem & iustificationē sequi bona opera, vel quod idem est, nouam obedientiam: & tamen nec contritio præcedens nos iustificat, nec noua

nova obedientia, quæ sequitur, sed semper manet vera propositio:  
Sola fide iustificamur.

Hæc sunt]

Epiphonema. Possunt intel-  
ligi & habent vsum in vita. So-  
phistica non intelliguntur, & non habent vsum. Veritas est simplex.  
Intelligitur & habet vsum in doctrina & consolatione.

Sola]

Nemo vos decipiat vanis ser-  
monibus. Qui talia facit, regnū

Dei non possidebit, scilicet adulteria, scortationes &c. Sunt barba-  
rica & Diabolicæ voces, quod Deus nō curet bona opera, aut quod  
bona opera noceant saluti. Turpe est, talia non solum dici aut scribi,  
sed etiam audiri in Ecclesiasticis vocibus sunt execrandæ ab omnibus  
creaturis. Quod enim Deus curet opera, & quod bona opera non  
obsint, satis testatus est Deus ipso facto in diluuiio, in quo seruauit  
Noah cum familia sua, octo homines, qui erant iusti, vt ait Scriptu-  
ra, & ambulabant cum Domino. Reliquam multitudinem generis  
humani Deus perdidit, & funditus delēuit aquis diluuij.

Nunc addam]

Hactenus de exclusiua. Nunc  
additur propositio & confirma-

tio Paulina ex cap. 3 & 4 ad Rom. Potior ratio est habenda confir-  
mationis, quàm refutationis, quia refutatio tantum destruit, con-  
firmatio ædificat.

Omnes peccauerunt]

Omnes habent peccatū, sunt  
peccatores, immundi & rei. Ini-  
tio dicit de morbo, postea de remedio.

Gloria]

Illa sapientia & iustitia, quam  
Deus approbat, quam iudicat  
esse rem gloriosam.

Iustificamur autem gratis]

In hoc dicto nominatur tres  
causæ iustificationis. Prima est

efficiens, gratia Dei; altera causa est impulsiva, redemptio per Chri-  
stum facta; tertia causa est instrumentalis, apprehensiva, scilicet fi-  
des. Ediscite hoc dictum ad verbum, quo ad consolationem nostram  
vti possumus, etiam in media morte.

In sanguine]

Augustinus: Totius fiducia  
bbb

certitudo est in pretioso sanguine Christi.

Quando audis nominari sanguinem Christi, intelligas totam obedientiam Christi, cuius præcedentiam Iohannes inquit:

cipua pars fuit redemptio facta in cruce. Ita cum Iohannes inquit: Sanguis Christi emundat nos ab omni peccato, intelligas obedientiam vel meritum Christi.

Deinde Paulus]

Confirmatio.

Ex Genesi]

Nihil dubium est, librū Geneseos omnium scriptorū Prophetarum eruditissimum esse. Ideo dixit Reuerendus vir D. Lutherus: In Scriptura sancta nihil pulcrius est Genesi.

Quæ est ratio tanti encomij? Respondeo. Prima causa est antiquitas scripti. Nulla extat historia antiquior in toto mundo, in Ecclesia, & extra Ecclesiam, quàm Genesi. Altera causa est, quia hic liber est fons sanctissimus & augustissimus doctrinæ Prophetiæ & Apostolicæ. Nam omnia scripta Prophetarum & Apostolorum tantum sunt riuuli deducti ex hoc fonte, & sunt quasi commentaria, & paraphrases Geneseos. Tertia causa sumitur à subiecta materia, quam Græci vocant *πρωτόγονον*, quia hic liber non tantum describit creationem rerum, & initia mundi, vt Timæus Platonis, sed promissionem de semine, hoc est, de Mediatore contrituro caput Serpentis. Recitat etiam initia Ecclesiæ, & instaurationem post lapsum, & propagationem generis humani vsque ad diluuium, & denique extat miracula seruationis Noe, in diluuiio, & aliorum. Item exemplar pœnarum, iræ Dei & gratiæ Dei, & multa alia. Quare cum hæc sint, sit vobis commendatus liber primus, in quo reuerendus pater Lutherus consumpsit suam veneradam canicem & senectutem, & quasi cygneam cantilenam cecinit in enarratione istius libri. Quod si amatis vllum commentarium Lutheri, amate commentarium ipsius in Genesi.

Illum virum]

Patrem omnium credentium Rom. 4. Ideo dicitur Luca 16.

Lazarum esse translatum in sinum Abrahæ.

scilicet promittenti.

Deo]

sed

Sed hinc priusquam]

Videtur, quanta sit impudentia Satanae. Diabolus non tantum calumniatur miseros Pastores & Doctores scholasticos, & alias humiles & miseras personas, sed etiam audet blasphemia deformare Paulum, doctorem gentium, & vas illud electum, ut appellat eum Scriptura. Sed finamus Diabolum furere apud inferos. Nos agamus Deo gratias, qui dedit Ecclesiae tantum doctorem, qui & viuus docuit Ecclesiam annos 36, & mortuus nobiscum loquitur per scripta sapientissima & eruditissima.

Non videre eos]

Cæco etiam Sol est obscurus in meridie.

Solent]

Sic multi contemnunt philosophiam, quam nunquam gumulos contemnere philosophiam, ut possint suam inscitiam tegere & occultare inter homines stolidos. Ideo enim cuperent omnes alios sui similes esse, id est, asinos & imperitos.

Porro]

Refuratio Synecdoches, seu fidei formatæ. Sicut Aristoteles in Phys. componit rem naturalem ex materia & forma: & dicit, materiam esse massam rudem & informem, sed perfici & ornari, & quasi perpoliri à forma. Ita dicunt Sophistæ, Thomas, Scotus & similes, fidem esse informem, rudem, impolitam, si non informetur dilectione. Quando autem accedit dilectio ad fidem, tum dicunt, fidem esse formatam. Ergo hæc duæ vocabula idem significant, fides formata & Synecdoche.

Affingimus]

Papistæ dicunt, nos nimis subtiliter intelligere & interpretari Paulum, & obiciunt nobis illud Menandri de legibus, Leges sunt bonæ, sed si quis eas aspiciat nimis acutè & subtiliter, fit Syconphantia. Audite igitur responsum & Apologiam in textu, opponendam huic calumniæ.

τὸ πῦρ]

Controuersia scripti & sententia diiudicanda sunt ex scriptis Prophetis & Apostolicis, dextrè & sine Sophistica inter se collatis, & ex his diiudicari possunt à piis, qui doctrinam Eccle-

fiæ rectè didicerunt, qui quidem & testimoniis veteris Ecclesiæ, quæ nondum discesserat ab Apostolorum vestigiis, adiuuantur.

Ad diiudicationem controuersæ de scripto & sententiâ, duopotissimum requiruntur, quorum prius est collatio dextra, candida, non sophistica dictorum calestium, quæ tradita sunt in sacris literis. Alterum est inquisitio diligens puræ antiquitatis, quæ fuit proxima Apostolis, & non discessit à vestigiis Apostolorum. Talis est antiquitas à morte Iohannis Apostoli, usque ad mortem Augustini. Nam illud tempus habuit & discipulos Apostolorum, & alios scriptores, qui retinuerunt fundamentum, etsi habuerunt aliquas suas stipulas. Sed post mortem Augustini secuta est turba scriptorum, quorum autoritas non est magnificanda in controuersis. Sicut ergo audimus docentes vel in templis, vel in scholis, reuerenter & cum modestia, si recta & vera docent ita ego & tu debemus audire venerandam antiquitatem rectè docentem.

*Non inuehamus ]*

Multi sensum suum inferunt in Scripturas, quibus accidunt, quod ab Aristotele dicitur: Intus existens prohibet extraneum. Quemadmodum enim morbus oculorum impedit visionem: ita fascinati anteceptis opinionibus & persuasionibus inflectunt Scripturam ad suas imaginationes. Non est autem regula, ut ait Basilius, inflectenda ad lapidem, sed lapis congruat ad normam.

*Præcipuum ]*

In qualibet disputatione vnum est argumentum præcipuum, quo tota causa nititur. Hoc argumentum si est firmum, nec potest conuelli, aut labefactari præstigiis sophismatum: non dubites de bonitate causæ: cetera argumenta, quæ accedunt, magis sunt ornamenta, quam confirmationes. Ita in articulo iustificationis hoc est præcipuum argumentum, Si ex Lege hæreditas, inanis est fides nostra, & otiosa promissio, sed nec promissio est otiosa, id est, frustra tradita à Deo, nec fides nostra, quæ nititur promissione, est inanis. Ergo non pendet iustificatio & hæreditas vitæ æternæ ex nostra dignitate, sed nititur alio fundamento. Maiorem Paulus probat, Quia Lex iram efficit, id est, semper accusat & damnat nos.

Imò dilectio]

Nulla potest esse dilectio sine fide. Quomodo potes amare Deum, quem iudicas esse tuum hostem, & iudicem seuerum? Deus diligendus est, tanquam Pater.

Deum, quem iudicas esse tuum hostem, & iudicem seuerum? Deus diligendus est, tanquam Pater.

Exoriri non potest]

Chrysoftomus Ephes. 6: Nulla est utilitas dilectionis sine fide. imò ne quidem existere potest dilectio aliter, id est, sine fide.

Sententia huius dicti est. Quòd nec placeat Deo, nec præstari dilectio sine fide possit.

Gratis]

Particula Gratis toties à Paulo repetita, opponenda est tentationi de indignitate. Et si enim nos sumus indigni omnibus beneficiis Dei, tamen Mediator dignus est, cuius merito iustificemur & saluemur.

Particula Gratis toties à Paulo repetita, opponenda est tentationi de indignitate. Et si enim nos sumus indigni omnibus beneficiis Dei, tamen Mediator dignus est, cuius merito iustificemur & saluemur.

Ne quis gloriatur]

Hæc particula sumpta est ex psalmo, De profundis. 130: Aspice propitiatio est, vt timearis, id est, ideo reuelata est promissio gratiæ, vt arrogantia hypocritarum refutetur, qui non esuriunt & sitiunt, sed ructant iusticiam, vt ait Augustinus.

Hæc particula sumpta est ex psalmo, De profundis. 130: Aspice propitiatio est, vt timearis, id est, ideo reuelata est promissio gratiæ, vt arrogantia hypocritarum refutetur, qui non esuriunt & sitiunt, sed ructant iusticiam, vt ait Augustinus.

Quidam]

vt Origenes, & qui eum sequuntur. Refutationis corruptela Origenicæ duo sunt fontes, prior hic est: Quòd Paulus lo-

vt Origenes, & qui eum sequuntur. Refutationis corruptela Origenicæ duo sunt fontes, prior hic est: Quòd Paulus loquatur de tota Lege, non tantùm de ceremoniis, inde æstimari potest: quia dicta de usu Legis præcipuè quadrant & cõgruunt ad Decalogum, siue ad Legem moralem, vt verbi causa, Lex est agnitio peccati, Lex iram efficit, & similia. Hæc certè principaliter intelligenda sunt de Decalogo, qui est speculum peccati & iræ Dei. Alter sors refutationis est: Si Christus tantùm nos liberauit à ceremoniis Moysi, liberatio Christi tantùm prodest iis, qui nati sunt & cooptati in Ecclesiam post Christum exhibitum, nec profuit patribus ante Moysen, vel ante Christum natum. Pertinet autem liberatio Christi à Lege ad Ecclesiam omnium ætatum & temporum: credimus enim nos saluari, sicut & patres saluati sunt & c. Ergo confitendum est, Christum non tantùm liberasse nos à ceremoniis Moysi, sed etiã à maledictione Decalogi, cuius summa recitatur in dicto

notissimo & celebratissimo: Maledictus omnis, qui non permanet in omnibus, quæ scripta sunt in libro Legis.

Fateri]

Hæc verba opponuntur stultissimo somnio Monachorum, de merito congrui & condigni.

Concipere S.S.]

id est, Coniungimus donum cum gratia. Sic Paulus loquitur Rom. 5.

Promissio gratia est vniuersalis]

Promissio Euangelij vniuersalis opponenda est tentationi de particularitate, seu de prædestinatione. Et si enim non omnes accipiunt promissionem, quod fit ipsorum culpa, tamen verè ad omnes & singulos pertinet promissio, qui eam amplectuntur, nec abiiciunt ante postremum vitæ actum, siue in ipso mortis agone, iuxta dictum: Beati mortui, qui in Domino moriuntur.

Sic argumentor: Conclufit Deus omnia sub peccato:

Ergo Deus est autor peccati.

Respondeo. Est fallacia figuræ dictionis, Concludere sub peccato, significat accusare, & reuelare nobis peccatū rationi ignotum, non tantum prædicatione verbi, sed etiam pœnis publicis & priuatis, & sensu iræ Dei, vt Dauid pulsus in exilium à filio Absalone, & deformatus in gentibus scandalis, & oppressus mole calamitatum, concluditur sub peccato, quia gerit iam signa reatus, nec potest negare se esse peccatorem. Sed quis est finis huius conclusionis sub peccato, vt vtar phrasi Scripturæ? vt Deus omnium misereatur, id est, vt inquit Propheta Ezechiel cap. 33: Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat.

Hunc audite]

Sic psalm. 2: Osculamini Filium. Beati omnes, qui confidunt in eum. Et Moses inquit Deut. 18: Prophetam suscitabit tibi Dominus Deus de medio fratrum tuorum, hunc audies. Quòd si quis hunc non audiet, ego ipse vltor existam, ero vindex inobedientiæ, & incredulitatis.

Adiuuat]

Hoc verbo vtitur Scriptura sine metu cauillationis, & idem verbum

Verbum vsurpat millies Augustinus in libro de Spiritu & litera, & alibi, vbi acerrimè refutat Pelagianos hostes gratiæ Dei.

*De libero arbitrio*]

Sophistica nec intelligi possunt, nec habent vsum in vita.

Sententia verò de libero arbitrio suprà explicata, & hîc breuiter repetita, non modò intelligi potest à piis auditoribus, sed etiam vsum habet in docendo, in consolando, & in exhortando. Contentmentibus autem hanc doctrinam idem vsu venit, quod in prouerbio dicitur: Reprehendunt vinum, & bibunt tamen.

Etam si Flaciani totum mundum complent suis chartis, & suis clamoribus, calumniis, mēdactis, insidiis & fallaciis, tamen

non possunt ipsi carere ea forma doctrinæ, quam in aliis tantoperè accusant & reprehendunt. Quid enim dicent Francisco Spiræ, homini Italo, cuius historia plus quàm Tragica recitatur à Sleidano? Fuit ille in Italia aduocatus seu procurator in foro, & aliquandiu amplexus est doctrinam Euangelij, & iuxta hanc Deum inuocauit. Ad extremum verò victus spe, aut fractus metu, aut blanditiis amicorum debilitatus, aut quacunque tandem de causa, abiecit professionem Euangelij, & obeam rem incidit in tristissimam tentationem de prædestinatione seu de particularitate. Ita enim disputauit miser homo: Multi vocati, pauci electi. Ego nescio, an sim in numero electorum. Quare est mihi desperandū de salute æterna. Quid quæso ad hunc Franciscum Spiram dicit Flacianus, mordicus retinens sua paradoxa de trunco, de diabolo, de asino, & de furore in conuersione? an iubebit Franciscum Spiram magis furere & fremere aduersus Deum, & expectare, donec vi cogatur ad credendū? Certè si vult consilere saluti miseri hominis, vt hunc exempli causa proponamus, quod facilè potest ad alias personas, & alia negotia accommodari, hoc dicit Francisco Spiræ: Aeternum & immutabile, & summum mandatum est, Hic est Filius meus dilectus, hunc audite. Deinde promissio Euangelij non tantum est gratuita, excludens omnem nostram dignitatem, & nostra merita, sed etiam est verè vniuersalis, pertinens ad omnes & singulos credentes, id est, non repugnantes Spiritui sancto, non perseuerantes in blasphemia aduersus Filium Dei, sed gementes inenarrabilibus gemitibus, & petentes auxilium in hac lucta. Talibus verè adest Filius Dei, &

dato Spiritu sancto exsuscitat, seu sufflat scintillam fidei. Quare & Augustinus ait, Si non sentis te trahi, ora vt traharis, si non potes orare, geme saltem, & expecta consolationem, non anteferas tua peccata merito Filij Dei, non anteferas diabolos Deo. Certè talia sunt commemoranda apud Franciscum Spiram, apud fures & latrones, qui ducuntur ad supplicia: imò etiam apud honestos homines; qui in lecto moriuntur, qui sæpe cruciantur & oppugnantur his tentationibus. Quòd si Flacianus hoc modò non consolatur Franciscum Spiram, aut furem, aut latronem, aut alium hominem luctantem cum hac tentatione, perdet & sese, & illam miseram animam, cui præstò est. Hæc non dico in cuiusquam odium, vel contumeliam, aut ad vllius hominis gratiam: sed quia scio, & expertus sum, rem ita se habere.




FINIS LOCI DE IUSTIFICATIONE.

LOCVS



# LOCVS DE BONIS OPERIBVS.



**E**QVITVR Locus de bonis operibus, de quibus omnibus hominibus notissima sit concio Pauli, quæ docet, Deum curare opera, & bona opera non officere salutis, vt quidam indocti vociferantur & scribunt. Verba autem Pauli, perpetua memoria digna, extant in cap. 2 Epistolæ ad Titum: Apparuit gratia Dei salutaris omnibus, erudiens nos, vt abnegata impietate & mundanis concupiscentiis viuamus in hoc seculo piè, iustè, & modestè, expectantes reuelationem magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi, qui tradidit se ipsum pro nobis, vt redimeret nos ab omni iniquitate, & purificaret sibi populum peculiarem, sectatorem bonorum operum. Hæc sunt verba Pauli, quæ debent iuniores domi diligenter legere, & attentè considerare, quia proponunt tria argumenta plena ardentissimorum affectuum, quæ nos hortantur ad nouâ obedientiam post acceptam remissionem peccatorum, seu iustificationem. Primum argumentum hanc habet sententiam: Gratia Dei salutaris omnibus hominibus non est transferenda ad lasciuiam & petulantiam, vt in Epistola Iudæ dicitur, Non peccetis, vt inquit Paulus Rom. 6, vt gratia abundet, Absit. Secundum argumentum, quo Paulus hortatur nos ad bona opera, congruit cum præclara sententia Iohannis in Canon. cap. 3: Qui habet hanc spem, sanctificat se, sicut & ille sanctus est, Ego, inquit Deus, sanctus sum, Ergo & vos sitis sancti. Quamquam enim nostra sanctificatio & iustitia est imperfecta & languida, tamen Deus eam requirit, & vult, nos his initiis & rudimentis præparari ad cælestem Ecclesiam & Academiam. Tertium argumentum sumitur à fine redemptionis, & cum dicto Iohannes congruit, Filius Dei apparuit, non vt confirmaret & stabiliret, sed vt destrueret opera Diaboli, peccatum & mortem. Hæc igitur summa est exhortationis Paulinæ, 1 Non abutamur gratia Dei ad omnem petulantiam & lasciuiam, sed grati utamur, & in timore Dei & reuerentia, beneficii Christi & Dei: 2 & nos præparemus ad futuram vitam, in qua reuelabitur gloria magni Dei, & saluatoris nostri Iesu Christi. 3, Denique semper meminerimus, hunc esse finem redem-

tionis nostrae, vt non tantum imputatione, sed etiam effectione, & re ipsa simus iusti & sancti. Hac concione Pauli, & his argumentis patheticis si qui non moventur, profecto sunt frigidiores glacie, & illis rupibus duriores, quae tremuerunt, cum Deus ederet Decalogum. Postquam autem haec praefatus sum iuniorum caussa, monstro dispositionem huius Loci simplicissimam. Totum hunc Locum de bonis operibus complectemur capitibus sex: in quorum primo docebimus, quae opera facienda sint. In secundo, quomodo possint fieri in tanta nostra imbecillitate, & inter tot impedimenta interna & externa. In tertio capite dicemus, quomodo placeat noua obedientia, cum quidem longissime ablit a perfectione Legis. In quarto exponemus causas magnas & graues, propter quas necessaria est noua obedientia, etiam si non est caussa iustificationis & saluationis. In quinto capite discernemus peccata, quae manent in sanctis in hac vita, a lapsibus contra fidem, & contra bonam conscientiam. In sexto & postremo Dialectice, & quantum fieri potest, sine ambagibus soluemus argumenta aduersariorum, Papistarum & aliorum, quae obiciuntur contra doctrinam saluberrimam de iustitia fidei.



DE

## DE PRIMA QVAESTIONE.

## Quæ opera facienda sint.

## CAPVT I.



**V**T doctrinam de bonis operibus, seu de noua obedientia ordine complectamur, distribuemus eam in quæstiones quinque: quæ opera facienda sint, quomodo fieri possint, quomodo placeant, cur facienda sint, quod sit discrimen peccatorum, cum necesse sit fateri, quod in hac vita maneant peccata in renatis.

Non libenter discedo ab usitata methodo, sicut multi faciunt, vel inani curiositate, vel ostentatione.

*De prima quæstione.*

Vult Deus, & fidem & opera gubernari ea norma, quam tradidit sua voce, iuxta hæc dicta:

Vos iuniores semper debetis pluris facere vnum aphorismum, seu breue dictum Scripturæ, quàm omnes commentarios & omnia volumina veterum &

recentium scriptorum Ecclesiasticorum. Quod ideo dico, ne quis commentariis, postillis, annotationibus abducatur à fontibus Israel. Illa scripta, vt inquit Lutherus in Genesin, maximè probanda sunt in Ecclesia, quæ lectorem non præcul abducunt à textu, sed potius eum deducunt ad fontes Ecclesiæ, & sunt tantùm statux Mercuriales, monstrantes viam, quæ sit eundem, quid sit obseruandum. Reliqua commendentur piæ meditationi lectorum.

Psal. 119: Lucerna pedibus meis verbum tuum.

Cur verbum vocetur lucerna, seu lychnus, docet Petrus Apostolus in secunda epistola, cap.

1 inquit dulcissimè: Habemus sermonè Propheticum, cui attendentes, bene facitis, tanquam lucernæ lucenti in loco caliginoso, donec exoriatur lucifer in cordibus vestris. Comparat Apostolus,

& hoc loco David verbum Dei lychno lucenti in mediis tenebris. Vt enim nemo ambulat tutò sine lychno in densis tenebris, & in media nocte, præsertim ignarus viæ & locorum. Ita totus hic mundus sine verbo est plenus caliginis & tenebrarum, nec quisquam per eum potest ambulare sine multis lapsibus pugnantibus cum fide, & cum bona conscientia. Quare vt viatori noctu iter facienti per loca ignota necessarius est vsus lychni ardentis: ita nobis in hoc exiguo & breui vitæ curriculo necessaria est verbi meditatio: primùm propter consolationem, tertio propter gubernationem vitæ, omnium actionum & consiliorum. Videtis igitur, quàm venustè dixerit Psalms, & hunc secutus D. Petrus, verbum Dei esse lucernam. Debent vos de hac re admonere vestri lychni domestici, qui prælucent vobis noctu, & iter in plateis monstrant. Sic enim cogiteris: Iste lychnus est imago verbi diuini. Sicut hic lychnus regit pedes meos, ne impingam: ita verbum debet regere mea consilia, meas actiones, & mea studia.

Deut. 12: Quod præcipio tibi, hoc tantùm facito Domino, nec addas quicquam, nec minuas.

Numer. 15: Recordentur omnium mandatorum Domini, ne sequantur cogitationes suas, & oculos meretricios.

Est metaphora. Oculi meretricum sunt vagabūdi, non prospiciunt recta linea, sed vagantur per omnes angulos: ita ratio humana vagatur, quærens nouum genus doctrinæ & novos cultus, nec vult alligari ad verbum Dei.

Sed memores præceptorum Domini faciant ea, sintque sancti Deo suo.

id est, dicati, consecrati.

Esaia 29: Frustrà colunt me mandatis hominum.

Hic vnicus aphorismus euerit totum Papatum. Est machina Demetrii, quæ vocatur ἐλέπαις.

ἐλέπαις, id est, expugnatrix vrbiū. Demetrius habuit machinam bellicam, qua facilimè expugnauit vrbes & arces. Talis ἐλέπαις, seu machina contra Papatum vniuersum est hoc dictum Esaia, quod citat Christus Matth. 15. Euertit hoc dictum totum Monachatum, seu vitam Monasticam, quæ est doctrina hominum, euertit cælibatū.

tum sacerdotum, qui est doctrina dæmoniorum, vt Paulus ait: Timothy. 4. Euerit Missam idolatricam, quia est commentum humanum, non est traditio Christi.

Ezech. 20: In præceptis patrum vestrorum nolite ambulare, nec idolis eorum polluamini. Ego

Dominus Deus vester: in præceptis meis ambulate, & iudicia mea custodite, & facite ea.

Papistæ allegant dictum ex Prouerbiis Salomonis cap. 22: Ne transferas terminos, quos posuerunt patres tui. Ergo (in-

quiunt) non est discedendum à tot sæculorum consensu. Respondeo: Ne transferas terminos, quos posuerunt patres tui, scilicet in vera doctrina, sed necesse est transferre terminos patrum, qui doctrinam mutauerunt, atque ita discesserunt à vestigiis Prophetarum & Apostolorum. Ita enim inquit Ezechiel cap. 20: In meis præceptis ambulate, non in præceptis patrum vestrorum, scilicet iniustis & impiis, nec idolis polluamini. Nō igitur sequitur: Pater meus audiuit Missam: Ergo & ego audiam missam, quia scriptum est. Honora patrem & matrem. At non magis honorabis parentes, quàm qui ante omnes est, Christum.

Hæc dicta perspicuè reiiciunt omnes opiniones & cultus sine verbo Dei excogitatos, & deducunt nos ad testimonia vocis diuinæ de fide, & de operibus. Vt enim nulli creaturæ concessum est tradere nouam doctrinam de

Deo: ita nec angelis, ne hominibus licet instituerè nouos cultus Dei.

Gal. 1: Si quis aliud Euangelium proposuerit, anathema sit.

Due sunt pestes in genere humano, pugnantés cum prima tabula Decalogi. Prior pestis nominatur ab Epiphanio in refutatione Hieraclis, negantis resurrectionem mortuorum, ἐδελοσοφία, id est, sapientia humana, cōtraria verbo Dei. Altera pestis est ἐδελοθρησκεία, id est, cultus sine verbo excogitatus, vt vita Monastica est ἐδελοθρησκεία. Vtramque pestem damnat & reiicit Paulus Coloss. 2, vbi disertè vtitur hac voce cōposita ἐδελοθρησκεία, selbst erwehltete/erdachte Gottesdienst.

Sciamus igitur, normam inchoatæ obedientiæ oportere esse

præcepta Dei, quorum summa in Decalogo comprehensa est, quem sapienter intelligi iuxta declarationem à Christo & Apostolis expressam, oportet.

cum omni sapientia, hoc est, lectio verbi Dei & intelligentia non sit puerilis aut fanatica, sed sit sapiens, id est, coniuncta cum sensu & αἰσθήσει, ut saepe dictum est ex Epiphanio.

Hæc autem noua obedientia non est tantum externa disciplina, sed etiam in corde noua lux, vera Dei agnitio, fides, timor Dei, fiducia, dilectio, spes, vera inuocatio, constantia seu firmitas in vera sententia, fortitudo, temperantia, castitas & alia virtutes, ut latro conuersus non tantum externa bona opera habet, confessionem peccati sui, & iusti iudicij Dei, inuocationem Christi, & obliuionem aduersarij, sed etiam interna, cuiusmodi sunt, agnitio iræ Dei aduersus peccata, ingens dolor animi deplorantis sua scelera & multiplicem contumaciam, fides accipiens remissionem peccatorum, & vitæ æternæ hereditatem propter Messiam, fiducia misericordiæ & præsentia Dei in iis arumnis, quas sustinebat, dilectio Dei & propositum obediendi Deo, spes liberationis, patientia subiiciens animum Deo

in hac tristi poena. Pertinet autem exemplum latronis in cruce conuersi & fide recepti, ad omnes homines. Nam conuersio & saluatio huius latronis imago est conuersionis & saluationis singulorum electorum.

Quare hunc latronem nobis proponamus in contritione, fide, absolutione, cruce & bonis operibus, & grato corde præstemus eos cultus, quos Deus ipse in verbo suo postulat, & quidem eo ordine præstemus, sicut postulat.

premitur morte & aliis calamitatibus propter peccata, teste Paulo

in crucifixione.

Duo latrones pendentes à lateribus Christi, sunt imago totius generis humani, hoc est, veteris Ecclesiæ, & cæterus hypocritarum & Epicureorum, vel multitudinis non conuersæ ad Deum. Sicut enim duo latrones pendunt in furca propter sua scelera: ita totum genus humanum

Rom. 3: Corpus mortificatur propter peccatum: videtis enim mori non minus sanctos, quam impios. Deinde quod ad externam disciplinam attinet, non est magnum discrimen inter nos & Papistas, imò scilicet verum dicere & fateri, saepe à Papistis plura officia virtutum præstatur, quam à nobis, qui gloriamur de doctrina Evangelij, quod tamen auditu est triste & horredum. Sed vnare præcipue distinguit Ecclesiam à reliqua multitudine generis humani non conuersa ad Deum, quòd Ecclesia agnoscit Deum, & Filium, quem Deus misit, vt sit victima pro nobis, & Mediator noster. Huc Deum inuocat Ecclesia fiducia Mediatoris, & obiurgat aduersarios dissentientes à doctrina Evangelij. Est igitur imago certaminis inter nos & Papistas, imò inter Ecclesiam omnium temporum, & hæreticos proposita in historia duorum latronum, quorum alter conuertitur ad Deum, alter ludit in media morte, & maledicit Christo.

Vult autem primùm ardere in corde nostro fidem, non otiosam notitiam, sed fiduciam inuocantem ipsum, quæ sentitur in afflictionibus. Cum hac fide coniuncta est dilectio, & accenduntur aliæ virtutes necessariæ, iuxta præcepta moralia, iustitia, castitas, veritas & alia. Postremò accedant ceremoniæ diuinitus ordinatæ, non vt mereantur remissionem peccatorum, non quòd placeat Deo sine fide & sine operibus moralibus, sed vt sint signa promissionum verè credenti.

Etiam si millies accedas ad Sacramentum, tamen non iustificabit te vsus Sacramenti, nisi in corde accensa sit fides & bonum propositum. Lutherus in Genesis inquit: Quantum credis, tantum habes: si credis, habes, si non credis, nihil habes.

Deinde vt sint signa professionis, quæ discernant Ecclesiam ab Ethnicis.

Duo sunt fines omnium Sacramentorum, Circumcisionis, Baptismi, Cœnæ Domini: alter est publicus, alter est priuatus.

Publicus est distinctio Ecclesiæ ab aliis sectis impiis & damnatis: vt Baptismus discernit Christianum à Turca, vel Iudæo recenti publice: Sic olim Circumcisio distinguebat posteritatem Abraham à cæteris gentibus. Priuatus finis Sacramentorum & quidem principalis est signum, testimonium, pignus, sigillum promissionis gratiæ verè credenti, sicut dicitur: Hoc facite ad mei recordationem.

Hæc tota doctrina de ordine operum sæpe à Prophetis, Christo & Apostolis repetita est, vt Esaiæ 1 & vlt.

Jeremiæ 7.

Oseæ 6.

Zachariæ 7 & 8.

Matth. 15.

Roman. 2.

mus & Cœna Domini, si Legem obserues, scilicet moralem prælucente fide.

1 Corinth. 7.

Quid mihi cum multitudine victimarum vestrarum, scilicet non iacto prius fundamêto, non prælucente fide, neque inchoata obedientia morali?

Non præcepi vobis de holocaustis.

Misericordiam volo, & non sacrificium.

Diligite veritatem & pacem.

Frustrâ me colunt mandatis hominum.

Circumcisio prodest, si Legem obserues. Sic prodest tibi Baptiscente fide.

Nihil est Circumcisio, nihil præputium, sed dilectio, obedientia &c.

## DE SECUNDA QVAESTIONE.

### Quomodo bona opera fieri possint.

#### CAPVT II.



**A**VDIVIMVS hæcenus, quæ opera Deus postulet, & approbet, ea videlicet, quæ non excogitantur à nobis, sed quæ congruunt cum Decalogo sapienter intellecto. Non enim Deus tantum postulat externam disciplinam, qualè præstiterunt Pharisei & hypocritæ omnium temporum, sed præcipit cultus interiores & exte-  
riores

riores iuxta omnia præcepta moralia: vult etiam Deus eo ordine præstari opera, quem ipse sanxit. Ac fundamentum & principium omnium operum sit fides, quæ non est otiosa notitia, sed fiducia inuocans Deum, quæ sentitur in afflictionibus. Deinde cum hac fiducia sit coniuncta dilectio Dei & proximi, postremò accedat ad fiduciam & dilectionem vsus ceremoniarum, seu Sacramentorum, quæ publicè quidem sunt signa distinctiua, priuatim verò signa obsignatiua & exhibentia hoc quod in promissione traditur. Nam vt Ecclesiam discernūt ab aliis gentibus & sectis impiis: ita singulis piis sunt sigilla, vt Paulus loquitur, iustitiæ fidei. Nunc igitur ad secundam quæstionem accedimus.

Et si homines huius miseræ & langufactæ naturæ viribus aliquo modo possunt externa Legis opera facere, tamen sine auxilio Spiritus sancti non inchoatur interior obedientia.

Duplex est obedientia, quam Deus postulat in sua Lege, vna est externa, altera interna. Externa vocatur disciplina, quæ est

gubernatio locomotiua congruens ad Decalogum. Hanc externam obedientiam homines etiam non renati vtcūque præstare possunt, vt aliàs sæpe dictum est. Sed internam ne quidem inchoare possumus sine auxilio Spiritus sancti, vt Christus inquit Ioh. 4: Veri adoratores, id est, præstantes interiorem cultum, adorabunt Patrem in Spiritu & veritate. veritatem nominat verbum Dei, vt Iohan. 17 dicitur: Pater, sanctifica eos in veritate, sermo tuus est veritas. Spiritū vocat tertiam personam diuinitatis, procedentem ab æterno Patre & cœterno Filio, quæ mittitur in corda credentium, vt testimoniū perhibeat Spiritui nostro, quòd simus Filij Dei, & impellat nos ad inuocationem, & opituletur infirmitati nostræ, Rom. 8. Neque est, quòd quisquam abhorreat ab hac phrasi, in qua fit mentio auxilij diuini, cum tota Scriptura, & Paulus in primis Rom. 8 sine metu cauillationis Flacianæ, vtatur verbo adiuuandi.

Datur autem Spiritus sanctus, cum in conuersione seu penitentia vocem Euangelij audimus & cogitamus, & corda fide eriguntur, & in ea cōsolatione suæ stentur agnitione misericordie Dei, & incipiūt acquiescere in Deo, & vt Paulus inquit,

Galat. 3 extat memorabilis sententia, quæ docet, quomodo accipiatur Spiritus sanctus: vt promissionem Spiritus, id est,



lus inquit Rom. 8: Spiritus o-  
pitulatur infirmitati nostræ.

uit Spiritus sanctus. Videbatur  
enim, si spectes externâ faciem,  
pugnare cum promissione diui-

na: Semini tuo dabo hanc terram. Exules certè vagantes sine certis  
sedibus, non possident terram certam, sic iudicat ratio: sed contra  
hoc iudicium rationis confirmantur à Spiritu sancto pater Isaac &  
Rebecca, & filius Iacob. Deinde Iacob seruit socero suo Laban totos  
annos 20: & quanquam in primis nuptiis erat deceptus ab impostore  
& hypocrita Laban, qui substituit in locum Rachelis diu desiderata  
& promissa, Leam deformem virginem, tamen Iacob sese re-  
punit, & non repudiat miseram pusillam, cum summo iure potuisset  
eam repudiare, propter errorem de persona. Tandem verò discedit  
cum sua familia ab avaro & iniquo socero Laban, rediturus in  
patriam ad Isaac & Rebeccam, sed in itinere obuiam fit ei frater E-  
sau, veteris, vt opinabatur, iniuriæ memor, & oppressurus familiam  
Iacob. Hoc periculum erat humano consilio profus inextricabile.  
Habebat enim Esau in suo comitatu 400 armatos. Iacob verò erat  
inermis pastor, & ducebat secum imbecillum turbam muliercularum  
& liberorum. Quid igitur fit in hac acie nouaculæ, in hoc ex-  
tremo periculo & discrimine? Noctu cum precaretur ardentissimè  
Iacob, & commonefaceret Deum de promissione, Filius Dei ludens  
in orbe terræ mirandis operibus, luctatur cum Iacob, & post luctâ  
promittit ei defensionem aduersus iratum fratrem, quam quidem  
experitur re ipsa. Etsi enim frater hostili animo eduxerat suas copias,  
tamen ponunt ferocia Pœni corda volente Deo, id est, Deus i-  
ta moderatur imperus Esau, vt non noceat fratri, sed ei promittat  
omnia fraterna officia & fraternam benevolentiam. Omitto cetera  
pericula & liberationes Iacob breuitatis causa. In hanc igitur i-  
maginem intuentes, discamus, quæ beneficia Spiritus sanctus nobis  
miseris & infirmis hominibus præstet, quòd videlicet nos ad-  
iuuet, regat consilia in multis rebus, quæ humana  
prudentia regi non possunt, flectat  
voluntates ad bona &c.

## DE TERTIA QVAESTIONE.

## Quomodo placeat noua obedientia.

## CAP. III.



**M**ORATIVS inquit de Principum approbatione & benevolentia, Principibus placuisse uirtutem non ultima laus est. Et Pausanias dux Laconicus apud Herodot. inquit li. 3: Satis est, me meis Spartanis placere sancta dicendo, & sancta faciendo. Sic sane magna res, & non contemnenda *eu doulia*, id est, approbatio hominum praesertim principum, uirorum, quorum iudicium nemo sanus negligit, aut contemnit, sed in infinitum maior & melior res est *eu donia*, seu approbatio diuina. Non igitur satis est scire, quae opera facienda sint, & quomodo fieri possint, nisi etiam hoc scias, quomodo placeant, cum quidem non satisfacimus Legi Dei. De hac quaestione respondet Scriptura & Paulus in primis. Propter eandem causam placet utrumque, & persona & obedientia. Sicut ergo iustus es sola fide: ita obedientia tua placet, praesulente fide propter Mediatorem: sicut Petrus inquit 1 Petr. 2: Offerite hostias spirituales, acceptas, seu placentes Deo per Christum.

De hac tertia quaestione, Euagrius Episcopus Antiochenus breuissimè respondet, cum inquit, bona opera placere *mesu, uel uis* *πικρως*, quod nos dicimus, praesulente fide, sicut & Paulus inquit [Rom. 14.] Omne quod non est ex fide, peccatum est. Sic autem praesulceat fides, ut haec tria complectatur. Primum statuamus recipi & placere personam propter Filium Dei mediatorem gratis, etiam si in nobis reliqua est magna infirmitas & multae sordes. Secundò agnoscamus, nos nequaquam satisfacere Legi Dei, & adhuc circumferre in nobis peccata, & hanc nostram infirmitatem ueris gemitibus deploremus. Tertio, Et tamen sciamus, Deum postulare, ut sit in nobis in-

Hieronymus in catalogo illustrum uirorum, qui gubernata choata

choata obediētia, fides & iustitia bonæ conscientia, & hæc opera ipsi placere in reconciliatis propter Mediatorem, fide.

runt Ecclesiam, & ediderunt vtilia monumenta, scribit de Euagrio, fuisse eum Episcopum Ecclesie Antiochenæ in Syria, & tribuit ei ingenium acre & ar-

dens, ac dicit se fuisse auditorem huius Euagrij: ex quo intelligi potest, eodem tempore vixisse Hieronymum & Euagrium. Mortuus est autem Hieronymus anno Christi 420, decem annis post mortuus est Augustinus, videlicet anno Christi 430. Hic Euagrius edidit multa præclara scripta, & inter alia enarrauit prouerbia Salomonis. Et si autem ipse non habeo libros Euagrij, nec legi, tamē hoc dictum citatur à multis fide dignis: in primis verò à præceptore nostro piæ memoriæ, Philippo Melanthe. Sic igitur dicit Euagrius: Bona opera placent Deo, *αγαθα ἔργα τῷ θεῷ αἰσθάνονται*, prælucente fide.

Causa *αἰσθάνουσα* est causa antecedens, causa interior, gubernatrix aliarum causarum: ita fides est *αἰσθάνουσα* causa bonorum operum, prælucent operibus, gubernat opera. Quomodo autem debet præluere fides nostris operibus? Tripliciter. Primum quòd ad personam nostram attinet, statuamus nos placere Deo gratis propter Christum. Deinde agnoscamus infirmitates & sordes nostras, & has vero gemitu deploremus, nec fingamus, nos satisfacere Legi Dei. Postremò, quòd ad opus attinet, seu ad obedientiam, sciamus hanc quoque & postulari à Deo, & Deo placere, si præstetur fiducia Mediatoris, tegentis sordes & infirmitates nostras.

Ad horum trium membrorum explicationem pertinent hæc dicta Pauli, Rom. 8: Nulla nunc condemnatio est his, qui in Christo ambulant, id est, etsi renati non sunt sine peccato, tamen Deus eos recipit, & iustos pronuntiat propter Filium credentes, deinde recipit & obedientiam eorum propter Filium.

Obseruate pondera verborū in dicto Pauli. Non dicit Paulus, Nullum peccatum est in sanctis: si enim dicimus, vt ait Iohānes, nos non habere peccatum, sumus mendaces: sed disertè dicit,

Nulla condemnatio, id est, nullus reatus, nulla obligatio ad iram, & ad penas æternas. Sed quæso, de quibus loquitur? an de his qui in carne ambulant? non, sed de aliis, qui ambulant in Christo, hoc est, qui militant bonam militiam, retinentes fidem & bonam conscientiam.

Rom. 6: Non estis sub Lege, sed sub gratia. Hoc dictum per scripturam affirmat, credentes liberatos esse ab ira Dei, & iam propter Christum acceptos esse, etiam si hærent in eis reliquæ peccati, quibus repugnant Spiritu.

Sic argumentor ex dicto Pauli: Paulus dicit, Non estis sub Lege. Et alibi dicit: Timothee: Iusto non est Lex posita: Ergo sancti sunt liberi & immunes, & soluti ab obedientia, quam Lex posita ab obedientia, quam Lex posita

stulata, id est, Deus non curat bona opera, & bona opera officium salutis, secundum multorum vociferationes ineptas & impias. Responsum deo ad antecedens, ex collatione dictorum Pauli, quæ est optimam rationem interpretandi Scripturam. Paulus dicit Gal. 3 disertè, nos esse liberos à maledictione Legis: Ergo aliud est liberatio ab obedientia, aliud à maledictione Legis. Lex aut gubernat, aut iudicat: gubernat obedientiam: iudicat, accusat & condemnat contumaciam. Re-nati igitur non sunt sub Lege, scilicet iudicante, maledicente, accusante, condemnante, id est, ut vno verbo dicam, sunt liberi à maledictione Legis, ab ira Dei, à pœnis æternis, sed non sunt liberi ab obedientia, quam Lex postulat. Est enim æterna voluntas Dei & ordo immotus, qui mutari non potest, ut creatura rationalis obediat conditori.

Hebr. 12: Teneamus gratiam, per quam seruiamus, bene placentes Deo cum reuerentia & timore,

Teneamus, idem est quod re-tineamus firmiter. Sed quare dicit, cum reuerentia & timore? Alludit ad dictum psal. 2: Seruite Domino in timore, & exultate

ei cum tremore. Sic & Paulus Phil. 2 inquit: Operamini salutem vestram cum timore & tremore. Et si enim Deus est Pater noster, tamè simul est Dominus, & est iudex, & est ignis consumens, ut inquit Moses Deuter. 4: Amemus ergo Deum, ut Patrem, & timeamus ut Dominum, hoc est, seruiamus Deo cum reuerentia & timore.

Philipp. 2: Deus est, qui efficit in vobis, & ut velitis, & ut perficiatis, ut ipsi aliqua grata fiant,

Propone tibi hoc dictum in tuis studiis, Deus primùm re-ocat mandato parentum, aut amicorum ad vitam scholasticam, ad discendum. Deinde mouet

tuam voluntatem, & adiuuat eam, regit & impellit, ut diligenter discas

discas doctrinam de Deo & de aliis rebus bonis, & ornes hanc diligentiam modestia vitæ. Hæc autem ideo in te efficit, vt ipsi fiant aliqua grata, id est, vt ipse celebretur, & Ecclesia Dei in genere humano conseruetur: sunt enim hi duo fines vltimi omnium nostrarum actionum & studiorum: vnus celebratio Dei, alter conseruatio Ecclesiæ, iuxta dictum notissimum 1 Cor. 10: Omnia facite ad gloriam Dei, & ne sitis scandalo Ecclesiæ. Et psal. 122: Rogate, quæ ad pacem sunt Ecclesiæ, pax multa diligentibus eam.


Roman. 14: Qui in his seruit Christo, placet Deo, & probatus est hominibus.

Contrà sic argumentor: Nemo placet omnibus hominibus, quia multi sunt maleuoli, multi inuidi, multi obrectatores. Ergo

Paulus non rectè dicit, Qui in his seruit Deo, probatus est hominibus: Prophetæ & Apostoli, imò Christus ipse non probatus fuit omnibus hominibus. Respondeo ad hanc obiectionem, Habens fidem & bonam conscientiam, & fideliter seruiens Deo & Ecclesiæ in sua vocatione, habebit non omnium, quod est impossibile in hac vita, sed aliquorum rectè & candidè iudicantium, approbationem. Cùm Iohannes Baptista viueret in deserto, remotus à ciuili societate & consuetudine hominum, dixerunt Iudæi, hunc summum doctorum Ecclesiæ, excepto Christo, agitari à Diabolo, sicut vulgò dici solet: Omnis solitarius, aut est angelus, aut Diabolus. Christus verò *ἠγάπησεν*, qui delectabatur hominum consuetudine, etiam ante assumptam humanam naturam, cùm viueret valde familiariter inter homines, appellatus est vini potor. Hæc ideo recito, ne quis curet omnes fabellas vulgi, sed sit vnusquisque intentus in ea, quæ sunt agenda, & cetera commendet Deo. Satis est, nos habere Ecclesiæ & paucorum honestorum approbationem.

DE QUARTA QVAESTIONE.  
Cur necessaria sit noua obedientia.

CAPVT IV.



**S**iquitur nunc ordine quarta quaestio de causis, propter quas necessaria est noua obedientia. Sunt autem causae bonorum operum, seu nouae obedientiae, partim impulsivae, partim finales. Impulsiva est Lex Dei, causae vero finales sumuntur ex triplici ordine hominis, quorum primus est ad Deum, alter ad nos ipsos, tertius ad alios homines. Sunt enim facienda bona opera propter Deum, ut Deo tribuatur gloria, iuxta dictum, Sic luceat lux vestra &c. Item, Omnia facite ad gloriam Dei. Deinde eadem opera sunt praestanda propter nos ipsos, sicut Petrus inquit in Epistola: Facite vocationem & electionem vestram certam per bona opera. Postremo habenda est etiam ratio proximi, qui bonis exemplis est inuitandus ad societatem Ecclesiae, aut certe retinendus in officio.

Contra Antinomos constantissimè retinenda est haec vera sententia: Noua obedientia est necessaria. Et si enim bona opera non mererentur remissionem culpae & poenae aeternae, nec sunt merita vitae aeternae, tamen huius necessitatis multae sunt causae.

Dicam breuiter, quid sentiant Antinomi.

Antinomi, id est, hostes Legis diuinæ, & bonorum operum, contenderunt insulse & impiè, nullum esse usum Legis in Ecclesia, sed Moysen vnà cum sua Lege (sic enim loquuti sunt) relegandum esse ad curiam, imò ad furcam, & huic suo furori, qui multis blanditur, qui amant securitatem & profanitatem & licentiam omnium scelerum, praetexuerunt dictum Apostoli Rom. 6: Non estis sub Lege, sed sub gratia. & illud 1. Timoth. 1: Iusto non est Lex posita. Sunt autem Christiani iusti & liberi: Ergo nihil habent commercij cum Lege. Deinde vltèriùs progressi, ut error est foecundus, dixerunt impudenter, hominem manere in gratia Dei, & retinere Spiritum sanctum, etiam si polluat se adulterio, aut alio peccato contra conscientiam,

tiam, & in hoc perseveret. Contra hos furores extant egregiæ disputationes in scriptis & operibus Lutheri, quas multi pij magno cum fructu legerunt, & deinceps legere debent. Sed nos felicitis ceteris furoribus, tantum de hac propositione nunc dimicamus contra Antinomos, quod videlicet verissima sit propositio & sententia, quæ affirmat, Nouam obedientiam post reconciliationem gratuitâ esse necessariam: & quantum multæ & variæ cauillationes excogitantur ad eludendam & euertendam hanc propositionem, tamen veritas stat immota, & non cedit spumis, vt Virgilius inquit de rupe immota, quam circumlatrant vndæ, & tandem ex ea iterum defluunt spumæ: sicut dicit psal. 94: Quoniam adhuc reuertetur iustitia ad iudicium, & sequentur illam omnes, qui sunt recto corde. Quorsum attinet, nos esse ciues argutos, sine virtute, tanquam præficas? An putas regnum Dei consistere in garrulitate & rixis disputationum? non. Sic enim Paulus inquit: Regnum Dei non consistit in sermone, sed in virtute: cur ergo non potius facimus bona opera, & omittimus puerile rixas de voce necessitatis?

Prima est debitum, quod non significat coactionem seu violentiam, sed æternum, & immotum ordinem, quo creatura rationalis Deo ad obedientiam obligata est.

Nolite arbitrari omnes Antinomos esse mortuos & sepultos: sed hoc vobis fit persuasum, multos adhuc in aulis, & passim in ciuitatibus tales versari, qui quidem multos habent applausores. Que enim vox plausibilior est apud populum, & apud gynæcea delicata, quam hæc ipsa, quæ multis non est ignota? Summa ars Christianorum est nescire Legem. Item, Bona opera Deus non curat. Item, Bona opera efficiunt salutem. Quales sunt hi sermones? Cyclopici, barbarici, diabolici. Fugiamus ergo eos, & oderimus, tanquam ipsum infernum & Diabolum.

De hac causa Paulus inquit Rom. 8: Debitores sumus, ne secundum carnem viuamus.

Secunda causa est cura vitandi lapsus, quibus effunduntur hæc summa bona, remissio peccatorum, reconciliatio, Spiritus sanctus, & vita æterna. Ad hanc id est, Vitæ lapsus contra conscientiam, & fugite omnes cor-

causam pertinent dicta Pauli, Hebr. 12 : Seruiamus Deo cum reuerentia & timore. ruptelas doctrinæ, pugnantes cum fundamento.

Gal. 5: Qui talia faciunt, regnum Dei non possidebunt.

Tertia causa est diligentia vitandi pœnas temporales & æternas, vt Iob cap. 9 inquit: Verebar omnia opera mea, sciens quod non parcis delinquenti.

Recitabo iunioribus historiã de Mose, quæ declarat hoc dictum Iob. Exod. 4 scribitur, Mosen diuinitus vocatum esse, & maximis miraculis instructum ad gubernationem populi Dei, & eductionem ex Aegypto. Prophetam Deus voluit interficere, propterea quod filij ipsius erant adhuc incircumcisi, ac nisi mater vxor Mosis mox circumcidisset filios, Dominus occidisset Mosen. Est enim textus manifestus & propter nos qui viuimus, & adhuc militamus in hac vita. Si Deus non pepercit tanto viro, sed voluit eum interficere, nisi præstitisset debitam obedientiam, cur nos non vereamur omnia nostra opera, scientes, quod Deus non parcat delinquenti?

Quarta causa est finis creationis. Sumus enim conditi ad huc finem, vt Deum celebremus doctrina & obedientia. Huc pertinet dictum Pauli Ephes. 2: Ipsius opus sumus, conditi in Christo ad bona opera, quæ Deus præparauit, vt in eis ambulemus.

Præparare, hoc loco significat diuersas functiones seu vocationes, & dissimilia dona. Deus vocat Dauidem ad regnum, & ornat eum donis conuenientibus regis personæ, Mosen vocat ad gubernationem populi, Jeremiã ad docendum, & singulos instruit donis necessariis in vocatione. Quam ob causam? Vt singuli suo loco pro modo suæ vocationis & donorum suorum seruiant Deo & Ecclesiæ.

Quinta est finis redemptionis. Non enim ideo ingentem iram Dei sustinuit Mediator, sudans sanguinem, & moriens in cruce, vt confirmetur peccatum in hominibus, & sit licentia omnium scelerum, sed vt peccatum & mors re ipsa deleantur in homine, & inchoetur æterna vita & æterna lux, sapientia & iustitia in homine,

ne, & homo rursus fiat templum Dei. De hoc fine redemptionis Zacharias pater Baptistæ, Luc. 1 inquit: Liberati de manu inimicorum nostrorum, seruiamus ipsi in sanctitate & iustitia coram ipso cunctis diebus vitæ nostræ. Et Paulus Roman. 8: De peccato damnauit peccatum, vt ius Legis impleatur in nobis. Et Petrus 1 Pet. 2: Qui peccata nostra pertulit in suo corpore super lignum, vt peccatis mortui iustitiæ viuamus.

Finis redemptionis seu liberationis vniuersaliter ac in genere est mutatio dominij, vt Deus liberat Israelitas à tyrannide Pharaonis & Aegyptiorum, non vt deinceps seruiant Aegyptiis, sed

vt seruiant liberatori, hoc est, ipsi Deo. Sic redemptus à Turcica captiuitate deinceps non redeat ad Turcas, sed seruiat suo redemptori & liberatori. Hanc imaginem transferamus ad redemptionem per Christum factam. Si Filius vos liberauerit, inquit Dominus Iohannes, verè eritis liberi. Quæ autem est vera libertas? Omnis qui facit peccatum, est seruus peccati: hæc est seruis libertas. Libera verò, & liberali homine digna seruitus est, seruire Legi Dei, vel quod idem est, ipsi Deo. De hac sententia præclare concionatur Baptistæ pater, Luc. 1: Liberati de manu inimicorum nostrorum, id est, Diaboli, mortis, peccati, inferni &c. Seruiamus Deo cunctis diebus vitæ nostræ in iustitia & sanctitate, quam ipse approbat & requirit. Et Paulus Rom. 8 significantissimè dixit: Damnauit Deus peccatum, scilicet nostrum, per peccatum, scilicet hostiam pro peccato, id est, per mortem Christi: non vt indulgeamus omnibus furoribus, vt sumamus nobis infirmitatem licentiam peccandi, sed vt ius Legis impleamus in nobis, id est, vt restitatur in nobis conformitas cum Lege Dei, seu obedientia, quam Deus postulat in Lege, & quam approbat & testatur sibi placere. Non enim venit Christus, vt solueret Legem, sed vt impleat. Implet autem non tantum in sua persona, sed etiam in nobis, iuxta dictum Ieremiæ: Dabo Legem meam in corda eorum &c. Et Petrus grauissimè inquit: Nos liberati sumus per Christum in ligno crucis, vt mortui peccatis iustitiæ viuamus. Ideo Filius Dei sudauit sanguinem in horto, & mortuus est in cruce, vt aboleatur peccatum, non tantum imputatione, per remissionem peccatorum: sed etiam re ipsa, iuxta dictum, Verè eritis liberi, si Filius vos liberauerit. Item, super induemur, si tamen non nudi reperiemur.

Sexta causa est finis sanctificationis. Cum enim fide accipitur

Spiritus sanctus, fit viuificatio & lætitia in Deo, & accenduntur tales motus, qualis est ipse Spiritus sanctus. Ideo in Iohan. 3 dicitur: Omnis natus ex Deo, peccatum non facit, quia semen Dei in eo manet. Item, Omnis qui non facit iustitiam, non est ex Deo.

Omnis actionis finis est assimilatio, siue fiat in substantia, siue in qualitate. Vt ignis in foco, vel fornace, quosdam partes conuertit in suam substan-

tiam, eas videlicet quas absument, alias verò, quas non conuertit in suam substantiam, tantùm sibi assimilat qualitate, id est, transfundit similem qualitatem in illa obiecta, vt calorem transfundit in fornacem, & in cibos, quos coquit. Ita ignis Domini, Spiritus sanctus, flamma illa procedens ab æterno Patre & Filio coæterno, mittitur in nostra corda, vt nos Filio & sibi assimilet, non quidem substantia, quia semper manet discriminẽ inter Creatorem & creaturas, sed qualitate, quia simile non est idem: id est, Sicut Spiritus sanctus est substantialis amor in Deo inter Patrem & Filium, & substantialis lætitia: ita in nos transfusus efficit, vel accendit amorem erga Deum & Ecclesiam, & lætitiã acquiescentem in Deo, de qua dicit psal. 33: Quoniam in eo, id est, in Deo lætabitur cor nostrum, & in nomine eius sancto exultabimus.

Septima. Spes resurrectionis & vitæ æternæ, de qua Iohannes in Canonica inquit cap. 3: Omnis, qui habet hanc spem, sanctificat se, sicut & ille sanctus est. Et Paulus ad Titum cap. 2: Viuamus in hoc seculo piè, iustè & modestè, expectantes beatã illam spem & reuelationem gloriæ magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semet ipsum pro nobis, vt redimeret nos ab omni iniquitate, & purificaret sibi ipsi populum peculiarem, sectatorem bonorum operum.

Tres priores causæ sunt legales, sumtæ ex Lege diuina, quæ affirmât, nos esse debitores, debere obedientiam Deo, & iubet vitare lapsus, quibus amittuntur bona, & accersuntur mala seu pœnæ. Sequentes quatuor causæ sunt ex Symbolo, quod cõcionatur de creatione, de redemptione, de sanctificatione, & de spe lætissimæ resurrectionis ad vitam æternam. Si quem igitur hæ causæ non mouent, nec flectunt ad obedientiam Deo præstandam, is est, ex numero illorum, de quibus dicit

tur bona, & accersuntur mala seu pœnæ. Sequentes quatuor causæ sunt ex Symbolo, quod cõcionatur de creatione, de redemptione, de sanctificatione, & de spe lætissimæ resurrectionis ad vitam æternam. Si quem igitur hæ causæ non mouent, nec flectunt ad obedientiam Deo præstandam, is est, ex numero illorum, de quibus dicit

est Iohannes: Omnis qui facit peccatum, ex Diabolo est. Aliud est peccare, vel habere peccatum, & aliud, facere peccatum. Peccare, est commune malum totius generis humani, in Ecclesia, & extra Ecclesiam: sed facere peccatū, est oppugnare articulos fidei sophismatis, aut fauciare conscientiam atrocibus delictis, adulterio, homicidio, periurio, vsuris & similibus.

**Octava.** Diligentia vitandi scandala. Est enim mandatum diuinum, vt bonis exemplis inuitemus alios, & fugiamus scandala, vt scriptum est Matth. 5: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est. Et Matth. 18: Vt homini, per quem venit scandalum. 1 Cor. 10: Omnia facite ad gloriam Dei, & ne sitis scandalo Ecclesie. 1 Petr. 2: Charissimi, hortor vos, tãquam aduenas & peregrinos, vt abstinere à carnalibus desideriis, & conuersationem inter gentes habeatis bonam, vt bona opera vestra considerantes, desinant vobis maledicere, & glorificent Deum.

Primum sunt facienda bona opera propter Deū, deinde propter nos ipsos, seu propter nostram conscientiam: tertio propter proximum. Nam vita humana non tantum regitur præceptis & legibus, sed etiam exemplis, quæ valent plurimum in v-

tramque partem. Magna vis est exemplorum bonorum & malorum. Sicut enim bona inuitant homines ad imitationem, sic mala sua contagione multos lædunt. Vult igitur Deus vitari praua dogmata, & praua exempla, quæ vno nomine appellantur scandala, ne proximus fiat deterior, ne abhorreat ab Euangelio, ne concipiat maiores flammæ odij aduersus Ecclesiam.

**Nona.** Vfus Sacramentorum. Etsi enim Sacramenta principaliter sunt testimonia seu pignora, quod Deus exhibeat nobis promissa beneficia in Euangelio:

Sacramenta principaliter sunt sigilla obsequantia promissionē Euangelij, vt de Circumcisione dicitur Rom. 4: Accepit Abraham

signum Circumcisionis, id est, Sacramentum Circumcisionis. Ad quid? Vt haberet sigillum obsequans iustitiam fidei. Etsi enim Abraham antea erat iustus, iuxta dictum: Credidit Abraham Deo, & imputata est ei iustitia: tamen Deus voluit confirmare & obsequare fi-

dem Abrahæ, dato hoc signo seu sigillo. Ita, quando tu audis publicè vel priuatim vocem absolutionis, postea vtaris Sacramento Cœnæ Domini ad hanc fidem confirmandam & obfirmendam.

Tamè simul nos de nouitate vitæ cõmonefaciunt, vt de Baptismo Rom. 6 dicitur: Sepulsi sumus vnà cum illo per Baptisimum in morte, vt quemadmodum excitatus est Christus ex mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Et i Cor. 10 de Cœna Domini scriptum est: Vnus panis, & vnum corpus sumus, quotquot eundem panem manducamus.

pales: ita Sacramentorum finis principalis est, vt sint sigilla iustitiæ fidei. Minus principalis finis est, vt sint commonefactiones de bonis operibus & nouitate vitæ, vt Paulus loquitur.

imò ad eam obligant, sunt stipulationes bonæ conscientie et gaDeum, vt de Baptismo Petrus loquitur.

Vnius rei possunt esse multi fines, sed subordinati, hoc est, alij principales, alij minus principalis.

Decima. Exempla Dei & Christi, quæ nobis non modò ad imitandum, verùm etiam ad imitandum proposita sunt.

Dei tollens peccata mundi: est victima pro nobis, mediator inter Deum & homines: deinde est exemplum, quia Deus vult nos imitari & suum, & Filij exemplum.

Christus est donum, & est exemplum. Donum est, quia est agnus

Lucæ 6: Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est.

Qua in re consistit misericordia Dei? in duabus rebus, in dando & condonando. Dare, inquit, & dabitur vobis: remittite, & remittetur vobis.

Ad hanc sententiam alludit Cyprianus in sermone de Cœna Domini inquit dulcissimè: Pietas inter data & condonata sese diuidens, agit gratias tam vberis beneficij largitori. Cogita quotidie inter precandum, quæ bona spiritualia & corporalia, presentia & æterna Deus tibi dederit: deinde simul cogita, & grato peccatore celebra bonitatem Dei & misericordiam, qua remittuntur tibi omnia tua peccata, originale & actualia, omnes defectus, inclinationes & actiones pugnantes cum Lege Dei, quæ merentur æternam iram Dei, & pœnas æternas. Inter hæc data & condonata, vt Cyprianus

Cyprianus loquitur, diuidat se tua pietas confessione & gratiarum actione, & celebratione autoris tam vberis beneficij.

Philipp. 2: Is affectus sit in vobis, qui fuit & in Christo, qui cum esset in forma Dei, non rapuit aequalitatem Dei &c.

Mementote obiter dictū Augustini, quod extat in sermone 32 de tempore: Malo multas obliuisci iniurias, quàm imaginem & similitudinem conditoris amittere. Veritate & misericordia proximè accedimus ad similitudinem Dei. Est enim Deus verax & misericors seu beneficus. Malimus igitur multas iniurias obliuisci, & san-  
ci care carum amnis lav, quàm amittere hanc gloriam, qua nulla maior cogitari potest, videlicet imaginem & similitudinem Dei, de qua dicitur. Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est.

Hæ causæ necessitatis bonorum operum semper in conspectu sint, non solum ad refutandos Antinomos, sed multò magis ad nos ipsos inflammandos amore iustorum & honestorum officiorum.

¶



DE QVINTA QVAESTIONE.  
 Quod sit discrimen peccatorum  
 in renatis.

CAPVT V.



**M**ANIFESTVM est, caliginem & magnos dubitationum fluctus in mentibus esse, manifestum est & multa magna incendia esse vitiosorum cupiditatum in renatis. Manent igitur peccata in renatis in hac mortali vita, videlicet radix, de qua dicit Paulus: Sensus carnis inimicitia est aduersus Deum: & huius radicis fructus, dubitationes & vitiosi affectus, & multa errata, ignorantiam accidunt, & magnæ neglectiones seu omissiones, ut vsitate loquimur, in omnibus. Sed donec reconciliati repugnant prauis motibus, & non ruunt contra conscientiam, ac retinent fundamentum, & fide propter Mediatorem statuunt tegi hæc mala, manent in gratia, & non effundunt Spiritum sanctum, suntque hæredes vitæ æternæ, sicut inquit Paulus: Nulla nunc condemnatio est his, qui in Christo ambulant.

Volo vobis hanc sententiam de reliquiis peccati in renatis declarare exemplo Moysis. Nemo vestrum est, qui nõ fateatur Moysen fuisse hominem renatum, sanctum, Deo placentem, custodem verbi diuinitus traditi, & organum, per quod Deus mi-

randa opera edidit in Aegypto, & postea in deserto annos 40: sed tamen hic tantus vir, cum diuinitus vocaretur ad educationem populi, & videret crescere seruitutem populi, propter interpellationem Pharaonis, quæ facta erat mandato diuino, cepit aliquatulum fieri languidior, & paulatim mergi in dubitationem & impatientiam: sic enim dicit Moses ad Deum, cum non respondisset euentus primo consilio: Quare, Domine, me misisti, & quare nõ liberaisti hunc populum? Tantum abest, ut Pharaon dimittat populum, ut etiam durioribus oneribus eum premat. Quid igitur prodest aut mihi vocatio

tio tua, aut populo promissio tua? Hanc enim sententiam habent verba Moſis. Non eſt leue peccatum, credite mihi, ſic cum Deo poſtulare. Sed tamen hic tantus vir non confirmavit ignauiam & contumaciam in ſua vocatione, ſed obediuit Deo fiducia auxiliij diuini, ſicut expreſſè ſcribitur pſal. 105: Moſes & Aaron non repugnarunt ſermonibus Dei.

Qui verò ſcientes ruunt contra conſcientiam, aut qui non retinent fundamentum, & impia dogmata amplectuntur, & pertinaciter ſtabiliunt, tales effundunt & contriſtant Spiritum ſanctum, & niſi conuertantur, ruunt in æternum exitium, ſicut Paulus inquit: Si ſecūdem carnem

viuetis, moriemini. Sed de hoc discrimine ſuprà in Loco de peccato ſatis dictum eſt. Ideo nunc ſum breuior, & ad ſequens caput accedo.

Dictum Pauli i Timoth. 1: Miſita bonam militiam, retinens fidem & bonam conſcientiam: oſtendit duos eſſe gradus peccati regnantis in ſanctis, quorum prior eſt labefactio & conuul-

ſio fundamenti, ſeu error de fundamento, aut error pugnans cum fundamento. Alter gradus eſt lapſus contra conſcientiam. Non ſatis eſt, te vitare lapſus contra conſcientiam, vt adulteria, homicidia, & ſimilia: ſed oportet te etiam ſumma cura & ſolicitudine fugere & reformidare corruptelas veræ doctrinæ, ſeu fundamenti, id eſt, articuloꝝ fidei, ita ne recipias vllum dogma ignotum veræ Eccleſiæ, & contrarium verbo Dei. Multi ſunt honeſti homines hoc tempore in Papatu, & inter nos, qui non poſſunt accuſari ciuilitè propter vllum crimen aut delictum, ſed illi ipſi honeſti & modeſti homines peccant mortaliter, quia applaudunt doctrinæ pugnanti cum verbo Dei rectè intellecto & enarrato. Quàm latè pateat hoc malum, cogitate ſinguli apud vos domi. Ideo ſæpe dixi, ſtudio Theologiæ non tantum pertinere ad eos, qui futuri ſunt miniſtri Eccleſiæ, ſed ad omnes & ſingulos homines, vt poſſint ipſi iudicare de dogmatibus, & diſcernere vera dogmata à prauis & adulterinis, ne circumferantur omni vento doctrinæ, per nequitiam & calliditatem veteratoriam hominum.

Ephes. 4.

Responsio ad argumenta, quæ contra doctrinam de iustitia fidei opponuntur.

CAP. VI.



**E**XPLICATA doctrina de iustificatione, & de bonis operibus, & confirmata vera sententia, aliquid dicendum est de argumentis Sophistarum, siue sint Papistæ, siue alij, qui tanquam hostiles exercitus Ecclesiam & eius doctrinam acerrimè oppugnant. Et si enim veritas est immota, nec potest conuelli & labefactari vllis sophismatum præstigijs, tamen prodest iuniorum animos commonefieri de infidijs, quas struunt veræ doctrinæ Sophistæ & hypocritæ omnium temporum.

Primum.

Iustitia significat obedientiam iuxta omnia præcepta.  
Fides non est opus omnium præceptorum.  
Ergo non iustificamur fide.

Sumitur hoc argumentum ex quinto libro Ethicorum Aristotelis, vbi disputat Aristoteles de iustitia vniuersali, quam ait esse obedientiam erga omnes leges. Ac scitis, vocabulum vniuersalis iustitiæ comprehendere omnes virtutes iuxta versiculum Theognidis, quem citat Aristoteles:

*Iustitia in sese virtutes continet omnes.*

Responsio.

Nego consequentiam. Quia in hoc Syllogismo quatuor sunt termini. Nam iustitia aliud in Maiore, aliud in conclusione significat. Suprà autem in declaratione vocabuli iustitiæ dictum est, quid intersit inter iustitiam Legis, & iustitiam, de qua concionatur Euangelium. Vt igitur ridiculum est, physice intelligere dicta

Mathe.

Mathematica, sic ineptum est miscere Legem & Euangelium.

Maïor est verissîma de iustitia Legis, id est, de conformitate cum Lege. De angelis valet hoc argumentum, Iustitia est obediētia iuxta omnia præcepta Dei. Angeli obediunt omnibus præceptis Dei. Ergo sunt iusti conformitate cum Lege. Sed nobis alia iustitia opus est sine Lege patefacta, de qua tamen Lex & Prophetæ testificantur Rom. 3, quia non habemus integram conformitatem cum Lege, ac ne quidem habere possumus in hac vita, teste Paulo, Sensus carnis &c. Videtis igitur esse ambiguitatem in vocabulo iustitiæ. Maior loquitur de Lege, conclusio de Euangelio.

### Secundum.

Impossibile est sola notitia iustum fieri.

Fides tantum est notitia.

Ergo impossibile est sola notitia iustum fieri.

### Responsio.

Neganda est Minor. Nam fides, de qua Paulus loquitur, nequaquam significat tantum notitiam historiæ, sed est assensus, quo omni verbo Dei nobis tradito, ac promissioni reconciliationis assentimur, & est fiducia acquiescens in Mediatore, clamans Abba Pater. De hac fide loqui Paulum manifestissimè est, quia inquit, Iustificati fide, pacem habemus. Et Ephes. 3: Per quem audemus accedere confidenter per fidem eius.

Secundum argumentum soluitur per inficiationem Minoris. Maior est verissîma: Nulla enim notitia sola iustos & beatos facit. Est quidem notitia perfectio mentis, & eximium ac singulare ornamentum, sed non pertinet ad ceteras facultates ho-

minis, ad voluntatem & cor. Potest aliquis esse bonus Mathematicus, & tamen interea non esse bonus vir: potest aliquis esse doctissimus philosophus sine virtute. sed Minor in hoc argumento est simplicissimè falsa. Suprà enim multis testimoniis & argumentis probauimus, quod fides non sit tantum notitia historiæ de Christo, sed etiam assensus, quo amplectimur omne verbum Dei nobis traditum, & fiducia acquiescens in Mediatore, & clamans, Abba Pater. Omisissis autem ceteris argumentis, sumus contenti loco ab effecti-

bus. De fide inquit Paulus Rom. 5. Iustificati fide, pacem habemus, id est, tranquillitatem conscientia, seu firmam consolationem. Non autem affert notitia historiae sine fiducia Mediatoris pacem conscientis. Et Ephes. 3 Paulus de effectibus fidei inquit: Per quem audemus confidenter accedere per fidem eius. Diaboli habent notitia historiae de Christo, sed non audent ad Deum accedere, imò fugiunt Deum, oderunt Deum, optant Deum nihil esse.

### Tertium.

Qui non diligit, manet in morte. Iohan. 3.  
Ergo impossibile est dici iustum sola fide.

Respondeo ad antecedens. Aliud est causa iustificationis, aliud est necessarium, ut effectus sequens iustificationem. Necessaria est dilectio in renatis, ut effectus necessariò sequens: ut in vivente dicimus, necessariò spirationem esse, quæ tamen non est vitæ causa.

Iohannes in Epistola Canon. cap. 3, multis argumētis nos hortatur ad præstandam dilectionem erga proximum. Inter alia verò his duobus vitur, quorum vñt

sumitur ab exemplo Christi, alterum ab effectu dilectionis. De exemplo Christi inquit: Sicut Christus posuit animam suam pro nobis: ita & nos debemus animas nostras ponere pro fratribus. Sed nonem ubi sunt? Quis nostrum libenter fratris causa exiguum laborem, aut molestiam sustinet? quis libenter facit exiguos sumtus aliorum causa? Tantum abest, ut quis nostrum vitam suam in discrimen adducat pro alterius incolunitate. Deinde dicit in eodem capite: Nos scimus, quòd simus translati ex morte in vitam, quia diligimus fratres. Disertè dicit, Scimus nos esse translatos, ut discernat causam ab effectu, Christus est vnica causa & sola, liberans nos à morte æterna, & reddens nobis vitam æternam, ut Iohan. 1 dicitur: In ipso vita erat, & vita erat lux hominum. Et quoties repetit Christus in Evangelio hoc suum dictum: Ego sum vita, Ego sum resurrectio & vita &c. Sed interea tamen verum est, & manet verum, quòd dilectio proximi sit signum commonefaciens nos de hoc beneficio Christi, & discernes verè pios ab hypocritis. Ideo severissimè dicitur à Iohanne, Qui non diligit fratrem, manet in morte, id est, est mortuus hypocrita. Sumatur autè decla-

declaratio huius responsionis à spiratione, quæ certè necessaria est homini & ceteris animalibus. Causa vitæ nostræ non est spiratio, sed anima. Vnde autem scimus dormientes viuere? non ex actionibus sensuum, nō ex locali motu corporis, sed ex spiratione. Ita quàm dilectio non est causa iustificationis, tamen est signum & effectus necessariò sequens iustificationem, & discernēs vitam à morte, pietatem ab hypocrisi. Hæc dicuntur cum summa gloria Filij Dei, & tamen retinetur veritas contra hypocritas.

### Quartum.

Fide sumus iusti.

Fides est opus.

Ergo propter opera sumus iusti.

Respondeo ad Maiorem. Hæc propositio: Fide sumus iusti, correlatiuè intelligenda est, videlicet misericordia propter Filium Dei sumus iusti, sed hanc oportet fide apprehendi, audita voce Evangelij, quia certè aliquid esse oportet, quo fiat applicatio misericordiæ.

Quemadmodum nobilis, aut Princeps aliquis magnificat suū annulum, quem gestat in digito, non propter massulam auri exiguam, sed propter pretium gemmæ, quæ inserta est annulo: ita fides iustificat nos, nō quatenus est opus, aut virtus in nobis, sed quia apprehendit gemmam Christum, apprehendit eius beneficia, & hæc nobis applicat.

### Quintum.

Gratia sumus iusti.

Gratia est dilectio infusa cordi.

Ergo dilectione infusa, sumus iusti.

Hoc argumentum sumitur ab imagine, seu similitudine naturalium actionum. Sicut ignis est calor calidus, & aqua est humore humida: ita fingunt Monachi, nos esse iustos infusa dilectione, accensa à Spiritu sancto. Aqua est calida infusione caloris, quia ignis transfudit calorem in aquam. Sic igitur imaginantur Monachi, nos iustos esse nostris qualitatibus, quæ in nobis hærent.

Ad Minorem respondendum est. Gratia non tantum significat

bonos motus à Spiritu sancto accensos in credentibus, sed principaliter intelligatur de gratuita imputatione seu acceptatione.

Quamquam enim Legi nondum satisfacimus, tamè & nos placemus, & placet inchoata obedientia per gratiam, id est, propter Mediatorem.

Vocabula sunt in prædicamentis secundum propriam & principalem significationem: sic vocabulum gratiæ est in prædicamento Relationis, & significat

propriè & principaliter gratuitam acceptationem, qua recipimur à Deo per misericordiam gratis, propter Mediatorem. Hac est principalis & propria significatio vocabuli gratiæ, vt supra ostendimus suo loco multis verbis. Altera significatio minus principalis, qua significat donum, vt 1 Cor. 12 dicitur: Diuisiones sunt gratiarum, id est, donorum. Et si igitur fatemur, nos semper cum gratia, id est, reconciliatione accipere donum Spiritus sancti, & multa alia dona, quæ comitantur hunc Spiritum, tamen maneat in causa, quod mutari nõ potest, videlicet nos ex plenitudine Christi accipere gratiam pro gratia, id est, diligere nos propter dilectum. Ephes. 1. Iohan.

### Sextum.

Impossibile est nosse voluntatem Dei erga nos.

Credere quòd simus in gratia, est aliquid affirmare de voluntate Dei erga nos.

Ergo impossibile quiddam affirmare videmur, cum dicimus credendum esse, quòd simus in gratia.

Maior constantissimè neganda est de voluntate Dei reuelata in Lege & Euangelio. Vt enim ex Lege timemus Deum, sic fide cofugimus ad misericordiam patefactam in Euangelio. Est enim Filius verax nuntius & testis voluntatis diuinæ de nostra salute Quare cum promissio gratiæ edita per Filium sit vniuersalis, offertur omnibus, & nemo illius expers est, nisi qui renuit, vt Bernardus serm. 1 de purificatione præclare dixit.

Verba Bernardi sunt: Misericordia Dei in communi posita est, & offertur omnibus, & nemo illius expers est, nisi qui renuit. Est dictum plenum consolationis, Christus est agnus martiratus in Paschate, vt ait Paulus 1 Cor,

1 Cor. 5. Ministri apponentes hunc agnum, sunt Apostoli & eorum discipuli, & omnes qui funguntur munere docendi: patinæ, in quibus apponitur hic cibus, & offertur omnibus cõiuuis, sunt vox Euangelij & Sacramenta, Baptismus & Cœna Domini. Si quis igitur non manducat hunc agnum, is sibi imputet damnationem, non Christo, non Deo, non ministerio.

Quod ad argumentum attinet, speciosa est Maior, si consulas iudicium rationis, sed simpliciter est neganda de voluntate Dei reuelata. Non enim iam scrutamur arcana consilia Dei. Deus proposuit nobis duas regulas, vnã in Lege, alteram in Euangelio. Prior regula legalis est, qua Deus accusat & damnat omnes homines propter peccata, iuxta dictum, Maledictus omnis &c. Ab hac regula nemo excipitur, vt Paulus inquit: Omnes peccauerunt, & carent gloria Dei. Item, vt omne os obturetur, & totus mundus sit reus Deo, Rom. 3. Altera regula similis balsamo saluberrimo, quod sanat vulnere sine dolore, est vox Euangelij, Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Sicut igitur ex Lege debes timere Deum, agnoscere iustum iudicium & iram Dei aduersus tua peccata, & verè expauescere hac agnitione: ita ex Euangelio concipias fiduciam misericordiæ promissæ propter Mediatorem, sicut inquit Epistola ad Hebræos, cap. 4: Habentes talem Pontificem, accedamus cum fiducia ad thronum gratiæ, vt consequamur misericordiam tempore oportuno.

### Septimum.

Quoties homines docendi sunt de rebus bonis, magis expeditur dialectica breuitas & proprietas, quàm ornatus ambitiosus & in-tempestiuus. Ideo in solutione argumentorum, quæ obiciuntur contra veram doctrinam de iustificatione coram Deo, sumus contenti nudis propositionibus.

Nemo placet, nisi habens nouas virtutes ortas à Spiritu sancto.

Nemo potest affirmare, se habere illas virtutes: quia possunt esse virtutes similes ortæ à ratione.

Ergo nemo potest affirmare se placere Deo.

Nego Minorem. Etsi enim non sumus iusti nouis virtutibus,



## Octauum.

Virtutes non sunt confundendæ.

Fiducia est actus spei.

Ergo non est actus fidei.

Respondeo. Magna est cognatio fidei & spei, sed tamen differunt: quia fides accipit præsens beneficium, scilicet remissionem peccatorum: spes verò expectat futuram liberationem.

Miles quando conducitur ad militares labores, seu quâdo nomen ipsius ascribitur militiæ, accipit aliquid pecuniæ in præ-

sentia: post acceptum illud peculium, venit in locum destinatum delectui. Ita in militia Christiana fides accipit præsens bonum, scilicet remissionem peccatorum: expectat autem spes futuram liberationem, introductionem in terram Chanaan, id est, in vitam æternam.

## Nonum.

Mala opera damnant.

Ergo bona opera saluant.

Respondeo. Contraria si sint pariter integra, habent contrarios effectus.

Exemplum de calore & frigore. Calor quando est fortis, resoluit massam plumbeam vel argenteam: sed si est debilis, non

potest hoc efficere. Frigus constringit, si est forte, id verò non potest præstare, si est debile.

Et si autem mala opera sunt integrè mala, tamen iustitia reatorum talis est in hac vita, vt potius remissione peccatorum constet, quàm perfectione virtutum, vt Augustinus inquit lib. 19 de Ci. Dei. cap. 27.

Quare nos omnes & singuli quotidie inter alias preces & vota, hanc etiam precationem recitamus: Dimitte nobis debita nostra? nõnne hac ipsa cõfessione

ne contestamur, nos esse adhuc miseros peccatores, non habere nos perfectionem virtutum, procul nos distare à Legis idea & perfectione? Numeret aliquis sua bona opera ab aurore vsque ad crepusculum, & inueniet, quantum boni fecerit.

## Decimum.

Peccatum est odium Dei.

Ergo iustitia est dilectio Dei.

Concedo totum argumentum sine ambiguitate intellectum. Sed aliud est loqui de iustitia personæ coram Deo, aliud de iustitia operum seu virtutum. Hoc discrimine de iustitia personæ & operum considerato, multum lucis accedit vniuersæ huic doctrinæ.

Discernamus inter personam & opus, aliud est personæ, aliud opus. De iustitia personæ dicit Paulus: Credidit Abraham Deo, & imputatum est ei ad iustitiā.

De iustitia operum dicit Iohannes in Canon. Qui facit iustitiam, iustus est.

## Vndecimum.

Iustitia est in voluntate.

Fides non est in voluntate.

Ergo non iustificamur fide.

Neganda est Minor: quia fides non tantum est notitia & assensus in mente, sed etiam fiducia in voluntate & corde.

Hoc argumentum nascitur ex disputatione philosophica, de habitibus intellectus. Fides quæ extat in lib. 6 Ethic. Aristotelis, de habitibus intellectus, sed inter habitus non numeratur inter habitus voluntatis, sed inter habitus intellectus. Nam fides quæ est notitia historiarum de Alexandro Magno, aut de Iulio Cæsare, verè est tantum notitia in mente. Paulus autem loquitur de fide, quæ non tantum est lux in mente, sed etiam motus Spiritus sancti in corde & voluntate. Sic enim definit fidem Hebr. 11: Fides est ἐλεγχος, id est, certa notitia rerum non apparentium, & eadem fides est πίστις, id est, fiducia rerum sperandarum.

## Duodecimum.

Iacob. 2: Vides, quod ex operibus iustificatur homo, & non ex fide solum.

Magnam habet speciem hæc obiectio.

obiectio. Est enim textus manifestus. Quid igitur agemus, an reiciemus totam Epistolam? Non. Sunt multa bona præcepta & vtilis sententiæ in Epistola Iacobi. Affingemúsne Iacobo corruptelas, id est, miscebimus aquá vino, sicut faciunt caupones? Non. Quid ergo? Conferemus textus ipsos inter se. Proponitur in cap. secundo Iacobi exemplum Abrahamæ, quem Scriptura aliás laudat propter fidem, vt quando dicitur Genes. 15: Credidit Abraham Deo, & imputatum est ei ad iustitiam: aliás laudat Scriptura opera Abrahamæ, vt Genes. 22: Nunc cognosco, quòd timeas Deum, quia non pepercisti filio tuo vnigenito. Hæc non pugnant rectè distributa, & rectè inter se collata. Quando laudatur fides Abrahamæ, laudatur fons & radix, quando laudantur opera Abrahamæ, laudantur riuuli deducti ex fonte fidei & fructus ab hac radice pullulantes. Nihil decerpitur de laude arboris bonæ, etiam si fructus orrentur suis laudibus & præconiis. Imò fructus non possunt laudari, nisi arbor sit bona, quia nemo colligit de tribulis ficus, aut de spinis vvas. Non reiciamus Epistolam, quod aliqui faciunt, de quorum consilio ego nunc non disputo. Iacobus tam fuit Apostolus, quàm Petrus & Paulus, & si vni detrahitur autoritas, etiam ceteris derogatur fides.

De hoc argumento respondet Augustinus enarrans psalm. 32:

Iacobus in epistola sua contra eos, qui nolebant bene operari, de sola fide præsumentes, ipsius Abrahamæ opera commendauit, cuius Paulus fidem: & nõ sunt sibi aduersi Apostoli.

Nõ pugnat Iacobus cum Paulo, quia habent diuersas intentiones. Paulus differit de iustitia fidei, cõsolatur afflictas conscientias, quæ sentiunt iram Dei, & metuunt æternam abiectionem

inter Diabulos. Hos alloquitur tanquam medicus, inquiens, Fide iustificamur sine operibus. Iacobus alios habet auditores, qui gloriantur de fide: dicunt, se esse iustos & sanctos, & beatos, & tamen interea accipiunt vsuram penè immanem, quales multi reperiuntur in hac ipsa vrbe, qui de Ioachimico vno, per septimanam exiunt octo nũmos Misnicos. Hi an non sunt deteriores multò quàm Brutus, qui reprehenditur à Cicerone, quòd in Cypro exegerit vsuras quatercetesimas, id est, de centum florenis, quadraginta octo. Sed metuant tales nebulones exitum similem Bruti.

Dicit autem Abrahamæ opus omnibus notum: Abraham filium

suum immolandum Deo obtulit. Magnum opus, sed ex fide, laudo superædificationem operis, sed video fidei fundamentum, laudo fructum boni operis, sed in fide agnosco radicem. Si enim hoc præter fidem rectam faceret Abraham, nihil illi prodesset, quæcunque illud opus esset. Rursum si sic teneret fidem Abraham, ut cum ei Deus imperaret offerre sibi immolandum filium suum, diceret apud semet ipsum, Non facio, & tamen credo, quia me etiam contemnentem iussa sua liberat Deus, fides sine operibus mortua esset, & tanquam radix sine fructu sterilis, atque arida remaneret.

cat sine operibus, quia sumus iusti coram Deo propter Mediatorem crucifixum & resuscitatum pro nobis, quem fides sola, & non aliter apprehendimus, non spe, aut dilectione. Altera propositio etiam est vera, quæ extat in Epistola Iacobi: Fides sine operibus est res mortua, id est, hypocrisis. Si tu gloriaris de fide, tanquam de radice, & nullos ostēdis fructus congruentes illi radici, profectò & te, & alios decipis, fucum facis hominibus, & tibi ipsi accerfis maxima mala, scilicet penam omnium hypocritarum carentium veste nuptiali.

Meliorem enarrationem & conciliationem Iacobi & Pauli non legi in vlllo scriptore vetere aut recenti. Vtraque propositio vera est, Fides sine operibus iustificat: & altera, Fides sine operibus est mortua. Fides iustitiam

### Decimum tertium.

1 Cor. 13: Si habeam omnem fidem, dilectionem autem non habeam, nihil sum.

Ergo non sola fide iustificamur.

Nego consequentiam: quia est fallacia à non causa, ut causa, Et si enim necessariò adest dilectio in cōuersione, tamen non est causa iustificationis.

de fide iustificante, sed de fide, quæ est donum faciendi miracula. Alij vsi sunt dialectica responsione, & distinxerunt propositionem hypotheticà à Categoricali: Categoricali, inquit, asseuerat aliquid, Hypothetica verò nihil asseuerat, nisi posita conditione. Valeant hæc responsiones, quantum possunt: nos concedamus aduersariis hæc senten-

Quæsitæ sunt olim variæ responsiones ad dictum Pauli. Nam alij dixerunt, Paulum loqui non

sententiam, quæ est verissima, quod videlicet necessaria sit in omnibus renatis & conuersis dilectio. Est enim fides per dilectionem efficax Gal. 5, & sine operibus est res mortua, vt dicit Iacobus: sed hinc non sequitur, dilectionem esse causam nostræ iustificationis. Ratio est, quia propter nullam virtutem, siue sit fides, siue spes, siue dilectio sumus iusti coram Deo, sed tantum propter Mediatoré. Quod autem dicimus, hominem fide iustificari, id intelligitur correlatiuè: quia fides est causa instrumentalis, quæ apprehendit Mediatorem & eius beneficia. Omittite ceteras responsiones, quæ sunt magis intricatæ.

## Decimum quartum.

Matth. 19: Si vis in vitam ingredi, serua mandata.  
Ergo nostra obedientia meretur vitam æternam.

Respondeo: Cùm Paulus dicat, Per fidem Lex stabilitur, necessesse est concionibus Legis addi Euangelium, quod docet propter Filium nos recipi, & fide inchoari nouam obedientiam, iuxta omnia præcepta moralia.

Lex & Euangelium differunt, sicut summum ius & æquitas, seu *δίκαια*. Vt igitur in ciuilibus negotiis propter probabiles rationes mitigatur seueritas

summi iuris: ita Euangelium est dulcissima *δίκαια*, seu mitigatio Legis, Lex obligat nos vel ad obedientiam integram, vel ad pœnam æternam: sed Euangelium mitigat hanc regulam, & docet, personam gratis recipi à Deo propter Mediatorem fide, deinde affirmat placere inchoatam obedientiam propter eundem Mediatorem. Hoc modo Lex stabilitur, enarratur, mitigatur per fidem, seu per Mediatorem, qui non venit soluere Legem, sed implere.

## Decimum quintum.

Remittite, & remittetur vobis.

Ergo nostra condonatio meretur remissionem.

Respondeo. Hoc dictum & similia sunt conciones poenitentiae, in quibus prior pars præcipit conuersionem, altera est promissio, quam Euangelium declarat, sicut Paulus inquit. Ideo ex

fide gratis, vt sit firma promissio. Si enim ex nostra condonatio-  
ne penderet, quę semper est im-  
perfecta, fieret incerta remissio.

Hoc dictum, Remittite, & re-  
mittetur vobis, est concio pœni-  
tentię, quę habet duas partes: prior præcipit cōuersionem ad Deū,  
Definite male facere, & discite bene facere, inquit Elaias in eandem  
sententiam. Altera pars est promissio, quę est intelligenda iuxta  
declarationem Euangelij. Non enim ex singulis verbis, sed ex per-  
petuitate æstimanda sunt scripta vniuersa. Affirmat autem Euan-  
gelium, gratis dari remissionem peccatorum, nullo nostro opere  
& merito. Si enim penderet remissio peccatorum ex nostra  
*ἀμνηστία*, seu condonatione, quę semper est immunda & conta-  
minata aliquo n̄uo, profectō fieret incertissima. Vt igitur sit certa  
& firma, & rata, nititur alio fundamento firmiore, videlicet media-  
tore Christo, non arena nostrorum operum. Nemo nostrum est tam  
placabilis, tam facilis ad reconciliandum, quin maneat in corde ali-  
qua cicatrix & n̄uus, siue, vt veteres dixerunt, aliquis rancor. Iam  
si penderet ex nostra condonatione quęuis non simulata, sed tamen  
imperfecta remissio peccatorum, quis nostrum haberet remissio-  
nem peccatorum?

### Decimum sextum.

Maxima virtus iustificat.

Dilectio est maxima virtus.

Ergo dilectio præcipuè iustificat.

Respondeo: Maior vera esset, si iusti essemus impletione Le-  
gis, sed quia Lege non sumus iusti, & in promissione ostenditur a-  
lia iustitia, scilicet quod propter Filium Dei iusti simus, ideo no-  
minatur fides, quę apprehen-  
dit Mediatorem, siue hæc vir-  
tus sit maior, siue minor dile-  
ctione. Non enim sumus iusti  
propter nostras qualitates, sed  
propter Filium Dei.

Tantum duo sunt genera iu-  
stitiæ coram Deo: vnum genus  
est legale, alterum est Euangeli-  
cum. Loquor autem de iustitia  
personæ: Angeli sunt iusti legali-  
ter, id est, dilectione Dei, & Eccle-  
siæ angelicæ & humanæ, semper vident faciem Patris, & faciunt vo-  
luntatem Dei, tribuunt Deo gloriam: precantur hominibus pacem  
&

& lætitiã. hæc est Angelorum sententia. Talem iustitiã habuit Adam ante lapsum, quæ vocatur iustitiã originalis, id est, conformitas integra cum Lege Dei, sed quia homo lapsus est, & non retinuit originalem, id est, legalem iustitiã: ideo sine Lege patefacta est alia iustitiã, id est, promissio Euangelij, de qua testificantur Lex & Prophetæ: Rom. 3: Hæc autem iustitiã est imputatio iustitiæ, seu remissionis peccatorum, seu reconciliationis cum Deo propter Mediatorem, iuxta dictum, Credidit Abraham Deo &c. Hoc discrimen semper memineritis. Post hanc vitam erimus ἰσάγγελοι, & habebimus legalem iustitiã, id est, conformitatem cum Lege, iuxta dictum: Dabo Legem meam in corda eorum. In hac autem vita sumus & manemus iusti, sola fide, non dilectione, aut ceteris virtutibus.

Deinde quod attinet ad dictum Pauli, Dilectio est maxima virtus. Concedo: quia cessante fide & spe, durat dilectio, quando pius homo moritur, tunc desinit facere suum officiũ fides & spes. Quod enim aliquis videt, non credit, nec sperat. Fides est rerum inuisibilium, spes rerum futurarum. Si quis igitur in præsentia fruatur beatitudine, iuxta dictum, Beati mortui, qui in Domino moriuntur: huic non opus est fide, aut spe. Dilectio autem, quæ hinc tantum inchoatur, & perficitur in altera vita, ubi fiet ingens flamma, qualis est in Angelis. Ideo dicit Paulus, Dilectio est maxima virtus, id est, maximè durabilis, durat in omni æternitate, cessantibus fide & spe. Fides & spes sunt virtutes huius vitæ: dilectio est virtus seruiens huic & æternæ vitæ.

### Decimum septimum.

Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum.

Ergo propter dilectionem fit remissio.

Respondeo breuissimè. Dilectio nec inchoari potest, nec placet sine fide accipiente gratuitam remissionem peccatorum. Est igitur in hoc dicto vsitata synecdoche, Remittuntur ei multa,

quia conuersa est. Et si autem multa sunt partes cõuersionis, contritio, fides, dilectio, spes, bonum propositum, tamen sciendum est, dari remissionem, non

Dicat aliquis: Cur tu facis synecdochen in Loco de bonis operibus, & non facis synecdochen in Loco de fide? Si enim vtrobiq; faceres synecdochen, tum locorum pugnantium pri-

propter dignitatem harum virtutum, sed propter Mediatorum.

ma specie esset facilis conciliatio.  
 Respondeo: Ratio synecdoches in locis de operibus habet duas causas, vel duos fontes.

Prior est, quia dilectio non potest inchoari sine fide, id est, sine agnitione & fiducia Mediatoris, qua accipitur remissio peccatorum, & reconciliatio cum Deo. Quis enim nostrum potest diligere Deum iratum, qui est ignis consumens? Tunc autem incipimus diligere Deum, quando sentimus eum esse placatum, propitium, misericordem, & propter Christum velle remittere peccata, & dare vitam æternam gratis, tum, inquam, existit aliqua in nobis dilectio. Deinde alter fons est huius synecdoches, quia etiam si poneretur hæc falsa hypothesis per impossibile, quod sine fide inchoetur dilectio, tamē non placeret Deo, quia hostium dona non sunt dona, nec sunt virtutia, ut ait Sophocles in Aiace. Quod autem non placeat nostra obedientia sine fide, testatur Epistola Hebr. 11: Impossibile est sine fide Deo placere, scilicet personam & opus. Et Rom. 14: Quicquid non est ex fide, peccatum est. Hæc duo axiomata cogunt nos volentes nolentes facere synecdochē in locis, qui concionantur de operibus, ut hoc loco, Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum, id est, quia conuersa est ad Deum. Conuersio autem non est sine fide. Et quanquam multæ sunt partes conuersionis: tamen nulli tribuitur iustificatio, nisi fidei, & fidei, non tanquam virtuti, sed tanquam instrumento apprehensiuo.

### Decimum octauum.

Vita æterna nominatur merces.

Ergo est debita pro operibus.

Respondeo breuissimè. Sicut patrimoniū est merces officiorum filij, etiam si accipitur propter aliam causam: sic vita æterna compensat benefacta, etiam si propter aliud datur.

Augustinus sic respondet, & non malè: Vita æterna est donū, & vita æterna est merces. Est donum misericordix diuinæ, est

merces iustitiæ diuinæ, quasi dicat, Cū Deus sit misericors, gratis nobis donat remissionem peccatorum, & simul vitam æternam, iuxta dictum Roman. 6: Dei donum est per Christum vita æterna. Eadem

Eadem verò vita æterna vocatur merces, respectu iustitiæ diuinæ, quæ coronat sua dona in nobis. Conuenit enim iustitiæ Dei aliquid præmioli dare pro obedientia filiali, etiam si non debetur ex obligatione ciuili, sed simus contenti hac responsione de patrimonio. Tu es hæres tui patris eo momento, quo aspicias hanc lucem, siue sis vnicus hæres, siue cum aliis fratribus & sororibus. Ergo datur tibi hæreditas propter generationem, deinde eadem hæreditas compensat tuos labores, molestias & ærumnas, quas sustines in familia paterna, in curatione rei familiaris: ita vita æterna est donum per Christum, & simul est merces.

EXPLICATIO TEXTVS LO-  
CORVM THEOLOGICORVM  
PHIL. MELANTHONIS

De bonis operibus.



**E**XPOSITA summa doctrinæ de bonis operibus, nunc percurremus vtilissimas & dulcissimas pagellas Præceptoris. Nihil enim in studiis magis prodest ad comparandam veram eruditionem, quàm earundem rerum quotidiana repetitio. Sicut enim diæta optima est, in qua non est magna varietas cibi & potus, sed quod simplicior est diæta, eò salubrior est corporibus humanis: ita studiosi, qui veram eruditionem & pietatem expetunt, non fastidiant vsitata, nec cupiant quotidie aliquid noui audire, sed ament necessariam doctrinam vbicunq; proponitur, & nunquam ab ea, satietate aut fastidio abalienentur.

Postquam exposita ]

Postquam est dictum de fonte, dicendum etiam est de riuulis, tradita doctrinæ de radice, necesse est dici de fructibus. Fides est fons & radix bonorum operum. Bona opera sunt riuuli & fructus fidei, habent se ista correlatiuè, sicut causa & effectus.

hhh

Obedientia nostra]

Perpicua asseueratio & categorica propositio opponenda tutori Antinomorum, qui dicunt bona opera non esse necessaria, sed posita esse in arbitrio & electione hominis.

Christus]

Marc. 1: Agite poenitentiam. & Luc. vlt. iubet in suo nomine prædicari hæc duo, poenitentiam & remissionem peccatorum.

Debitores]

Debitum est ordo immutabilis, vt creatura Deo obtemperet.

Debitum non significat coactionem, vt aliqui sycophantice interpretantur, sed ordinem diuinitus sancitum, quo creatura rationalis debet esse subiecta & conformis creatori. Est enim condita ad imaginem Dei.

Qui facit]

Concilia hos duos locos: Ioh.

han. 1 dicitur: Si dicimus, nos non habere peccatum, mendaces sumus. Et 1 Iohan. 3: Qui facit peccatum, ex Diabolo est. Respondeo. Aliud est habere peccatum, aliud facere peccatum: Habere peccatum est circumferre reliquias peccati originalis, & tamen his repugnare Spiritu: Facere peccatum, est amplecti errorem pugnantem cum fundamento, & ruere contra conscientiam. Videtis igitur ipsam Iohannem discernere peccatum reprobans, quod ipse nominat facere peccatum, à communi infirmitate omnium hominum, etiam reatorum.

Ad hoc apparuit]

Quod dicitur figuratè in Genesi cap. 3, Semen mulieris conteret caput serpentis, hoc dicitur propriis verbis à Iohanne. Quæ sunt opera Diaboli? peccatum & mors. Quæ sunt opera Filij Dei?

Iustitia & vita.

Vt noua]

Proba hanc sententiã. Rom. 3: Per fidem stabilimus Legem,

id est, Postquam fide sumus iustificati, inchoatur in nobis conformitas cum Lege, obedientia Legi debita.

Preparauit]

Preparauit, id est, diuersas vocaciones ordinauit, & singulas adiuuat

adiuuat Significatigitur præparatio hoc loco vocationem & auxilium.

Nihil est suscipiendum sine vocatione diuina, vt Iohannes Baptistâ inquit cap. 3 Iohan. Nemo potest sibi quidquam sumere, nisi sibi ei datum desuper, id est, sine vocatione. Et ad Hebræos cap. 5 dicitur de Aarone fratre Moïsis, Nemo vsurpet sibi honorem sacerdotis summi, sine vocatione, sicut nec Aaron nisi vocatus, seruiuit Deo in munere sacerdotali. Deinde sine auxilio Dei nulla industria humana & nulla virtus est felix aut salutaris, vt dicitur in psal. 127: Nisi Dominus ædificauerit domum &c. Ergo Paulus vocabulo præparationis complectitur vtrumque, scilicet legitimam vocationem & auxilium diuinum. Deus te præparat, vt sis ad tempus scholasticus, verferis in studiis doctrinæ: huic vocationi debes obedire, non debes esse ignauus, aut contumax. Deinde si es fidelis in tua vocatione, & inuocas Deum, haud dubiè experieris auxilium diuinum, & præsentiam Dei, felicitatem in tuis studiis. Quod autem dico de scholastica conditione, quæ est valde humilis & spreta, id accommodatur ad summas functiones, ad gubernationem Ecclesiæ & Reipublicæ. Deus vocat Dauidem ad gubernationem, Ieremiam vocat ad munus Propheticum: & vtrumque adiuuat Deus suo loco.

[Alibi]

Psalm. 68 est panegyricum carmen de Christo, Confirma hoc Deus &c. Eobanus, Fac Deus in nobis, quod facis esse ratum.

[Confirma]

Cùm dederis, vt velimus: da etiam vt perficiamus.

profer fines tui regni.

Cùm accenderis doctrinam & lucem tuam in nobis, adiuua hæc salutaria initia, & doctrinam latius propagato, id quæ facias propter templum, id est, vt seruetur & crescat, & non funditus intereat Ecclesia.

[Ieremia]

Ieremias docuit annos 40 ante excidiū Hierosolymæ, 18 sub Iosia pio rege, sub quo habuit aliqua halcyonia. Post mortem Iosia docuit 22 annos sub filiis Iosia, Iehojakim & Zedechia. His totis annis 22 nihil aliud fuit sanctus vir Ieremias, nisi martyr. Nunc in carcerem coniectus est, nunc extractus, mox aliis iniuriis affectus est,

hhh 2

tandem post excidium Hierosolymæ contra suam voluntatem abductus est à Iudæis seditiosis in Aegyptum, & ibi interfectus est, vel à Iudæis, vel, vt alij scribunt, à tyranno Aprie. Paulus post conuersionem docuit annis triginta sex. Hoc toto tempore habuit Paulus responsum mortis in se, semper fuit victima parata ad excipiendos ictus Tyrannorum: ac saepe fuit propior morti, quam tunc, cum est interfectus, sed tamen Deus voluit hunc suum ministrum absolute curriculum. Mundus non est dignus talibus viris.

## I QVÆSTIO.

## Quæ opera sint facienda.

*Testimonia.*

Pfal. 119: Lucerna pedibus &c.

Ezech. 20: In præceptis meis &c.

Esaïæ 29: Frustrà colunt me mandatis &c.

## Interiorem ]

Matth. 5: Nisi abundauerit vestra iustitia supra iusticiam Phariseorum. Pharisei præstabant externam disciplinam & hypocrisin externorum operum, sine inuocatione Dei, & sine fide. Pij verò, vt Baptista, Paulus &c. cum disciplina coniungunt interiorem obedientiam, quæ consistit in timore Dei, in humilitate, patientia, &c.

## Fides parit dilectionem ]

Ambros. Fides bonæ voluntatis & iustæ actionis genitrix est.

## Aduersarij ]

qui per contraria currit, vt loquuntur Iurisperiti.

## Dolendum ]

gestibus, alioqui est planè plumbea, nihil habet gratiæ, nihil ornatus, nihil quod delectet auditorem.

## Per Christum ]

## Item ]

Axioma Theologicum.

Fides est mater, dilectio est soboles.

Antithesis valde prodest ad docendum. Ferro viam aperit,

Pathos, exclamatio pathetica. Oratio non debet carere suis

Eph. 3.

Gal. 2, vbi sic legitis in fine. E.

go non viuo, sed viuit in me Christus. Hæc sunt verba de pondere: Quod enim viuo, in fide Filij Dei viuo, qui se ipsum tradidit pro me &c. Hanc concionem non intellexit nec Cicero, nec Demosthenes, imò multi in Ecclesia non intelligunt.

Hoc dictum describit perpetuam copulationem capitis & membrorum, eam videlicet, qua caput Christus per fidem nobis communicat suum meritum & suam efficaciam, & suæ massæ inserit, id est, humanæ naturæ.

& in nobis habitat. Certum est enim, communicari nobis Christum, & omnia ipsius bona, per fidem solam. Nam de applicatione meriti Christi dicitur Rom. 3, quem constituit Deus propitiatorium per fidem in ipsius sanguine. De inhabitatione verò &

effectis Christi in nobis, hæc dicta loquuntur. Eph. 3: Vt habitet Christus per fidem in cordibus vestris. Rom. 5: Iustificati fide pacem habemus. Act. 15: Fide purificantur corda. Gal. 2: Per fidem viuo Filij Dei.

Duo sunt instrumenta beneficiorum diuinorum in Ecclesia: vnum, quo datur: alterum, quo accipitur. Instrumentum seu organum respectu dātis, id est, Dei, est Verbum, quia per Verbum Deus nobis omnia largitur. Cùm nomino verbum, simul

complector Sacramenta, quæ sunt pars ministerij, & vt loquitur Augustinus, visibile verbum. Sicut enim verbum accipitur auribus: ita Sacramenta incurrunt in oculos. Idem est effectus verbi & Sacramenti, eadem efficacia & eadem bona vtrisque exhibentur. Alterum instrumentum respectu accipientis, est sola fides. Si enim vis accipere beneficia Christi, audi Paulum Rom. 3: Quem constituit Deus propitiatorem in sanguine suo per fidem. Deinde si vis habere Christum in te manentem & habitantem, audi quid dicat Paulus Eph. 3: Vt Christus habitet in cordibus vestris per fidem. Et Hebr. 3: Si retinetis fidem, participes estis Christi, & per consequens bonorum Christi. Postremò si expetis efficaciam Christi regnantis in te, audi Paulum Rom. 5 sic concionantem: Iustificati fide, pacem habemus. Pax illa sentitur, non est otiosa, sed superat omnem sensum & cogitationem, de qua dicit sanctissimus senex Simeon, Nunc dimittis seruum tuum, Domine, in pace: sed omnium maximè illustre est dictum Gal. 2: Fide viuo. Maneat igitur hoc quod in æternum non

potest mutari, quòd sit vnum tantùm instrumentum, per quoddã-  
tur & exhibentur beneficia Dei, scilicet verbum, siue audiatur, siue  
incurrat in oculos: deinde quòd vnum tantùm sit instrumentum,  
quo accipiuntur & applicantur nobis beneficia Christi, id est, fides.  
Si quis putat, se alia instrumenta monstrare posse respectu dantis &  
accipientis, is fortunam inuocet.

David]

Exemplo rem propositam de-  
clarat. Quia fit mentio Davidis

præliantis, recitabo vobis historiolum, quam sæpe audiui à D. Po-  
merano, piæ memoriæ Pastore Ecclesiæ VVitebergensis. Is sæpe re-  
petebat eam in concionibus suis. Fuit aliquando bellum diutur-  
num & acre inter agnatos Principes Luneburgenses & Brunsvicen-  
ses: ac copiæ Luneburgensium erant longè minores hostium exer-  
citu. Erat autem in castris Luneburgensibus vir heroicus, vera fide  
& vera inuocatione Deum colens. Is vndecies vicit hostes, magis  
precaione, quàm armis. Quoties enim erat congregiendum cum  
hostibus, desiliit ex suo equo, & breui atque ardenti oratione Deum  
compellauit: postea iterum conscendens equum, sublata in caelum  
voce dixit, *Jeh heffe eim gesagt*, id est, Dixi Deo. Sic David quoties  
præliatus est cum hostibus, precatus est à Deo auxilium & victoriã.

Dubitat]

Collatio Ciceronis & Iere-  
miæ elegans & Rhetorica.

Plato]

Lege libros Ciceronis de Ni-  
D. & de legibus.

Dubitat se]

Cicero epistola ad Octauium,  
Frustrà Deos appello, quorum  
aures atque animus à nobis abhorret.

Exaudiri]

Ierem. 17: Non sis tu mihi for-  
midini, spes mea, in die afflictio-

nis. *Herz erschrecke du mich nicht/laß sonst hergehen/was nicht  
kan aussen bleiben.*

Ierem. 20]

Dominus bellator fortis.

Fert que]

Vox Epicurea.

20]

scilicet exilij Babylonici, de  
quibus extat prædictio Iere. 29. 19  
Christus]

[Christus]

Iohan. 4. Axioma in Ecclesia.

Adorabunt]

Non in missa Papistica.

[Spiritu]

Spiritus opponitur externo operi, & significat spiritualem motum accensum à Spiritu sancto. Veritas significat veram notitiam Dei, vt Iohann. 17 dicitur, Pater, sanctifica eos in veritate, sermo tuus est veritas.

id est, Battologia, quæ orat sine intellectu, affectu, & cum contradictione.

sermo tuus est veritas.

[Rationalem]

Rationalis cultus est, qui præstat in agnitione & fiducia mediatoris, & refertur ad celebrationem Dei.

Vt intelligatis mentem Pauli, proponam vobis duo exempla. Reginæ Atticæ (quæ nominatur Praxithea) tanta fuit animi magnitudo, vt quanquam

esset mulier, & haberet tantum vnicam filiam hæredem regni, tamen non dubitaret eam exhibere patriæ, vt fieret victima pro salutem civium. Ethnicus homines, vt Euripides & Lycurgus in oratione contra Leocratem, valde miratur hoc opus. Et certè difficile hoc fuit, quis negat? sed hoc opus quanquam magnum per se, & non omnibus imitabile, non est cultus Dei, non est λογική λατρεία. 1, quia non est à Deo mandatum hoc opus, est δὲ θελοδρασιά. 2, quia nulla est fides in regina Attica, nulla agnitio & fiducia Mediatoris. 3, nõ refertur hoc opus ad celebrandum Deum. E contra Abraham immolaturus suum Filium, præstat λογικὴν λατρείαν, quia mandatū Dei habet, & facit in fide, & refert totam obedientiam ad celebrationem Dei. Credo etiam iuniores intelligere ex his, quid sit rationalis cultus.

## DE SECUNDA QUÆSTIONE.

Sequitur altera quæstio de possibilitate, quomodo possint fieri bona opera, cum & foris & intus multa sint impedimēta. De exterioris impedimentis inquit Paulus Eph. 5. Redimite tempus, quia dies mali sunt, id est, magna est moles negotiorum & periculorum. Vigilandum est semper, multæ insidiæ sunt bonis. De interioribus &

domesticis impedimentis Paulus inquit Rom. 7: Video aliam Legem in membris &c. Cum igitur tot impedimenta concurrant, quæ cursum bonorum operum languefaciunt & retardant, quæ & solet, & debet à piis, quomodo præstari possit noua obedientia. De hac quæstione respondebit textus: quanquam disciplina hominibus non renatus utcumque suis viribus & sua diligentia præstare potest, tamen interiori & spiritualem obedientiam ne quidem inchoare potest sine præsentia Filij Dei, & sine auxilio Spiritus sancti. Nam Filius Dei de se inquit apud Iohannem cap. 15: Sine me nihil potestis facere, scilicet Deo placens, & animæ vestræ salutare. De Spiritu sancto canit tota Ecclesia, Sine tuo numine, nihil est in homine.

Lex est]

1 Timoth. 1, scilicet ut eos conserceat metu pœnarum.

Item]

Eph. 4. Mementote hoc dictum, cuius simile nullum extat in sacris literis. Est grauisimum dictum, Nolite contristare Spiritum sanctum.

in sacris literis. Est grauisimum dictum, Nolite contristare Spiritum sanctum.

Loquitur Paulus de Spiritu sancto, quatenus habitat in cordibus piorum. In his cum est gaudium spirituale, aut modestia: simul lætatur, aut dolet Spiritus sanctus. Vetat igitur perturbari corda piorum, & in his habitantem Spiritum sanctum, qui vnâ gemit & dolet.

Primum ab hoc dicto remoueat Stoica imaginatio, quæ fingit in Deo esse *an d. deat.* hoc est, fingit Deum nec gratia, nec ira, nec ceteris affectibus moueri.

Et si autem absurdum videtur, Deo tribuere affectus, qui sunt perturbationes animi, & deformant eos, in quibus sunt: tamen cum Scriptura vniuersa, perspicua asseueratione confirmet in Deo esse affectus, amorem erga Filium, & Ecclesiam, iram aduersus peccata, lætitiâ propter nostram salutem, tristitiâ propter nostrum interitum, non simus sapientiores ipso Deo, & ut maximè non intellegamus quomodo hi affectus sint in Deo: tamen interea credamus, rem ita se habere, ut Scriptura affirmat, donec introducatur in æternum tabernaculum ex hoc fragili donacilio, ubi coram cernemur Deum, & videbimus, quomodo diligit nos, quomodo irascatur peccatis. Deinde remota imaginatione Stoica, consideremus exemplum

exemplum Davidis, quod valde illustrat hoc dictum Pauli. David rex & Propheta in populo Dei, sine vlla dubitatione habuit gubernatorem suæ mentis, voluntatis & cordis Spiritum sanctum. Non enim potuisset psalmos plenos doctrinæ & consolationis edere sine Spiritu sancto, sed postea rapiens alterius coniugem, & interficiens maritum, hoc scelere, quod certè maximum est, contristauit Spiritum sanctum, primum in suo pectore, deinde in cordibus sanctorum plurimorum, qui offensi hac ipsa tristi specie tanti viri, aut defecerunt à Deo, aut leuiter senserunt de doctrina Prophetica: de-  
nique moles scandalorum & pœnarum, quæ secuta est lapsum Davidis, multipliciter contristauit Spiritum sanctum. Sicigitur viuamus, sic discamus, sic doceamus, ne vel in nostro pectore, vel in aliorum cordibus contristemus Spiritum sanctum. Plura de hoc dicto ipsi cogitate: non enim omnia possunt verbis exponi.

Contemnit]

secura. Wanns wol geht.

Fugit]

Perterrefacta. Ierem. 17 cap. describens prauitatem cordis hu-

mani, inquit, Prauum est cor hominis, ærumnosum & inscrutabile, quia aut in securitate contemnit & negligit Deum, aut perterrefactum fugit, & odit Deum. Vt enim est tumidum in rebus secundis, sic est timidum in rebus aduersis.

Simul]

Simul sunt iustificatio & regeneratio. Iustificatio fit per &

propter Mediatorem iuxta dictum Rom. 5: Per vnium obedientiam &c. Regeneratio fit per Spiritum sanctum, sicut in Symbolo dicimus, Credo in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam &c. Quis sanctificat Ecclesiam, vt sit sancta? Spiritus sanctus. Et huius quidem donatio semper cum remissione peccatorum coniuncta est.

Domum David]

super Ecclesiam.

Recipi]

Huius interpretationis author & testis est locupletissimus

Paulus Rom. 8 inquit, Hic Spiritus dat testimonium, quod sumus filij Dei &c.

Fidem & inuocationem]

Quotuplex est vsus Scripturæ?

Triplex est vsus Scripturæ sa-

cræ, doctrinalis, vt sic dicam, qui continet locos

doctrinæ. Alter vsus est *παρηγορητικός*, id est, consolatorius. Tertius vsus est *παρηγορητικός*, id est, hortatorius. De hoc triplici vsu admonet nos Paulus Rom. 15: quæcunque scripta sunt (scilicet in sacris literis) ad nostram doctrinam scripta sunt. Hic est primus vsus, vt per patientiam & consolationem Scripturarum spem habeamus. Post doctrinam nominatur consolatio, quæ est finis doctrinæ vltimus. Cum autem facit mentionem patientiæ & spei, significat tertium finem, qui est hortatorius. Hortatur enim homines in afflictionibus, vt patienter ferant onus à Deo impositum, & sperent meliora, vel mitigationem, vel liberationem in hac vel futura vita.

Internum]

Domesticum impedimentum  
est peccatum originis.

Diaboli]

Externa impedimenta

Parentes luctu]

Post sensum iræ Dei nullus dolor maior est, quam qui oritur

ex scelere aut calamitate sobolis. Sumite exempla huius sententiæ ex historia Iacobi & Dauidis. Iacob amisso filio Ioseph, totos annos 23 vixit in luctu & mœrore, nec admisit consolationem. Dauid verò post interfectum Absalonem degenerem filium, has lugubres querelas vsurpat: Fili mi Absalon, quis mihi det, vt ego pro te moriar? Quæ voces non intelliguntur, nisi ab iis, qui versantur in similibus doloribus, quos pariunt aut scelera, aut calamitates liberorum. Unser Herr Gott kan die Eltern nicht höher straffen, denn wenn sie ersehen vngeratene Kinder gibt.

Saul]

Pater, & Ionathas filius simul in acie pereunt. Alter, videlicet

Ionathas ab hoste interfectus. Saul verò perit vt *αὐτόχειρ*, parricida proprii corporis.

Hector]

interfectus est ab Achille, vt scribitur in vltimo Iliados Homeri.

Priamus interfectus est à Pyrrho filio Achillis, capta Troia, vt narrat Virgilius 2 Aeneid. Est tristis descriptio: Imbellis senex confugit ad aram, hinc est abstractus à Pyrrho, & volutatus in sanguine filij, postea interfectus est.

Achilles]

interfectus est à Paride, cum ad aram supplex procumberet, die

die nuptiali. Cùm bellum Troianum durasset annos decem, vtraque pars fuit defatigata diuturnitate belli. Inita est igitur hæc ratio pacificationis, vt Achilles duceret filiam Priami, & interea essent induciae, donec in vrbe Troia celebraretur nuptiæ. Quare cùm Achilles persuasus à Priamo venisset in urbem Troianam, & iam ad aram vnâ cum sponsa supplex procumberet, Paris ex insidiis interfecit eum.

Ajax]

Notus est ex Sophocle, & ex  
12 Metamorph. Ouidij. Ajax cepit furere propter arma Achillis adiudicata Vlysi: postea furens fit necem conseruit.

Pompeius]

Interfectus est in Aegypto ab aulicis regis Aegyptij, ab Achilla, & reliquis consiliariis.

Caesaris]

Huius interitus est notissimus. Interfectus est in Senatu à Bruto, & reliquis coniuratis, acceptis 23 vulneribus, Idibus Martij.

Nescis]

Grauisima commonefactio.

Quanquam]

Ideo Christus inquit, Vigilate. Semper debet hæc vox Christi sonare in nostris auribus.

Gen.]

Tertio: Serpēs mordebit &c. David intellexit hoc dictum.

Sunt ignita tela, vt loquitur Paulus Eph. 6.

Rugiens]

1 Pet. 5.

*Vt lupus esuriens ventris stimulante dolore*

*Per nemora & saltus, per iugera, flumina, ripas,*

*Sæuus abit, ponitq; vago vestigia lustris,*

*Donec oues tandem pleno deprehendat ouili,*

*Irruit in numerum grassator &c.*

Legite versus in paraphrasi luculenta orationis Dominicæ Domini Stigelij, piæ memoriæ. Nihil legi splendidius in vlllo poemate, quod hac ætate est editum.

Breui]

Iohan. Hilthenius, Mona-

chus Franciscanus in oppido Thuringiæ Isenaco, ante annos 100 vixit. Is enarrationem Danielis scriptam reliquit, in qua hæc verba leguntur: Anno Christi 1600 in Europa vniuersa regnabit homo sæuissimus, & anno 1606 regnaturi sunt Gog & Magog.

Cogitate, quantum adhuc restet de numero annorum, qui hæc prædictione continentur. Non fuit Propheta Iohannes Hillehenius, sed tamen aliquarum prædictionum illius veritatem comprobauit euentus. Prædixit enim anno 1516 fore inclinationem regni Pontificij. Huic prædictioni respondit euentus, quia reuerendus pater Lutherus, piæ memoriæ oppugnauit anno 17 indulgentias Papæ, & mota sunt certamina doctrinæ, quæ adhuc durant, & durabunt vsque ad finem mundi.

Ostensum]

Iohannes]

maiores, quàm Laurentius & Stephanus, quia non vna hora, ant vno die, aut vno anno sunt ex cruciati, sed aliquot seculis. Quoties recordati sunt primi lapsus, non mirum fuisset, si mortificia exanimati essent. Nam primus lapsus est ianua omnium scelerum & peccatorum, & omnium pœnarum, quæ vagantur in genere humano. Huius lapsus conscientiam sustinere non potuissent, nisi fuissent e recti fide, & Filius Dei viuificasset corda ipsorum.

Iacob]

Gen. 48: Angelus, id est, Filius Dei, qui est Angelus magni consilij. Quare vocatur Filius Dei Angelus? an quod sit creatura angelica? Non dicitur angelus respectu substantiæ, sed ratione officij. Angeli officium est aliquid nuntiare seu patefacere. Vocatur igitur Filius Dei, qui est substantialis imago Patris, angelus, quia ipse est nuntius arcani consilij & decreti de salute nostra & redemptione. Pater non vocatur Angelus, quia Pater est persona mittens, Pater non mittitur, sed mittit: Filius est persona missa ad Ecelesiam, ad patefactionem Euangelij, & ad opus redemptionis. Spiritus sanctus etiam est persona missa ad sanctificationem. Est igitur in diuinitate Pater persona mittens, non missa: ideo non dicitur Angelus. Filius & Spiritus

quodnam? 1 præsidium est præsentia Filij Dei in Ecelesia, & in singulis membris viuus.

1 Iohan. 3. Adam & Eua fuerunt maximi martyres, & longè

ritus sanctus sunt persona missa, sed cum quodā discrimine officij.

[Eciam]

7. Ecce virgo concipiet &c.

[Opitulor]

Paulus Rom. 8 dicit: Si Deus pro nobis, quis contra nos? Si Filius Dei est noster Emanuel, nobiscum Deus, quis contra nos? Nec verè tantum adest nobis, vt patronus & aduocatus, sed etiam habitat in nobis per fidem, quæ est longè arctior copulatio: est nobiscum, & est in nobis.

[Diabolum]

Augustinus præclare dicit:

Christus adoratur à nobis: orat pro nobis: & orat in nobis. Adoratur vt Deus, & dator omnium bonorum vnà cum Patre & Spiritu sancto. 2, orat pro nobis tanquam Mediator inter Deum & homines, vt Hebr. 4 scribitur, & Rom. 8. 3, orat in nobis tanquam caput in suis membris. Hæc est arctissima copulatio, qua nulla arctior cogitari potest.

[Excubat]

Est in excubiis, *Wachtmeister*, quando nos dormimus, ipse vigilat.

Sequitur secundum præsidium, quod est auxilium Spiritus sancti.

[Ioh. 14.]

Non relinquã vos orphanos,

quasi dicat, Vos estis orphani, seu pupilli in hoc mundo, sine certo defensore & præsidio, sed confidite, ego ero *oppevius* vester, id est, tutor & curator, ego habeborationem vestri, prouidebo vobis, ne deficiatis, ne vlla pars boni vobis desit. Verè Ecclesia est orphana in mundo.

[Talia]

vt dator bonorum.

[Patrem]

vt Mediator. Christus est inuocandus vtroque modo. 1, vt dator seu author omnium bonorum, id est, vt Deus. Deinde inuocandus vt mediator, intercessor, deprecator pro nobis. Hæc cõiunguntur in hoc dicto, Ego faciam, & rogabo.

Quot modis differunt vera inuocatio & falsa?

Duobus modis.

1 Agnitione essentia. 2 agnitione voluntatis Dei. De falsa inuocatione dicit Christus Iohann. 4: Vos nescitis, quid adoretis. Talis est

precatio Hecubæ apud Euripidem in Troiadicibus: Inuoco te Imperator, siue es hoc cælum, siue mens in cælo.

De vera inuocatione idem Dominus inquit, Veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu & in veritate.

Patrem]	scilicet Domini nostri Iesu Christi, vnà cum Filio & Spiritu sancto.
Mediatorem]	Agnitione voluntatis: Nemo venit ad Patrem, nisi per me. Ioh. 3.
Paulus]	1 Cor. 10: Omnes bibebant de spirituali comitante eos petra: petra autem erat Christus.
Scriptum]	psal. 68, & Eph. 4.
In altum]	In cælum.
Homerus]	lib. 1 Iliad.
Quæsitum]	à Thetide matre Achillis.

#### DE TERTIA QUÆSTIONE

*Quomodo placeant bona opera, quanquam imperfecta, manca & mutila.*

De hac quæstione audietis dulcissimas responsiones, in quibus partim taxatur arrogantia hypocritarum, partim proponitur consolatio necessaria piis & perterrefactis mentibus. Nam hypocritæ omnium temporum inde vsque à Cain inflati sunt admiratione suæ sapientiæ & iustitiæ. Pij verò agnoscunt suam infirmitatem & fordes, & propter has seridè expauescunt. Quare responsiones in textu sanctorum.

Impeditam]

Obseruate epitheta valde significancia.

Impeditam]

foris & intus. In nobis quidè ipsis sumus imperfecti, sed in

Christo, vt Coloss. 2 dicitur, sumus consummati.

Paulus]

Rom. 7: Volo, id est, approbo, Hebraica phrasi.

Mentes]

Duo genera sunt auditorum

in Ecclesia: alij auditores sunt Pharisei, alij verò sunt verè pii. Digni-

**Dignitate]** Vanissima arrogantia & persuasio, cui nulla res subest.

**Regere]** Plautus inquit, significans, qualis sit hominum vita, Res secundas decet superbia, scilicet de facto, non de iure. Aliæ enim sententiæ sunt præcepta de moribus, aliæ sunt dicta de euentibus. *Geher also zu/wem es wol gehet/der ist stolz.*

**Rebus gestis]** Daniel 4.

**Constitutum]** Est memorabilis historia apud Plutarchum in vita Syllæ.

Timotheus filius summi viri in Republica Attica Cononis, multas res præclare & feliciter gessit, & propter successus & victorias a deo sibi placuit, vt diceret semel in concione: Hæc ego feci, non fortuna. Post hanc vocem, vt ait Plutarchus, nihil vnquã feliciter gessit, sed à fortuna destitutus, semper fuit infelix. Hæc est iusta pœna superbix. Sic Nabuchodonosor hoc loco inquit, Hæc est illa Babylon, quam ego feci.

**Ne ab ea]** Plato in 4 de Legibus: Superbus à Deo deseritur: desertus autem perturbat omnia, & paulò post pœnam iustam superbix per-

soluens, sibi ipsi, & familiæ, & vniuersæ Reipub. pestem perniciemque accersit.

Sicut propria pœna libidinû est cæcitas, furor & amêtia. Rom. 1 & Eph. 4, ita propria pœna superbiæ est, quod superbi à Deo deseruntur. Quid est autem à Deo desertus, nisi mancipium miserrimum Satanæ, vas iræ Dei, pestis generis humani, Alastor, piaculum, cuius vmbra etiam bonis nocet. Accommodate exemplum Saulis ad hoc dictum, tanquam ad regulam. Saul ardens æmulatione aduersus Dauidem, quem norat esse diuinitus electum & vocatum ad regnum, interficit sacerdotes, qui præbuerant hospitium & victum Dauidi vaganti in deserto, postea consuluit magicam mulierculam de fortuna belli. Tandem re infeliciter gesta in bello, amisit filium præstantem virtute Ionathan, amicum Dauidis, & ipse desperatione fractus, necem sibi consiuit. Denique, ipso mortuo, Deus iussit è medio tolli vniuersam posteritatem Saulis, excepta posteritate Ionathæ, quæ propter pietatem patris conseruata est vsque ad exilium Babylonicum. Virg.

deris, quod verè congruant verba Platonis ad Saulum. Saul superbus à Deo deseritur, desertus autem Saul perturbat omnia, nihil gerit feliciter, & paulò post, iustam pœnam, sibi ipsi, familiæ, id est, posteris, & vniuersæ Reipub. pestem perniciemque accersit. Legite postremum caput i libri Regû, de infelici pugna Saulis cum Palæstinis hostibus populi Dei. Nullum est peccatû quod ita clam obrepat homini non intellectum & animaduersum, vt superbia. Quare talibus dictis & exemplis reprimamus nos, extinguamus flammam superbiæ, & oremus Deum, vt ipse nos adiuuet.

Honestos]

Egregia descriptio hypocritarum. Sic Flacianus dicit, Veritas ruit, ruit, ruit. Dicam vobis historiam recentem. Hoc ipso anno ante mensẽ, aut circiter, quidam hypocrita in sua cõcione hæ Thraonica oratione vsus est. Agite, mei auditores, Deo gratias, quod vos soli retinuistis puram doctrinam de iustificatione, de vñ Sacramento, & aliis articulis in Ecclesia. Nam ceteri omnes toto orbe terrarum, in tota Germania superiori & inferiori, denique in omnibus regnis Europæ, nullo excepto, sunt fanatici homines, schvvermeri, non rectè sentiunt de articulis fidei. Cogitate, quantum hæc sit arrogancia.

Prætextentes]

Æschines contra Cresiphontem: Comprehendite hunc pyratam, latrocinium prætextu Reip. exercentem.

In oratione eadem inquit, Cavete ab illis oratoribus, qui semper in ore habent nomen Reipublici illi, qui semper clamant, Veritas, Veritas, Ecclesia, Ecclesia,

gloria, gloria Dei, dis seindt die rechten Gesellen.

Vtrinque]

Est aphorismus Hippocratis, Difficilis est medicatio, quando duobus contrariis morbis obuiam eundum est. Plato valde laudat in suis Dialogis hunc aphorismum, & sæpe eo vititur. Proponamus exemplum. Est aliquis habens frigidum ventriculum, & calidum epar. Quid igitur agat medicus? si remedium adhibet ventriculo, officit epari: si respicit ad epar, lædit ventriculum. Quare talis medicatio est valde difficilis, & requirit magnum artificem. Sic semper Ecclesia versatur inter duo extrema, remigat inter duos scopulos Cyanæos, & semper experitur contrarias hyperbolas.

Diffi-

Diffidentia] Sic populus Israel peccauit, expectens nouam gubernationis formam, 1 Samuel. 8. Post mortem Moyfi & Iofua fuit aristocratia in populo Dei vsque ad Saulem, quæ durauit annos 300, & amplius. Hac veteri forma aristocratica reiecta & repudiata, quæ tamen fuerat felix & salutaris, populus expetit nouum statum Reipublicæ, videlicet regium statum. Etsi autem honesta species huic cõsilio prætexebatur, tamen duo peccata concurrebant in hac deliberatione, quorum alterum est audacia, alterum diffidentia. Audacia est, quòd sine mandato Dei, aliquid noui volebant constituere. Diffidentia, quia non volebant acquiescere in solo Deo, sed volebant, more & instituto reliquarum gentium, habere visibile caput & ducem certum tempore pacis & belli, munitum præsidis, sicut erant reges aliarum gentium septi & muniti.

Iofias]

sanctus rex.

Leue]

psal. 19: Delicta quis intelligit.

Voce, re]

Non est λογομαχία, sed πραγματομαχία, id est, non verborum, sed rerum pugna.

Vigitor]

Reprehensio arrogantia hy-pocritarum. Testimonia sunt valde insignia.

Iustificabitur]

propria mundicie &amp; dignitate. Nam iustificamur aliena dignitate, merito &amp; obedientia.

Si dicimus]

2 Cor. 5 dicitur de Christo, Eum qui non nouit peccatum. Et Esa. 53: Qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus in ore eius. Hic ergo solus est ἀναμάρτητος.

Tertull. de præscriptionibus aduersus hæreticos: Soli Filio Dei seruabatur sine delicto permanere.

August. tract. in Ioh. 84: Dicere se sine peccato esse, iustum non potest exhibere, sed fingere. Vnus est enim solus, qui &amp; carnem hominis habere, &amp; peccatum potuit non habere.

Alienis]

à contumacibus dicitur in Hebræo, id est, à peccatis regnãtib. in cõmunibus infirmitatib.

Occultis]

kkk

Milita]

Inflat]

flat massam farinae, sic peccatum originale fermentat totam naturam humanam. i Cor. 5.

Moyfes]

pondera verborum Pauli.

Metaphora sumta à natura fermenti: sicut fermentum in-

Exod. 17.

Consternatus]

scilicet propter seditiosos clamores vulgi, & propter significationem.

Cum populo vaganti per desertum deesset aqua vel potus, & multi contabescerent siti, tanta fuit impatientia populi, vt non

solum maledicerent Mofi ministro, sed etiam ipsi Deo: sic enim inquiunt: Nunquid Deus est in nobis? quasi dicant: Fortasse Moyfes est impostor, Agyrta, & Euzybates aliquis, qui nobis fumos vendidit, & inani spe eduxit ex regno florentissimo, quod omnium rerum copia affluit. Nunc experimur, quam vanus fuerit Moyfes, nec tantum ipse, sed etiam Deus, cuius iussu educti fuimus. Quam autem incestitiam tales clamores blasphemi afferant bonis mentibus, vnusquisque apud se cogitet. Nemo est tam durus & ferreus, quin moueatur tantis clamoribus. Sed accedit ad hos tribunitios clamores alia arcana causa. Cogitabat enim Moyfes, vt Propheta Dei, de significatione. Petra, vt scitis, est Christus, teste Paulo: Mofes percutiens petram suo baculo, significat & Legem ipsam, & populum Legis. Lex moralis ferit Christum in cruce, & ita percutit, vt ex latere effluant simul sanguis & aqua: deinde populus Legis est minister huius crudelitatis, qua Christus interficitur. Hac arcana prospiciens Moyfes, consternatur, & ita languescit, vt bis percutiat petram quadam trepidatione & dubitatione: propter quod peccatum, quod multis videtur leue, non permittit eum Deus occupare terram promissam, sed ministro & successori Iosuae negotium dedit introducendi populum in terram Canaan.

Iuberet]

Omnia]

Remitte nobis]

2 Reg. 24.

Luc. 17.

August. tract. 38 in Iohann.  
Propter humanos, quibus in  
terra versamur, affectus, quantumlibet profecerimus in apprehensione

sione iustitiæ, sciamus, nos sine peccato nõ esse. quod subinde ab-  
luit [*scilicet Christus*] interpellando pro nobis, cum oramus Patrẽ,  
qui in cælis est, vt debita nostra dimittat nobis. Idem lib. 21 de C.  
D. cap. 27: Per hanc precationem nobis voluit Saluator ostendere,  
quãtumlibet iustẽ in huius vitæ caligine ac infirmitate viuamus,  
non nobis deesse peccata, pro quibus dimittendis debeamus o-  
rare.

## Agnoscit]

Monachi talia dicta sic elu-  
dunt: sancti repræsentant non  
suam, sed alienam personam,  
cum sibi peccatum tribuunt.

sculpunt tales imagines san-  
ctorum, in quibus nihil sit pec-  
cati, labis, maculæ, quæ est falsis-  
sima imaginatio, sed quid oppo-  
nemus huic stultæ elusioni?

Sed huic stultæ cauillationi opponatur insigne dictum Augu-  
stini in li. de Ecclesiasticis dog-  
matibus, cap. 37: Sancti serio &  
in sua persona orant,

non sunt histriones repræsen-  
tantes alienam personam.

Dimitte nobis debita nostra.  
Anathema sit contra sentiens,  
& fictionem hac in parte san-  
ctis tribuens.

Mementote etiam dictum Lu-  
theri sæpe repetitum ex enarra-  
tione psalmi Miserere mei &c. In  
peccatis concipimur, nascimur,  
viuimus & morimur, De primo

& secundo membro habetis testimonium psalmi, Ecce in iniquita-  
tibus conceptus sum &c. Item illud Pauli Eph. 2: Eramus omnes na-  
tura filij iræ. Ergo concipimur & nascimur in peccato originis. De  
tertio membro, quod viuamus in peccatis, docet nos Paulus Rom.  
7: Video aliam Legem in membris meis. Et Christus ipse dicit, Di-  
mitte nobis debita nostra. Non enim opus esset hac petitione, si es-  
semus sine peccato. De quarto membro dicit Paulus Rom. 8: Cor-  
pus mortificatur, id est, morbis obnoxium est, sepelitur, putrescit  
propter peccatum. Spiritus autem viuit propter iustitiam.

Ezech.]

Esaia 38. Job. 19.

Misericordia]

non ira.

Malè dilutam]

Metaphora sumta à cauponi-  
bus. Monachi miscēt aquam vi-  
no tanquam caupones. Caupo vnde dicitur? A cupa. Ein Kuff. Inde

Caupo & cauponari, καπηλεύειν, Wasser vnder den Wein odet  
Bier gießen/das Getrânck verfelschen.

Alias]

Rom. 11.

Postquam]

Secunda pars huius quaestio-  
nis. Sicut enim hypocritæ ex scal-

mo, vt dicitur, nauem fabricant, & immodicè amplificant discipuli  
nam, seu vmbra exteriorum operum, vt facit Phariseus Luc. 18:  
ἐνδελέχεια pij verè timentes Deum, quorum vita nihil est aliud, quam  
ἐνδελέχεια poenitentia, vehementer anguntur, & solliciti sunt pro-  
pter suas sordes & infirmitates, quas adhuc in carne circumferunt.  
Haftenus igitur remedium oppositum est primo morbo, scilicet ar-  
rogantia hypocritarum. Nunc audiamus medicationem adhibe-  
dam alteri morbo, id est, pusillanimitati. Quò enim quisque est san-  
ctior, eò magis agnoscit & deplorat reliquias peccati.

Statuat]

August. psal. 42:

Talia testimonia debetis ma-  
gnificare propter còsensum Ca-

tholicae Ecclesiae, ne videamur fingere nouum genus doctrinae, i-  
gnotum veteri Ecclesiae.

Da operam, vt sis iustus, & quantumcumque fueris, confitere  
te peccatorem esse, & spera in Domino, non in te. Quid enim est  
in te, quid est de te, ille sit sani-  
tas in te, qui accepit vulnera  
propter te.

alludit ad dictū Esaiæ 53: Vul-  
neribus eius nos sanati sumus.

Hæc verba clarè affirmant,  
renatum non esse iustum pro-  
pter opera, sed fide.

Legite psalm. 42, qui descri-  
bit luctam carnis & Spiritus, si-  
ue quod idem est, vicissitudinē  
tentationum & consolationum.

Quare tristis es, anima mea, quare cõturbas me? spera in Deum &c.  
Hunc versum enarrans August. vtitur dicto illo, quod recitauimus.

Caliginem]

prauitatem, ἀπαξία, viciosos  
affectus.

Petrus]

1 Pet. 2.

Spirituales]

non mactate pecudes, sicut  
olim fiebat.

Acceptas]

placentes Deo.

Nec enim]

per. Est vox indigna Christiano. Certè curat, quia præcipit serid, & punit contraria.

vt alij agrestes dicunt, Deus

non curat, non postulat bona o-

Impeditam]

Omnis magna & parua guber-

natio est plena ingentium peri-

culorum, & habet plurima impedimenta domi & foris. De hac sen-

tentia extant querelæ apud omnes sapientes Ethnicos, vt Demo-

sthenes dixit, Si mihi duæ viæ propositæ essent: vna ducens ad sum-

mos honores in Republica: altera ad mortem, malle ingredi eam,

quæ est compendiaria dux ad mortem, quàm alteram, cui sunt pro-

positi summi honores in Republica. Extat hoc dictum apud Plutar-

chum in vita Demosthenis. Omitto cetera dicta, ne videar longius

à proposito digredi. Vnum adhuc addam, quod extat apud Lucia-

num, Priuatorum hominum vita est optima, Bene qui latuit, bene

vixit. E contra, qui versatur in luce Reipublicæ, vndique ab om-

niibus ventis inuidiæ & calumniarum impetitur: propositus est

omnium telis, & incertus ad omnes casus subitorum periculorum.

Non dico hæc, vt quenquam deterream à gubernatione. Si enim

Deus te vocat ad gubernationem vel Ecclesiæ, vel politiæ, obtem-

pera vocanti Deo, fiducia auxilij diuini, non propriæ industriæ. Si

autem Deus te non vocat, age Deo gratias pro tua tranquillitate.

Pauli]

Rom. 8. Non dicit nullum pec-

catum, sed dicit, nulla condemna-

tio, id est, nullus reatus, nulla obligatio ad poenam.

Coloss.]

2: Consummati estis, id est, per-

fecti. Si Deus ageret nobiscum

summo iure, nec personam, nec opera reciperet, sed agit nobiscum

æquissimè. Dispensat enim de suæ Legis rigore & asperitate, & reci-

pit vtrumque, personam & obedientiam. Hæc est *ἐπιείκεια*, æter-

na celebratione digna.

Esse sub Lege]

est damnari à Lege.

Mortuus est]

Hoc dictum Rom. 8 comple-

ctitur duo: quorum alterum est

meritum, alterum applicatio meriti. Christus pro nobis mortuus

est, & resurrexit. Hæc verba pertinet ad meritum. Meritum autem

Christi est tota obedientia, quam præstitit post assumptionem nostræ naturæ vsque ad resurrectionem: deinde quod inquit Paulus, Est ad dexteram Patris, perinde est ac si diceret, applicat nobis sua merita: nihil enim prodest sacrificium sine applicatione.

Legem ]

ologicum: nec inchoari potest, nec placet obedientia sine fide.

Legem ]

dedit & gratiam, sed Legē per seruum misit [ *id est, per Moysen* ] cum gratia ipse descēdit, vt quia Lex ostendit peccata, non tollit: volentes Legem suis viribus exequi, nec valentes, cogantur ad gratiam, quæ etiam impossibilitatis morbum, & inobedientia: aufert reatum.

Aureus aphorismus, qui obseruetur tanquam axioma The-

August. serm. 11 de verbis Apostoli: Qui Legem dedit, ipse

Lex est agnitio peccati, non deletio.

Legi satisfacere.

Delectatur Augustinus paranomastis.

Obseruate hæc propter vocabulum gratiæ, quod non tantum significat donum Spiritus sancti, sed significat principaliter gratuitam reconciliationem, seu acceptationem, qua persona Deo placet. Coniungit igitur Augustinus vtrumque: auxilium & acceptationem gratuitam, quæ tollit reatum inobediētiæ: Sine gratia non possunt præstari opera, quæ Deo placeant. Deinde & hoc præstat gratia, quod tollit reatum inobediētiæ, id est, quod non imputatur nobis imperfectio obedientiæ.

Simulacra ]

Cic. 1 Offic. Non viuatur cum perfectis hominibus, sed cum iis, in quibus præclare agitur, si sint simulacra virtutis,

umbrae fugaces & euanescentes. Considerate exempla sum-

morum virorum, extra & in Ecclesia. Qualis fuit vir Alexander ante captam Babylonem? sed quàm fugax simulacrum virtutis ante Post captam Babylonem cœpit furere, & interfecit amicos & consiliarios. In Ecclesia quanta virtus fuit Dauidis? quanta Salomonis? quanta Sacerdotis Aaronis? & tamen noti sunt lapsus horum virorum. Non est necesse historias recitari, cum sint omnibus notissimæ.

Dictum ]

Dictum]

Matth. 5.

Plena]

quietis & tranquillitatis, vt psalm. 136 dicitur, Reuertere, anima mea, in requiem &c.

Hac vita est nauigatio periculosa. Vita æterna est portus

Bona res est quies, vt vulgò dicitur, sed non quærenda in hac

vita. Qui enim in hac vita quærit quietem & tranquillitatem, longè errat. Nihil est enim hæc vita, nisi mare turbulentum, quod nunquam est placidum, sed duriter exercet nauigantes. Portus autem nobis propositus est vita æterna. Ad hunc portum, passis velis, & secundis ventis, Deo adiutore, peruehamur. Interea dicit Dominus Iohan. 16: In mundo pressuram habebitis, in me pacem. Item Paulus dicit 2 Timoth. 3: Omnes qui piè volunt viuere, persecutionem patientur. Et in illo ipso psal. quem citauit, dicitur: Credidi, propterea quòd locutus sum: ego autem humiliatus sum valde. Vbicunque est fides, ibi est confessio, confessionem tanquam indiuiduus comes sequitur crux. Hæc ideo dico, ne putent adolescentes se fore in perpetuo otio. Si quid nunc habes otij, age Deo gratias, & vt ere illo restè, sed paulatim præparabit te Deus ad crucem. Omnia sunt plena periculorum publicorum & priuatorum: si quis aliter sentit, est ebrius. Nostro ordini scholastico commendata est custodia duarum rerum maximarum, & pulcherrimarum, videlicet, doctrina & disciplina. Ergo sonemus nostrum nomen coram Domino & hominibus, & perficiamus, vt status congruat cum appellatione. Videtur quidem spreta, humilis & abiecta conditio scholastica, sed reuera nulli meliùs merentur de genere humano, quàm illi, qui erudiunt populum & iuuentutem.

Cur non vsurpamus propositionem, Bona opera sunt necessaria ad salutem: cum Paulus dicat, confessio fit ad salutem?

Breuis est responsio. Contra Antinomos verissima est, & immutabiliter vera propositio. Bona opera sunt necessaria, sed non addimus ad salutem, vitandæ ambiguitatis gratia, ne quis putet, nos tribuere meritum vitæ æternæ, operibus.

Superindui]

Dic vnde sumtæ sunt hæc phrasæ? Omnes Christiani sunt sacer-

dores, teste Petro 1 Pet. 2. Vt igitur quondam summi sacerdotes primùm induebantur tunica stricta seu linea, deinde vestiebantur

tunica talari, postea accedebat summum ornamentum, proprium summi Pontificis, quod vocatur ab Hebræis Ephod: ita oportet nos in hac vita induere strictam tunicam & talarem. In vita autem æterna ornabimur Ephod, id est, integra nouitate sine peccato, & sine morte. Et vt summi sacerdotis corpus nudum non ornabatur Ephod, & rationali, sed oportebat sacerdotē prius indutum esse reliquis vestibus, id est, tunica stricta & talari: ita nemo speret, se hæredem fore vitæ æternæ & cælestis, nisi prius hic induatur conuersione & sanctificatione, id est, nisi accepta remissione peccatorū simul accipiat primitias Spiritus. Vide 23 Exodi. Hinc ego credo summas esse has figuras. *Man zeucht keinem die Kleider vff die bloße Haut* oportet prius cutem tegi indutio. Sic hoc loco inquit Paulus, Superinduemur, si tamen non nudi reperiemur.

*Claram absolutionem]*

August. psal. 38: Quis desperet, si in cruce latro seruatus est? Est breue & insigne dictum. Sed nemo differat in seram commissa piacula mortem. Hæc dicuntur contra desperationem, non ad confirmandum securitatem. Scimus, inquit Prosper, conuersis veniam non esse negandam, sed nulli nostrum est vltima nota dies. Dies mortis est incertus & ignotus. Ergo hodie si audieritis vocem eius, non indurabitis cor vestrum. Tolle certum, & relinque incertum.

*Apostoli]*

August. psal. 68: A Latrone Apostoli victi sunt, qui tunc credidit, quando illi defecerunt.

*Mortuorum]*

Quàm sumus nos duri? Nos nõ mouemur crucifixione Christi, cum tota terra tremuerit.

*Inuistata]*

Certum est, vstituto ordine naturæ, Eclipses Solis tantum in coniunctione luminarium fieri. Quare cum hæc Eclipsis facta sit tempore oppositionis Solis & Lunæ: quia populus Iudæus celebrabat Pascha in medio mensis Lunari, manifestum est, hæc Eclipsin Solis, prorsus contra naturæ ordinem factam esse.

Exod. 12.

Aprili.

Miranda

Miranda lux]

Aliorum medicus vult esse  
Christus, cum ipse leateat vice-  
ribus, cur sibi ipsa non fert opem? Quomodo aliquis sanare potest  
alios, cum ipse sit confectus morbis? Sic cogitat ratio, sed non ita  
cogitat latro.

Longè aliam]

id est, mysteria.

Psal. 51: Abdita & occulta sa-  
pientia tua: manifestasti mihi:  
id est, doctrinam de ira & gra-  
tia, de peccato, de Lege, de cru-  
& inuocatione.

Maior est Ecclesiæ sapientia,  
quàm vniuersi mundi sapientia.

Multi p̄]

Multiplex & inexhausta est crucis sapientia. Sanabiles enim  
aut emendat, aut purgat, aut  
probat, aut illustrat gloriã Dei.

Habetis in signe dictum apud  
Hebræos: Omnis afflictio est in

præsentia in suavis, sed postea, exercitatis per eam affert fructum pa-  
cificum iustitiæ. Crux debilitat quidem corpus, & est carni nostræ,  
id est, naturæ infirmæ admodum ingrata, sed spiritui nihil magis  
prodest.

Infirmiorem]

Matth. 11: Beatus qui nõ fue-  
rit in me scandalizatus, scilicet  
infirmam specie Christi & Eccle-

genere doctrinæ, quod profiteor, infirma specie  
ante resurrectionem, deni-  
que mole calamitatum, quæ  
sunt comites confessionis.

Quare non omnes homines  
amplectuntur Christum? Quæ  
obitant? Tria. Scandala non

quidem data, sed accepta, id est, Pharisaica. Primum oritur ex gene-  
re doctrinæ. Nam Euangelium est supra & extra omnem rationem  
positum, non blanditur rationi humanæ, teste Paulo 1 Cor. 1: Nos  
prædicamus Euangelium gentibus stultitiam, Iudæis scandalum.  
Secundò offenduntur mundus & ratio, infirma & abiecta specie  
Christi. Qualis enim fuit Christus in cruce? Respondeo: psal. 22: E-  
go sum vermis, & non homo, opprobrium populi. Et Esa. 53: Non  
erat ei forma: ideo abhorruimus eum. Talis est etiam forma Eccle-  
siæ ante resurrectionem. Ecclesia est cæterus egenus & pauper, sed  
sperans in Domino. Est pusillus grex ouium, qui perpetuò turbatur

disidiis dogmatum, & fraudibus tyrannorum. Postremò offenditur mundus & ratio mole crucis, quæ est indiuiduus comes cõfessionis.

Subfannatoris]

Impij latronis. Nero est talis latro, & omnes alij impij, qui lu-

dunt in media morte. Legite diligenter has pagellas de latrone, quæ sunt optimæ in libello.

Pax]

Axioma, ex quo potestis multa iudicare. Sic argumentor.

Nemo potest omnibus hominibus placere.

Ergo Paulus frustrà dicit, Probatus est hominibus.

Respondeo. Loquitur Paulus *κατὰ συνειδόχην*, vel synecdochicòs, scilicet aliquibus rectè iudicantibus. Qui habet fidem & bonam conscientiam, semper habet aliquorum hominum approbationem.

#### DE QVARTA QVÆSTIONE.

In quarta quæstione quæritur de bonis operibus, propter quas causas præstanda sint bona opera. De hac quæstione respondetur in textu, tres esse causas, cur facienda sint bona opera, quarum prima est necessitas, eaque multiplex: altera, dignitas, non quidem respectu personæ nostræ, sed ipsius vocationis. Tertia causa est promissio præmiorum præsentium & æternorum, corporalium & spiritualium. Prima autem causa, vt dixi, aliquot gradus complectitur. Necessitas enim alia est mandati, alia retentionis fidei, alia vitandi peccati. In Dialecticis regula memorabilis traditur de necessario. Cognita necessitate in speculabilibus & practicis omnis dubitatio tollenda est. Cùm audis, necessaria esse bona opera, non dubites, quin sint facienda.

Etsi]

Occupatio valde necessaria cõtra calumniatores, qui omnia

rectè dicta deprauant & euertunt. Necessaria est causæ & effectus copulatio.

Debitores]

Rom. 8.

Coactione]

Differunt coactio & debitum.

Cicero ait 5 Verrina: At debet nos certiores facere, quo pacto se habeat prouincia. Debet, verùm tamen non cogitur.

Sic Angeli debent obedientiam Deo, sed non coguntur, nõ vi

vi extorquetur eis obedientia. Islebius solebat dicere, *das muß ich verfaßgen*, alludens ad vocabulum necessitatis.

Mandatum meum]

Magna vis est in pronomine.

Christus vocat mandatum de dilectione, suum: quia nemo præstat dilectionem, nisi & intelligens Euangelium, & aliquo modo has singulares in Christo virtutes imitans, scilicet, humilitatem & patiétiam.

Sic argumentor:

Mandatum de dilectione Dei & proximi est traditum à Moyse in Exodo, Deuteronomio, & reliquis libris Moyfi.

Ergo nec est nouum mandatum, nec est Christi. Dicit autem Christus Iohan. 13. postquam lauisset pedes discipulorum: Mandatum nouum do vobis &c. Et Ioh. 15: Hoc est mandatum meum, ut diligatis vos inuicem. Cur vocat Christus nouum mandatum, traditum à Moyse, & sæpe repetitum per Prophetas? Respondeo. Vocat nouum, non propter noritiam, sed propter obedientiam. Neminus ignotum est opus dilectionis, sed quotusquisque præstat? 2. vocat suum, quia tres sunt fontes concordix in Ecclesia. Primus fons est vera intelligentia Euangelij, seu vera agnitio Christi. Secundus fons est humilitas seu modestia. Tertius patientia. Econtrario tres sunt fontes dissidij in Ecclesia. 1. est ignoratio veræ doctrinæ. 2. Superbia seu ambitio. 3. Impatientia, seu quod idem est, cupiditas vindictæ. De his rebus posset proluxa oratio institui, si tempus concederetur, sed quia hæc non sunt noua, nec inaudita, nunc sum breuior.

Theff. 4.]

Ediscite hunc textum, tanquam regulam vitæ.

Sanctificatio]

id est, castitas. Sic aliàs sæpe apud Paulum vsurpatur hæc vox,

vt, sequimini sanctificationem, id est, castitatem, ad Hebræos. Item 1 Timoth. 2: Mulier saluabitur per generationem filiorum, si manserit in fide & sanctificatione, id est, castitate.

Negotiis]

In contractibus *μη πλεονεκτείν*, non recedere à legitima æqualitate.

Necessitas retinendæ]

Alter gradus necessitatis. Sic argumentor:

2 Pet. 1 dicitur: Virtute seu efficacia Dei custodimini ad salutem.

Ergo bona opera nihil profunt ad retinendam fidem.

Respondeo. Efficacia Dei est causa vera & positiva retentionis fidei. Interea tamen & hoc verum est, quod qui peccat contra conscientiam, facit naufragium & iacturam fidei, ut scribitur 1 Timoth. 1. Certissimum est enim, sauciata conscientia fidem extingui.

Decipiat]

Sermonibus Antinomorum.

Qui facit]

Aliud est facere, aliud habere peccatum. Facere peccatum, est recipere errorem contra fundamentum, & ruere contra conscientiam. Habere peccatum, est circumferre reliquias peccati originalis. Quod autem hæc sit sententia Iohannis, testatur ipse contextus & ordo verborum, quia utitur exemplis Diaboli & Cain.

Si quis suorum]

Quam multi sunt homines in toto terrarum orbe, etiam in coetu veræ Ecclesiæ, qui contumaciter faciunt contra hanc regulam. Quam multi aut ignavia peccant, aut profusione immodica, qui non solum exhauriunt suas facultates, sed etiam adigunt miseram familiam, uxorem & liberos ad famem. Interdum etiam ad turpitudinem, quia paupertas multos cogit, ut aliquid impie faciant, sicut dicitur. Paupertas est meretrix.

Scriptum]

Esa. ultimo.

Item]

Implicatio contradictionis est assentiri duabus propositionibus contradictoriis.

Omne quod]

Rom. 14. Axioma Theologicum.

Vitandi]

Tertius gradus necessitatis.

Propter iniquitatem]

psal. 39. in Hebraico numero. Ita Rom. 3 dicitur, Corpus mortificatur propter peccatum. Rom. 5: Per unum hominem intravit peccatum. Rom. 6: Stipedium peccati mors. 1 Cor. 15: Aculeus mortis peccatum.

Hoc iudicium]

2 Cor. 5. Est longa descriptio iudicij extremi.

Cauillatio]

Horatius dicit, Oderunt peccare boni, virtutis amore. Econtra, Oderunt peccare mali, formidine poenæ. Ergo, inquit scholastici

Iustici Theologi, sophistæ: Nihil valent bona opera, quæ fiunt metu  
pœnarũ. Sed facilis est respõsio: Vnius rei possunt esse plures causæ.

Futuras]

Quid dicit Deus ad Abraham  
Gen. 18 ante deletionem Sodo-

ma & Gomorrhæ, Quomodo possum seruum meum calare? Non  
enim dubium est, quin Abraham sit propositurus posteris suis hoc  
exemplum iudicij diuini aduersus horrendam contumaciam, &  
Diabolicos furores Sodoma. Hinc discite, consideranda esse exẽpla  
pœnarum, vt exciteretur in nobis timor Dei.

Concupiscentia]

est causa peccati, peccatum  
& pœna peccati. De hac senten-

tia prolixè disputat Augustinus lib. 5 contra Iulianum, sed nos si-  
mus contenti hac breuitate. 1. Concupiscentia est causa peccati, quia  
concupiscentia impellit homines ad peccandum, Iacob. 1. Deinde  
eadem concupiscentia est peccatum, quia pugnat cum præcepto,  
Non concupisces. Tertiò est pœna peccati, quia post lapsum primo-  
rum parentum homines non tantum sunt morti obnoxij, & sub-  
iecti tyrannidi Diaboli, sed etiam circumferunt in mente, volunta-  
te & corde, & reliquis viribus *ἀνάξιαν*, contra Legem Dei, quæ no-  
minatur concupiscentia. Quærite simile exemplum huius senten-  
tiæ, quòd peccata peccatis puniantur, Rom. 1.

Distractio]

Apud Eurip. in Troadibus:

Malè affecta Repub. languet re-  
ligio *νοσθεὶς χάρις, νοσθεὶ καὶ τὰ τῶν θεῶν*, id est, Religio & res diuina.

Quando sæuit Mars impius in regione aliqua, nullæ sunt scholæ, nul-  
li congressus in templo, nulla domestica disciplina. Sic post mortem  
Salomonis non modò regnum est distractum, sed hæc distractio etiã  
peperit bella & mutationem religionis. Nam primus rex decem tri-  
buum Ieroboam, vt retineret subditos in officio, duos vitulos au-  
reos collocauit, alterum in Dan, alterum in Bersabe, ne videlicet po-  
pulus amore religionis ascenderet Hierosolymã, & rursus deliceret.

Alienæ]

Cicero 1 officiorum (huma-  
nissima est vox opponenda Cai-

nisis) Habenda est ratio non nostri solùm, sed etiam aliorum. Vna  
chorda non efficit concentum, sed pluribus chordis opus est ad effi-  
ciendam harmoniam. Sic singuli debemus etiam ad alios respicere,  
videre quid aliis proficit, aut noceat.



Deus approbat ea, quæ non fiunt de nostro, sed de Dei bonis. Quando es liberalis erga pauperes, non es liberalis de tuo, sed es liberalis de bonis Dei, quia non haberes hæc bona, nisi Deus dedisset.

Pietas habet]

cum exceptione crucis. Ne cogites, Ego sum Christianus: Er-

go nihil mihi mali accidet. Imò omnes, qui piè volunt viuere in hoc mundo, persecutionem patientur. Et tamen vera est propositio: Primum quærite regnum Dei, & cetera adiicientur vobis, scilicet cum cruce.

Donis]

Sine multis donis nõ possunt conseruari cœtus in genere humano.

Hospitium]

Sicut curauit Christo nascenti præsepe, & exulanti viaticum, quod Magi attulerunt ex Oriëte.

Nauim]

Sicut nauis vehens Paulum seruabatur, sic Ecclesia sonans, &

retinens incorruptam Pauli doctrinam seruatur. Historia extat in Actis cap. 27. Cùm venisset Paulus ad insulam Melitè (hodie dicitur Malta, & superiori anno acerrimè est oppugnata à Turcis, & tamen diuinitus defensa & conseruata) fecit naufragium: sed non prius est dissipata nauis, quàm omnes essent transgressi in insulam Meliten.

Mirabiliter]

mirando consilio Dei.

*Victrice]*

Propria Ecclesiæ gloria est perpetua conseruatio corporis, etiam si in aliqua membra sæuiatur.

Nunquam tota Ecclesia potuit deleri: etiam si, quod Deus auertat, occuparet totam Europam Turca, tamen in medio regni Turcici seruaret Deus ali-

quas reliquias: sicut seruauit populum Israel in Babylone, inter reges impios, quia promissio non fallit, Ego ero vobiscum vsque ad consummationem seculi.

Exercetur fides tripliciter]

Memineritis in omni vita hæc regulam de inuocatione: Omni-

bus aliis petitionibus præluceat fides accipiens remissionem peccatorum. Et si enim in oratione Dominica, quinto loco ponitur pe-

titio remissionis peccatorum, tamen ordine naturæ prima est.

*semper fides]*

Fontes huius vilissimæ regule sunt: Iohan. 9, Peccatores Deus non exaudit. Matth. 6, Primum quærite regnum Dei.

Qui loquitur in Ecclesia, inquit Petrus, loquatur oracula Dei, id est, non gignat nouum genus doctrinæ, nec sua somnia proponat, sed omnes suas asse-

uerationes de articulis fidei, confirmet testimoniis Scripturæ non malè detortis, sed rectè intellectis. Quare ne videamur hanc regulam fingere ex nostro cerebro, digitum intendimus ad fontes. Si quis enim quærit fontes huius regulæ & fundamenta, is legat cap. 9 Ioh. & 6 Matth. Sic enim inquit Christus Ioh. 9: Peccatores Deus non exaudit. Quomodo autem intelligendum sit hoc dictum, sæpe audiistis. Sunt enim duplices peccatores: alij conuersi ad Deum: alij non agentes pœnitentiam, auerti à Deo. De conuersis valet dictum iuramento sancitum apud Ezechielem: Viuo ego, nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. De aliis non agentibus pœnitentiam, verissima est asseueratio, Peccatores Deus non exaudit. Alterum dictum extat Matth. 6: Quærite primum &c. Regnum Dei, & iustitia eius, nihil aliud sunt, quàm beneficia Christi propria, vt verbi causa, Remissio peccatorum, donatio Spiritus sancti, hæreditas vitæ æternæ. Reliqua bona corpori necessaria, & ad hanc vitam pertinentia, sunt appendices, & vt Græci dicunt, ἐπιόγματα, accessoria. *Πνεύματι*. Ideo Christus hac forma verborum vtitur, cetera adiicientur vobis &c.

*Quæ fingit]*

Seneca: Fortuna cæca manu spargit sua munera, & Aristophanes fingit, Plutum esse cæcum, vt significet casu inter homines spargi opes.

*πλῆθος*, diuitiæ.

In Ethicis sæpe diximus de causis, propter quas traditæ sunt à Deo promissiones bonorum corporalium. Inter alias hæc quoque vna est, vt refutetur Epicurea imaginatio, quæ tribuit casui & fortunæ bona corporis. Non tantum Ethnicis extra Ecclesiam, sed etiam multi in cœtu visibili Ecclesiæ, hanc habent imaginationem, quod bona corpori necessaria, aut casu offerantur, aut nostra industria comparentur. Contra hanc imaginationem Scriptura inquit, Dominus

minus pastor meus &c. Pfal. 23, & Deut. 30 inquit Moyfes: Dominus est vita tua, & longitudo dierum tuorum. Omitto reliqua testimonia, quæ non sunt ignota. Ut igitur in primo exercitio fides accipit remissionem peccatorum: ita in secundo exercitio pugnat cum Epicureis opinionibus, & statuit bona corporis esse opera & dona prouidentia diuinæ.

[De suo]

[De suo demenso.]

[Antithesis]

Est collatio contrariorum, in

qua omnia fiunt illustriora, iuxta peruulgatum dictum, quod vsurpatur à Iurecōsultis: Ferro viam aperit, qui per contraria currit. Non est melior ratio amplificandi, quàm antithesis.

[Pauperum]

Suprà in Loco de paupertate

dictum est de vsu facultatū. Primum vtendum est facultatibus ad conseruationem doctrinae in templis & scholis, vel quod idem est, ad conseruationem ministerij: deinde aliqua pars est conferenda ad conseruationem Reipublicæ. Tertia pars est conferenda ad alendam nostram familiam sine luxu. Postrema pars est conferenda ad alendos pauperes verè egentes.

[Occasio]

Potuisset Deus hominem cō-

dere, sicut angelos, ne eis opus esset cibo, potu, vestitu, remedijs &c: sed voluit hominem esse naturam rationalem, vestitam corpore: cui in hac vita opus esset varijs adminiculis, quæ vno nomine appellantur panis quotidianus, vt videlicet homo haberet occasionem exercendæ fidei & inuocationis.

[Quomodo]

Egregium Epiphonema Luc.

16: Fidelis in paruo, etiam in magnis fidelis est. Bona corporis sunt parua, si comparentur cum bonis æternis. Quid est enim fragmen panis, si conferatur ad vitam æternam? Deinde eadem bona corporis sunt aliena, non propria hominis: quia aut deserunt nos in hac vita, Irus & est subito, qui modò Cræsus erat: aut deseruntur à nobis in morte, præterea sunt communia nobis cum pecudibus. Tertio hæc ipsa bona corporalia sunt falsa, id est, non permanentia, non durabilia, sed fugacia & euanescentia, sicut quotidiana experientia testatur. Econtra bona æterna sunt magna, sunt propria Ecclesiæ, & sunt vera bona. De his igitur inquit Dominus, Qui in paruo fidelis, etiam in magno erit fidelis:

econtrà qui in paruo non est fidelis, nec in reliquis erit fidelis. Sic in textu libelli nostri dicitur: Si tu non expectas à Deo fragmen panis, quomodo poteris à Deo expectare tuam salutem? Consulat vnusquisque cor suum, & videat, quantam habeat fidem. Certè nobis omnibus opus est hac precatione, qua vtuntur Apostoli, Domine, auge nobis fidem.

Simus solliciti de Republica ]

Vbi præcipitur tibi sollicitudo de vniuersa Ecclesia & Republica? psal. 122: Rogate, quæ ad pacem sunt Ierusalem, pax multa diligentibus eam. Et in eodem psalmo: Propter domum Domini Dei nostri, id est, propter Ecclesiam quæram tibi bona. Hæ sententiæ commonefaciunt nos de sollicitudine pia pro Ecclesia & Republica. Semper enim salus totius corporis debet nobis esse carior, quàm salus vnius partis: id quod docet nos ipsa numeratio. Certè vniam domum perire meliùs est, quàm totam ciuitatem. Si igitur es verè pius, non tantùm habebis rationem tuæ personæ & familiæ, sed publici quoque status Ecclesiæ & Reipublicæ, imò etiam posteritatis: & curabis, vt ad eam transmittatur puritas doctrinæ.

Vidua ]

Noua amplificatio ab exemplo viduæ Sareptanæ, quod proponitur in historia Regum. Tempore Eliæ Prophetæ, quod incidit in mediam ætatem mundi, id est, cùm iam exacti essent anni 3000 ab exordio mundi, Palæstina laborauit fame inuisitata totum tricenarium, & sex menses. Fugiens igitur Propheta Elias ex sua patria, venit in oppidum, seu pagum Sareptam. Nomen est à Zaraph, quod significat conflare, seu liquefacere metalla, Schmelzhütten. Ibi fuit vidua, quæ habebat parum comæatum: hæc pascit Prophetam. Et quanquam videt sibi & vnico filio in præsentia detrahi, quod communicabat Prophetæ: tamen tanta fuit fides huius mulierculæ, vt non dubitaret, Deum fore nutritiũ Prophetæ, & familiæ suæ. Sicut autem suprâ vobis commendauimus exemplum latronis emendati, & vos hortatus sum, vt aut carmine, aut oratione soluta exemplum hoc amplificaretis: ita idem vobis nunc præcipio de exemplo viduæ Sareptanæ.

Elias docuit annos 40, postea translatus est in cælum, sicut Enoch. Tria habemus illustria exempla de vita æterna. 1 est propositum ante diluuium in translatione Enoch, Gen. 5. Non enim mortuus est Enoch, sicut reliqui patres, sed à Deo translatus est ex hac vita in aliam.

aliam. Alterum exemplū est Elias, qui in media ætate mundi, curru igneo, id est, ab Angelis est translatus in cælum. Tertium exemplum est ipse Dominus & Saluator noster Iesus Christus, qui tertio die post mortem reuixit, & 40 die post resurrectionem agens triumphum de Diabolis, ascendit in altum, & captiuam duxit captiuitatem, & iam sedens ad dextram Patris, dat dona hominibus.

Hospitium]

Quarta gloria est huius viduæ, quod excepit hospitio Eliã Prophetam, & quod domus illius fuit schola & Ecclesia Dei: verè fuit ipse domus Bethel, id est, domus Dei, Ein Gottes hauss.

Refuscitatur]

Refuscitatio mortuorum est miraculum proprium Ecclesiæ,

quod nulla religio allegare potest, & quod Diabolus, etiam si se rumpat, suis præstigiis non potest imitari. Neque verò minus est miraculum, quàm prima creatio rerum ex nihilo. Nos verò in Ecclesia habemus multa exempla eorum qui sunt resuscitati à Prophetis, Christo & Apostolis.

Debito]

Phrasis Liuiana.

Iacob]

Gen. 32. Sit vobis familiarissimè nota hæc oratio, Minor sum

cunctis miserationibus tuis, Domine: indignus sum gratia priuatiua & positiua, vt veteres locuti sunt. Gratia priuatiuæ significant liberationem à malis. Gratia positiua significat donationem bonorum. Singulis diebus age Deo gratias: primùm pro gratiis priuatiuis, deinde pro positiuis, id est, age Deo gratias, quod liberauerit te à potestate Diaboli, ab ira Dei, à morte æterna, à peccato dominante, ab insidiis Diaboli & mundi, à multis periculis animæ, corporis, famæ & fortunarum. Quod non es cæcus, non surdus, non claudus, non gibbosus, non monstroso corpore, non fatuus, non furiosus, quod adhuc omnes sensus externi & interni faciunt suum officium, quod vales mente, memoria, iudicio: hæc omnia sunt magna dona, & gratia priuatiuæ. Gratia positiuæ sunt innumerabiles. Quis enim potest numerare omnia dona Dei, & beneficia quæ impertit nostris animis, corporibus, & nostris rebus omnibus, Ergo omnia hæc cōplectentes dicamus cum Iacobo: Minor sum cunctis beneficiis tuis: i. Indignus sum, omnibus gratiis, siue sint priuatiuæ, siue positiuæ.

Paulus]

2 Cor. 5.

Viuens] Axioma Theologicū. psal. 43.  
 Delicta] psal. 19.  
 Niti] Est tantū vnica anchora.

Non nitimur duabus anchoris,  
 id est, Mediatore & meritis nostris. Apud Pindarum extat venustum  
 dictum: Illa nauis tutò vehitur, quæ nititur duabus anchoris. Hoc  
 dictum non transferatur ad articulum iustificationis, quia nos non  
 debemus niti, nisi vnica anchora, id est, Mediatore.

Donum Dei, vita æterna]

Prosper, sententia 28: Beati-  
 tudo sanctorum, & de munere  
 gratiæ est, & de retributione iu-  
 stitiæ.

id est, est merces, & est donū.  
 Hæc non pugnant rectè dīstri-  
 buta: Vita æterna est donum,  
 quia datur gratis per misericor-  
 diam, non datur propter nostrā

opera & merita. Deinde eadē vita æterna est merces, vt inquit Chri-  
 stus, Merces vestra erit copiosa, quia Deus coronat sua dona in no-  
 bis: Er segt ein frenglein vff sein eigene gabe. Deus dat nobis Spi-  
 ritum sanctum, vt accendat inchoatam obediētiam, congruentem  
 cum prima & secunda tabulā. Hoc donum coronat postea premiis  
 corporalibus & spiritualibus, & tandem vita æterna. Ideo præclarè  
 dixit Macarius in quadam concione: Si quis hominum (quod im-  
 possibile est) solus sustinuisset omnes labores & omnia pericula, &  
 omnes cruciatus in anima & corpore, à principio mundi vsque ad  
 finem, tamen nihil essent hi labores & ærumnæ, collati ad vitam æ-  
 ternam, sicut Paulus inquit Rom. 8: Non sunt dignæ passiones glo-  
 ria reuelanda in nobis. Deus dat vitam æternam per misericordiā.  
 Hoc respectu dicitur donum vita æterna, & excludit meritum no-  
 strum: deinde eadem vita æterna est merces, quia Deus pro sua iusti-  
 tia etiam sua dona in nobis vult coronare.

#### QVINTA QVÆSTIO.

Aaron summus sacerdos in populo Dei, & quidem primus, vir  
 magnus, frater & collega Moyli, horribiliter peccat contra conscien-  
 tiam, dum inflectit religionem ad sistendum tumultum populi, &  
 permittit eis fabricationem aurei vituli. Hic lapsus Aaronis tantus  
 fuit, & tam atrox, vt dicat Moyfes ipse Deut. 9: Aduersus Aaronem  
 valde fuit iratus Dominus, & voluit eum contere, id est, delere &  
 abiicere, sed ego rogavi pro eo. Hoc exemplum testatur, etiam fan-  
 ctos

ctos amittere gratiã Dei, admiffis lapfibus contra confcientiã. Neq[ue] omnes lapfi conuertuntur: multi manent in impietate: verlaſſe ſich feiner drauff, ille lapfus eſt, & conuerſus: Ergo ego lapſus conuertar, ſicut argumentantur Epicurei. Duo contradictoria non poſſunt ſimul eſſe &c. Sunt autem hæc extremè pugnantia, velle Deum offendere, & velle à Deo petere & expectare dona. Multi exercet quotidie vſuras, alij ſe polluant adulteriis & ſcortatione, alij inſidiantur aliorum vitæ, famæ, fortunis. Alij ſunt calumniatores, ſufurroneſ. Denique mille modis homines peccant contra confcientiam, & tamen tales veniunt in templum & ſcholas, & præ ſe ferunt pietatem, & ſi Deo placet, ſunt ſancti viri. Sed longè aliter de talibus iudicat Scriptura.

Si cor noſtrum nos condemnat] Hæc eſt præcipua regula vitæ, vt poſt fidem habeamus bonam confcientiam. Nec poteſt eſſe bona confcientia ſine fide, nec fides ſine bona confcientia. Sunt duo connexa inſeparabilia, ſicut mas & fœmina.

Ex corde puro] id eſt, fide purificato. Act. 15.

Confcientia bona] id eſt, bono propoſito.

Fides ficta] eſt hypocriſis. Non omnis fides eſt vera ſicut Paulus dicit. Fides non eſt omnium.

Militiam honeſtam] arduam.

*Retinens fidem]*

Congruant autem fides & confcientia cum verbo Dei. Quare hoc dico? Sicut fides nõ eſt omnium, quia multi ſunt hypocritæ, qui falſò iactitant fidem, quam non habent: ſic bona confcientia non eſt omnium, qui gloriantur de bona confcientia. Sicut oportet fidem tuam congruere cum verbo Dei (ſi enim credis pugnantia cum verbo Dei, falſa eſt tua fides) ita oportet regi tuam confcientiam verbo Dei, vt poſſis gloriari in media morte contra Diabolum, te verbo Dei impulſum eſſe, vt hoc vel illud faceres.

Confcientiam] Sex ſunt cauſæ propter quas integritas confcientiæ retinenda eſt: 1. mandatum Dei. 2. vt retineatur fides. 3. facultas inuocationis, 4. ſpes auxiliij & protectionis diuinæ. 5. tranquillitas con-

dis. 6 mitigatio & liberatio in calamitatibus.

Vbi præcipitur vt habeas bonam conscientiam? 1 Tim. 1: Milita bonam militiam &c. Secunda causa extat eodē in loco Pauli: Quam fit naufraga, quando conscientia sauciatur, quia non patitur ludos fama, fides, oculus. Tertia causa extat 1 Iohan. 3: Si cor nostrum nō condemnat nos, habemus fiduciam ad Deum. Ergo si quis mala conscientia præditus est, nō potest Deum inuocare. Dicat aliquis, Atqui sic omittenda mihi prorsus erit inuocatio, quia ego habeo malam conscientiam, sum miser peccator. Respondeo. Intellige, quid sit bona & mala conscientia: Bona conscientia est propositum obediēdi Deo: mala est propositum offendendi Deum, de futuro. Si doles de peccato per Christum, fide petis remissionem peccatorum, & habes bonum propositum, quod velis obedire, iam habes bonam conscientiam. Si autem cogitas, Cras volo hunc decipere, cras volo isti ægrè facere, ibi certè laboras mala conscientia: atque ibi oratio tua magis irritat iram Dei, sicut dicitur: Oratio impij est peccatū. Quarta causa extat Prouerb. 4: Sperat in morte iustus, in media morte habet bonam spem. Quinta causa congruit ad dictum Prouerb. 16: Bonum cor, id est, bona conscientia est perpetuum conuiuium. Ad sextam causam referantur exempla plurima, vt cūm Dauid haberet bonam conscientiam contra Saulem, non est interfectus ab hoste, qui totum decennium meditabatur omnia in eius perniciem.

Gal. 5.]

Caro phrasi Paulina significat naturam non regeneratam, seu naturam sine gratia.

Talia]

non erunt hæredes vitæ æternæ. Nam æterna beatitudo propriè vocatur regnum Dei.

Vocat manifesta opera]

Luce naturæ possumus discernere bona à malis, iusta ab iniuriis.

stis, honesta ab inhonestis. Nominat ergo Paulus manifesta, quæ non sunt obscura, neque ignota rationi. Mæchi sunt adulteri.

Si secundum carnem vixeritis]

Hic locus est sedes materiæ, videlicet doctrinæ de discrimi-

ne peccati regnantis & non regnantis. Sunt autem actiones carnis, dubitationes & vitiosi affectus: item peccata ignorantia & omissionis

omissionis non affectata. Mortificare has actiones, est repugnare his malis, nec eis indulgere contra conscientiam. Spiritus hoc loco significat effectus Spiritus sancti, timorem, fidem, inuocationem, patientiam, & alios motus spirituales. Postremò, viuere est manere in gratia, & in possessione vitæ æternæ.

Fiducia sui]

φιλαυτία. Nemo est, quem nō

aliqua in re possis cernere suffe-

num, id est, sibi placentem, φιλαυτον. Et Ouidius inquit:

*Dum sibi quisque placet, credula turba sumus.*

Secundum Platonem φιλαυτία est causa omnium malorum in vita, Einem jeden gefellet sein Kolbe wol/drumb ist die welt der Narren vol.

Æmulatio]

est pugnare de antecellencia,

Sich vmb die Narrenkappen

reiffen. Describitur hoc vitium in versu Ennij:

*Omnibus cura viris, vter esset induperator.*

Maria]

forore Moyfi. Numerorū 12

historia est memorabilis. Sicut

Ouidius 1 Metamorph. exclamat, Fratrum quoque gratia rara est. Ita in Ecclesia etiam inter fratres est æmulatio quædam, vt Aaron vritur gloria Moyfi. Siç fratres Iosephi pugnant æmulatione cum fratre. Et fratres David inuident fratri vocacionem ad regnum.

Spiritu]

Non tantum ratione & phi-

losophica moderatione. Exem-

pla: Scipio abstinuit ab alterius sponsa, quadam philosophica moderatione. Videt enim, quantum decus sit in gubernatore castitas, & quantum probrum & deformitas sit confusio libidinum. Ita Scipio ratione sese reprimat & extinguit flammam libidinum. Ioseph vero abstinet à coniuge sui domini, non tantum rationem sequens, sed Spiritum sanctum gubernatorem, iuxta dictum Roman. 8: Qui Spiritu Dei ducuntur, hi sunt filij Dei. Est igitur maior virtus, castitas in Iosepho, quam in Scipione, quia Scipionis castitas est moderatio rationis seu moderatio philosophica, castitas in Iosepho est lux & motus Spiritus sancti.

Acce]

Verè mortificatio carnis est

acre certamen. Ideo dicit Paulus

ad Corinth.  $\delta$   $\sigma\omega\tau\iota\acute{\alpha}\zeta\omega$  corpus meum, id est, duriter tundo. Suggilatio significat duram repressioem affectuum, æmulationis, cupiditatis, vindictæ, & similia incendiorum animi.

Spiritus]

aliàs significat causam, aliàs effectum. Quando significat causam, tum significat tertiam personam Trinitatis: quando effectum, tum vsurpatur pro spiritualibus motibus.

Qui non sunt]

Non omnes lapsi restituuntur, sed multi ex aliis peccatis in alia ruunt. Ideo sumus diligentiores in vitandis lapsibus.

Es ist bald zu fallen / aber nicht bald aufzustehn.

Facile effunditur frumentum, sed difficulter colligitur & corraditur. Apud Aristotelem extat in sine dictum in 1 Phy. Vno absurdo dato, multa sequuntur. Hoc ille dicit de opinionibus. Nos transferamus dictum generale ad peccata: Vno peccato posito, sequuntur plura. Nullum peccatum est solum. Diabolus texit longam telam.

Cor firmum]

scilicet contra dubitationes, & contra metum in periculis.

Vera fortitudo, qualis fuit in martyribus, profectò est singularis motus Spiritus sancti. Non est opus humanarum virium.

Regentem actiones omnes]

mentis, voluntatis & cordis, .i. partis cognoscetis & appetetis.

Principali]

Sürstlich, heroico, seu spontaneo.

Quare Spiritus spontaneus vocatur principalis? Quia Principes à nemine possunt cogi, præsertim potentiores. Quidquid faciunt, hoc sponte faciunt, non coacti. Ideo idem vocabulū apud Hebræos significat spontaneum & principale, sicut metalepses sunt vsitata apud Hebræos.

Ionathas]

Videtis, quomodo exemplis optimis & lectissimis vtatur D.

Philippus in illustranda doctrina necessaria. Suprà audistis exemplum latronis emendati, & Sareptanæ. Nunc auditis exemplum Iosephi, Ionathæ, Dauidis. Si quis talia non magnificat, eum profectò necesse

neceſſe eſt, hominem eſſe valde ſtupidum. Ionathas excelluit ea virtute, quæ vocatur humilitas, quia ceſſit Dauidi, non de tribus capellis, ſed de regno, & quidem de regno populi Dei, quod erat melius, quàm omnia regna totius mundi.

*Non regnet]*

Auguſt. tract. 41 in Iohann. non ait, non ſit, ſed non regnet

Quàm diu viuis, peccatum neceſſe eſt eſſe in membris tuis, ſaltem illi regnum auferatur, non fiat quod iubet.

Hieronymus deſcripſit vitas quorundam patrum, id eſt, Mo-

nachorum, qui vixerunt in ſolitudine, quærentes latebras, quacunque de cauſa. Inter alia recitat exemplum cuiuſdam, qui venit ad ſenem, & grauiter conqueſtus eſt de lucta carnis & Spiritus, id eſt, de multis errantibus flammis. Huic reſpondit ſapiens ſenex, vir ſanctus: Tu non potes prohibere, quo minus auiculæ libero cælo fruētis ſupra caput tuum volitent, ſed hoc potes impedire, ne in tuo capite, aut in tua veſte nidificent. Ita non poſſumus omnino eiicere peccatum ex natura noſtra, donec viuimus in hac carne, & donec mors auferat omnes reliquias peccati: ſed regnum debes & potes adimere peccato, Spiritu ſancto adiutore.

*Ioseph intuens]*

Exemplum Iosephi.

*Occaſiones]*

Vitare occaſiones peccandi, eſt vitare ipſa peccata.

### [De argumentis aduerſariorum.

Quoniam iam sæpe ſunt eadem argumenta propoſita & explicata: tamen non licet nobis ab inſtituto diſcedere. Quare boni conſulite hanc repetitionem, qua, vt videtis, non neſtimus moram de induſtria, ſed tantas facimus progreſſiones, quantas omnino facere poſſumus. Sit autem vobis etiam hoc nomine gratior reperitio, quia ſolutiones 18 argumentorum in textu ſuppeditabunt vobis exempla eius doctrinæ, quæ traditur in poſtrema parte Dialecticæ, de ratione ſoluendi vitioſa argumenta. Videbitis enim in his exemplis uſum præceptorum Dialecticæ: ſed ſunt aliæ plures cauſæ, propter quas repetitio hæc non erit inſuauiſ.

*Notitiam]*

Neceſſe eſt fundamentum ita teneri, ne penitus ignoretur

vllus articulus fidei, aut ne contrarium asseueretur.

Meministis insigne dictum Pauli 1 Cor. 3: Fundamentum aliud non potest poni præter id quod positum est. Ex hoc dicto Paulino sumimus phrasin vsitatam, quoties loquimur de fundamento, & significamus hac appellatione omnes articulos fidei, quorum cognitio necessaria est. Deus potest dispensare de sua Lege, propter Mediatorem, ad quem credentes in vera conuersione confugere debent, sed nequaquam de suo Euangelio vult dispensare, quod est dulcissima *ἐπιείκεια* Legis. Quare necessaria est notitia omnium & singulorum articulorum fidei. Ac si vnus ex Symbolo articulus ignoratur, non potest hoc fieri sine iactura & periculo salutis: Ex quo potestis intelligere, quàm necessaria sit Theologia non tantum ministro in Ecclesia, sed omnibus hominibus: quia oportet nos in extremo mundi die reddere rationem villicationis nostræ, id est, non tantum operum, sed etiam fidei. Quare vnusquisque consulat suam conscientiam, & videat, quousque progressus sit, quid teneat, quid ignoret, quid asseueret, quid neget. Vtrumque enim à Deo damnatur est, & affectata ignorantia articulorum fidei, & contraria asseueratio. Sunt quidem in sanctis dubitationes de vna & altera parte doctrinæ Christianæ: sed ab his à sanctis pertinax asseueratio contraria verbo Dei.

Quæ tamen fatemur]

Addimus]

Fidem]

Sine iusta causa]

Petrus]

Hic consensus]

autem Paulus malos doctores canes. Philipp. 3.

Act. 1. Est decretum Synodi Prophetica.

Duo sunt *κρίτηρια* in hac causa: vnum est consensus testimoniorum Prophetarum & Apostolicorum: alterum experientia vniuersalis omnium piorum.

Ad hæc duo *κρίτηρια* respicite, tanquam nauæ ad maiorem & minorem vsam. Maior vsa est, vt ita dicam, consensus scriptorum Prophe-

Liberalissima concessio.

Correctio.

quæ est anima bonorum operum.

Canes propriè dicuntur rabiosi. Rabies est canum. Vocat

Propheticorum & Apostolicorum. Minor est experientia spiritualis Ecclesiæ de consensu Prophetarum & Apostolorum. Moyses Gen. 15 est primus testis de hoc consensu: Credidit Abraham Deo, & imputatum est ei ad iustitiam. Hoc testimonium citat & illustrat Paulus Rom. 4, & Gal. 3. Alter testis de hac sententia est David psalm. 32: Beati quorum remissæ sunt iniquitates. Hoc testimonio vitur Paulus Rom. 4. Tertius testis est Esaias cap. 53: Seruus meus iustus notitia sui iustificabit multos. Disertè affirmat, nos iustificari fide. Quartus testis est Ieremias cap. 23: Vocabitur nomen eius Iustus, id est, hic solus iustificat nos coram Deo, non vlla alia res tanquã causa impulsiva. Quintus testis est Daniel cap. 9, in precatone sua ardentissima, Exaudi nos, propter Dominum &c. Sextus testis est Abacuc cap. 2 inquies, Iustus fide sua viuuit. Cum his & similibus dictis Prophetarũ congruunt conciones Christi apud Euangelistas. Deinde Acta Apostolorum, quæ continent doctrinam Apostolorum. Postea Epistolæ Pauli, Iohannis, Petri & aliorum. Quod ad alterum *ἐμπειρίαν* attinet, id est, ad experientiam spiritualem, omnes pij in contritione, id est, in veris pauoribus & doloribus sentiunt, & conuincuntur, vt fateantur rem ita se habere, videlicet, quod in nullo obiecto possimus acquiescere, nisi in solo Mediatore crucifixo & resuscitato. Hoc testimonium experientiæ nequaquam est aspernandum, præsertim cùm congruat cum verbo Dei prius tradito.

Virtutem]

Qualitatem.

Afflatu]

Enthusiasmo. Nullus magnus vir sine Enthusiasmo, id est, sine afflatu diuino.

Sepelire Christum]

Non habemus Christum sepultum, sed viuum & regnantem: sicut dicit Angelus: Non est hic, quem quæritis in sepulchro, surrexit.

Scopum]

Metaphora à sagittariis sumpta, qui sua tela dirigunt ad scopum.

### I. Argumentum.

Est fallacia & quiuocacionis. Aliter in Maiore, aliter in conclusiōe vsurpatur vocabulum iustitiæ. Aristoteles 5 Ethicorum citat verbum Theognidis, Iustitia in sese virtutem continet omnem, id est, est copulatio & chorus omnium virtutum.

Fontes] Fons erroris est confusio Legis & Euangelij.

I. I.

In hoc argumento minor est neganda simpliciter. Nequaquam fides est tantum notitia. Maior est axioma verissimum.

In intellectu]

Erudita explicatio. Fides cō-plectitur tria: notitiam, assensum & fiduciam. Notitia & assensus sunt in mente, id est, sunt actiones mentis à Spiritu sancto accensæ. Fiducia est in voluntate & corde, in parte appetente. In homine sunt duæ præcipuæ potentia: animæ rationalis: vna intelligens, altera appetens. In intelligente parte fides est notitia articulorum fidei, & assensus. Deinde in parte appetente, id est, in volūtate & corde est fiducia accēsa à Spiritu sancto.

Promissionem]

ideo ex fide gratis, vt firma sit promissio.

Quærit]

folia fici quærit. Nostra fides est talis, vt quotidie nobis sit dicendum cum Apostolis, Domine, auge nobis fidem: & cum illo Marci 9: Credo, Domine, sed opem fer meæ incredulitati.

Ideo]

Augustin. lib. 1 de Trinitate: In Scriptura piè & prudenter consideretur quid, secundum quid, & propter quid dicatur.

Non dicimur iusti fide, quia fides sit talis qualitas in nobis: sed quia apprehendit Mediatorem, & beneficia eius nobis applicat. Ergo ratione applicationis fide iustificamur, non respectu qualitatis: sed quia non est aliud organon, quo possimus Christum apprehendere & applicare, nisi fides, non debemus somnare, non cogitare, non imaginari aliud organum & instrumentum in hac vita, quo possimus apprehendere Christum & eius beneficia, nisi fidem. Epistola ad Hebræos 3 inquit: Facti estis participes Christi, si retinueritis initium fidei vsque ad finem. Annulus magni fit, non propter exiguam auri massulam, sed propter gemmam insertam: sic fides non iustificat, quatenus est opus, virtus, vel qualitas, sed ratione gemmæ, id est, respectu Christi Mediatoris.

Corre-

*Correlatiuè]* Fides iustificat non in prædicamento qualitatis, sed in prædicamento relationis, id est, correlatiuè iustificat, non vt qualitas.

*Dæmones]* Vitanda est fallacia plurium propositionum, id est, confusio rerum diuersarum. Tractat suam causam Iacobus contra hypocritas. Paulus consolatur pauidas conscientias, quæ sunt perterrefactæ voce Legis, & metuunt æternam abiectiõnem. Has erigit, confirmat, & sanat. Ideo dicit, Fide iustificamur sine operibus &c. Iacobus refutat persuasiones hypocritarum, qui fingunt se iustos esse sola professione, & notitia articulorum fidei.

*Non esse similem]* Quatuor modis differt fides Diaboli, & fides iustificans. 1. causis efficientibus. 2. subiectis. 3. obiectis. 4. effectibus. Nam fides in Diabolo excitatur cogitatione mentis sine Spiritu sancto. Fides iustificans est lux & motus Spiritus sancti. Deinde fides Diaboli tantum est notitia in intellectu. Fides iustificans est fiducia in voluntate. Tertio, fides Diaboli tantum intuetur historiam. Fides iustificans intuetur promissionem Euangelij. Postremò fidei Diabolicæ effectus sunt horribilis pavor & fuga Dei. Fidei iustificantis effectus sunt iustitia, & pax, Rom. 14. Item fides Diaboli est generalis, credens aliis remitti. Fides iustificans est specialis, credens tibi ipsi remitti. Meministis dictum Bernhardi ex concione de annuntiatione: Non satis est credere, quòd non possis habere remissionem peccatorum, nisi per misericordiam Dei, sed adde & hoc, Vt credas tibi etiam remitti peccata. Hoc est testimonium, quod dicit Spiritus sanctus in corde tuo, dicens, Remissa sunt tibi peccata. Est egregium & aureum dictum, ex quo apparet, Bernhardum in mediis tenebris tamen habuisse hanc lucem, quòd sola fide, non operibus iustificemur.

## III.

*Si intelligis, fidem non oportere esse solam]*

Fides sine operibus est res mortua:  
Ergo res mortua iustificat.

Sic argumentor:  
Fides sine operibus iustificat.

Respondeo: Est fallacia compositionis & diuisionis. Sine operibus, non est referendum ad fidem, sed ad verbum iustificat. Iustificamur sine operibus, sed fides nunquam est sine operibus.

[Solam]

Sola voluntas vult, & tamen non est sine intellectu. Sic fides sola iustificat, etiam si nunquam est sine bonis operibus.

Particula sola refertur ad predicatum, non ad subiectum, quando dico, Sola fide iustificamur. Non excludit opera, ne adline, sed merita excludit, Hüte dich

nicht für den guten Wercken / sic werden dir nicht Schaden thun / hüte dich aber für bösen Wercken.

Meritum esse causam]

scilicet impulsuam, nam efficiens interior est misericordia.

Deus autem iustificat propter meritum Christi.

Non potest accendi dilectio, nisi agnita remissione peccatorum.

Axioma Theologicum. Nullus debitor amat creditorem, si non est soluendo. Sic res se habet in spiritualibus. Nos omnes sumus

debitores, quia debemus prestare integram obedientiam Deo. Hanc si non prestamus, sumus damnati. Nisi igitur Deus gratis per misericordiam remittat nobis debita, nulla posset in nobis existere dilectio. Hoc prolixè explicat ipse Filius Dei, Lucæ 7 in colloquio cum Pharisæo.

### III.

Oportet aliquod esse instrumentum, quo apprehedamus Mediatorem]

Hoc verum est in doctrina de promissione Euangelij, & de v. fu Sacramentorum legitimo.

### V.

Est fallacia æquiuocationis, in vocabulo Gratia. Est vobis nota historia insignis, cuius allegoriam tractat Christus Iohann. 3 de serpente æneo erecto in deserto à Moyse. Cùm populus contumax tentasset Dominum, misit Deus in populum vagantem per desertum, serpentes igneos, qui euomebant virus ardens, sed iussit Deus erigi serpentem æneum ad hunc finem, vt si quis læsus à serpente, eum aspiceret, conualesceret: si quis nolebat aspiceret, is moriebatur. Tãta erat

erat vis illius veneni. Sic inquit Dominus noster, Nisi aspexeritis Mediatorem fide, & tantum aspexeritis vestra vulnera & virtutes, nunquam eritis salui. August. Turbabor, sed non perturbabor, quia Vulnerum Domini recordabor.

## V I.

Breuis est responsio ad hoc argumentum per distinctionem. Vera est Maior de voluntate Dei non reuelata expresso verbo. Multa enim sunt consilia Dei arcana, quæ Deus in hac vita non patefecit Ecclesiæ, sicut inquit ad Moysen Exod. 33: Gloriam meam in hac vita videre non poteris, videbis autem postea cum transiero. Quæ conuentione significat Deus, non cerni omnia consilia in gubernatione Ecclesiæ ante consummationem. Quando autem Deus erit omnia in omnibus, tunc etiam illa arcana nobiscum communicabit. Nunc contenti sumus verbo reuelato, & discamus, quantum nobis est diuinitus traditum, nec scrutemur imperuestigabilia, de quibus Paulus Rom. 11 dicit, O altitudo diuitiarum.

Sic argumentor ex 9 cap. Ecclesiastæ concionatoris Salomonis: Nescit homo, vtrum gratia vel odio dignus sit. Ergo homo debet dubitare de gratia. Sunt variæ responsiones, sed sumamus responsionem ex textu ipso. Nego consequentiam, quia est fallacia diuisionis. Nam integrum dictum sic habet: Nescit homo, vtrum gratia vel odio dignus sit ex omnibus, quæ coram ipso fiunt. Hæc est vera versio Hebraici textus. Interdum Latinus textus omisit aliquid, vt in dicto Gen. 9: Qui fuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis eius. Ibi omisit particulam, Per hominem, id est, per magistratum. Ita hoc loco accidit. Vera autem interpretatio est, de qua dixi, Ex omnibus, quæ coram ipso fiunt, id est, ex euentibus bonis & malis: quasi dicat, Homo non debet iudicare ex fortuna secunda vel aduersa, an sit in gratia Dei, vel Deo inuisus: sed ex verbo debet, tanquam ex certissimo & minimè fallenti *κρίτηριον* statuere: vtrum Deo placeat, an displiceat. Achab impius rex decem tribuum, est fortunatus & scælix, est opulentus, habet multas gloriosas victorias, sed non propterea placet Deo, quia est cultor idolorum. E contra Dauid, quanquam pulsus in exilium à filio Absalone, tamè placet Deo, quia agit pœnitentiam, & credit se gratis recipi propter Filium Mediatorem.

Certum est autem]

Sunt nobis reuelati articuli

necessarij ad nostram salutem. De his dicitur Iohan. 15: Omnia quæcunque audiui à Patre meo, patefeci vobis. Omnia, scilicet necessaria ad salutem, sed non loquitur de omnibus arcanis consilijs, quæ non necesse est nos scire. Quis esset vsus Euangelij, si esset perpetuo manendum in dubitatione.

Vbi non est fides]

iuxta dictum Rom. 16: Quomodo inuocabunt, nisi credant?

V I I.

Nouas qualitates]

Habitus est prima species qualitatis.

Neganda]

Signa præsentia Spiritus sancti sunt inuocatio Christi, non

fugitans, sed libenter ad eum accedens, & in eo acquiescens, & amor totius doctrinæ Euangelij, & studium discendi, & constantia in confessione. Ac potest vniuscuiusque conscientia iudicare de propria inuocatione, & de studio Euangelij, deinde & alijcernere robur animi in confessione possunt.

Multa sunt signa, quæ longum esset enumerare, quibus discernitur vera pietas ab hypocritis; sed hæc tria minimè fallunt, &

habent testimonia in sacris literis. 1 est vera, seria & ardens inuocatio Dei in agnitione Mediatoris. De hoc signo Zachar. 12 dicitur, Effundam Spiritum gratiæ & precum. In hoc dicto coniunguntur gratia & inuocatio, quia alterum non potest esse sine altero: si es acceptus Deo, inuocas Deum: econtrà, si inuocas, præsupponitur gratia. Non enim potes Deum inuocare, nisi tibi sit propitius. Et Paulus Rom. 8 dicit de hoc signo, Accepimus Spiritum non seruitutis &c. Alterum signum est amor totius doctrinæ Euangelij, & studium discendi ac proficiendi. De hoc signo dicit Filius Dei apud Iohannem: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit &c. Explora igitur tuum cor, & te ipsum examina, quomodo sis affectus in inuocatione, & quale habeas studium discendi doctrinam diuinitus traditam. Tertium signum est constantia in confessione veræ sententiæ, iuxta dictum Rom. 10: Corde creditur ad iusticiam, ore fit confessio ad salutem. Si credideris in corde, & confessus fueris ore, saluus eris.

Si cor nostrum]

conscientia nostra.

Fatemur]

## VIII.

Fatemur ]

Sicut calor ab igne non potest separari, sic fides nunquam est sine multis bonis operibus.

Differt ]

Hæc sunt διδασκαλικὰ & methodica. Nullum est in nobis apprehensuum organum aliud, quàm fides. Non cernimus Deum oculis, nec brachiis eum amplectimur, aut vlllo alio organo. Hæc est vnica manus, qua apprehenditur Mediator, & eius beneficia.

Cauillationum ]

Modus est pulcherrima virtus, præcipuè in disputando. De cendo in scholis & templis placidè, non faciliè corrumpitur aut amittitur veritas, quia homo tunc est apud se: meditatur, quid velit dicere, non impeditur vlllo affectu: sed in disputando facillimè amittitur veritas, iuxta vulgare verbum: Altercando amittitur veritas. Ideo videtis, quid intersit inter scripta veterum & recentium Theologorum, quando versantur in disputationibus, & quando sunt extra disputationes. Ego possem vobis magnum Theologum (qui nobis omnibus est notus & charus) nominare, & exemplis plurimis ostendere contraria eius dicta in eadem causa & materia. Aliter loquutus est, cum arderet calore disputandi, aliter verò, & quidem planius & melius extra illum calorem disputandi: ideo modus sit omnium rerum, præsertim verò disputationum. Quò minùs est disputationum, eò minùs est cauillationum in Ecclesia.

## IX.

Contrariis ]

Contrariorum sunt contrariæ consequentiæ, scilicet si sunt æqualium graduum.

Confidentia ]

Aliàs sumus tumidi, aliàs timidi.

Spectra ]

sunt terriculamenta puerilia. Ita spectra Diaboli sunt dubitationes de prouidentia, an Deus curet genus humanum & Ecclesiã, Item dubitationes de certitudine & veritate doctrinæ Christianæ, an sit inanis fabula, an verbum Dei: imò sæpe mentes dubitant, an sit Deus, cum non cernatur oculis, nec brachiis comprehendatur.

Hæc & similia tela ignita, sunt spectra Diaboli.

Paulus]

Eph. 6.

*Mori mallent]*

Artabanus in Polymnia, id est, lib. 7 Herod. In hoc tam breui & exiguo vitæ curriculo multa singulis hominibus accidit, vt sapius mori magis, quam vivere cupiant.

patruus & consiliarius summus Xerxis.

Mors non est summum malum. Es fan einem viel begen/das er lieber todt wölte sein.

Colaphis]

2 Cor. 12. Colaphi significat singulares terrores, qui verbis describi nō possunt Schwermit.

Miser]

Rom. 7. Iuxta voluntatem & consilium Dei optat mortem.

X.

*Adrupem]*

Num. 20: Num de petra hac poterimus vobis aquam elicere? Psal. 106: Irritauerunt eum ad aquas contradictionis, & vexatus est Moyses, propter eos, quia exacerbauerunt Spiritum eius, & inconsideratē locutus est labiis suis.

Vox dubitantis.

Cogitate, quantus vir fuerit Moyses. Vocatus est à Deo immediatē ex rubo ardenti (qui tamen non fuit confusantus) maxime non fuit confusantus) magni-

tudo, vt non dubitaret in Aegypto ante educationem populi, decem magna prodigia vel miracula, contra naturæ ordinem edere, stante Tyranno, & tota aula Aegyptia, imò tota multitudine Aegyptiorum. Postea eduxit populum per mare rubrum, & tantum baculo, quem manu tenebat, diuisit fluctus aquarum, quæ vtrinque steterunt immotæ instar montium, & postea redierunt ad ingeniū, opprefferunt & suffocarunt exercitum Pharaonis. Post hæc & multa alia miracula edita, in quibus semper fuerat magno & excelso animo Moyses, nunc incipit trepidare, & frāgi propemodum animo, iussus

iussus percutere petram eodem baculo, quo antea diuiserat aquas maris rubri. Hic inter dubitationes & trepidationes exclamat: Num de petra hac poterimus vobis aquam elicere? &c. Hanc historiam repetens psal. 106, inquit: Irritauerunt eum, scilicet magnum & heroicum illum virum Moysen, & clarum miraculis.

*Respondendum]*

In coniugatis ambiguis non Iustitia & iustus sunt coniugata, quia alterum est concretum, alterum abstractum, sed non se-

quitur, Dilectio est iustitia. Ergo sumus iusti dilectione: quia antecedens loquitur de Idea, quæ non est in nobis. Consequens loquitur de nostra persona.

X I.

*Interpellantem]*

id est, applicatam nobis suum sacrificium.

X I I.

In vera oppositione eadem sint extrema, de eadem re, sine ambiguitate intellecta. Loquuntur autem Paulus & Iacobus, non de eadem re, sed de diuersis. Quare non inter se pugnant.

Sunt diuersi scopi Pauli & Iacobi. Paulus agit cum conscientis consternatis: alter agit cum hypocritis.

*Fingebant]*

Hypocritis inde vsq; à Cain, fingit homines sola professione iustos esse.

Tales sunt in Euangelio Iohannis pertinaces Iudæi: Nos semen Abraham sumus, non Ethnici. Christus respondet: Vos ex

patre Diabolo estis. Abraham est pater credentium. Ita semper clamabant Iudæi, Circumcisio, Lex, Abraham: Papistæ hodie clamant, Ecclesia, Ecclesia: Flaciani, Veritas: Lutherani, Veritas.

*De vna parte]*

scilicet de noua obedientia.

X I I I.

Peruenimus ad argumentum 13, quod assumitur ex priori ad Corinth. 13, vbi Paulus instituit collationem donorum Spiritus sancti & charitatem erga Deum & proximum longè anteponit ceteris donis & ornamentis Spiritus sancti. Sic enim inquit Paulus: Si lin-

guis loquar &c. Item: si habuero omnem fidem, & caream dilectione, nihil sum. Quo dicto non detrahitur iustificatio soli fidei, sed hoc tantum significatur, non posse fieri separationem fidei à dilectione, vt testatur dictum Gal. 5: Fides per dilectionem efficax. Quia verò nullum argumentum speciosius opponitur contra exclusiuam, Sola fide iustificamur: ideo quæsitæ sunt initio repurgationis doctrinæ variæ responsiones: Quidam enim Dialecticè hoc modo responderunt: Ingens discrimen est categoricæ propositionis & hypotheticæ. Nam categoria asseuerat aliquid, hypothetica verò nihil ponit, nisi posita conditione. Hæc responsio etiam ingeniosa est, tamen nondum satisfacit aduersariis pertinacibus. Alij verò sic respondent: Fides hoc loco non significat fiduciam Mediatoris, qua accipitur remissio peccatorum, sed vsurpatur pro dono faciendi miracula, quod & hypocritis interdum diuinitus conceditur. Sicut Magi Aegyptij fecerunt quædam miracula, vt scribitur in Exodo, quanquàm omnia Moylis facta non potuerint imitari. Valeat hæc responsio, quantum potest: sed neque hoc modo satisfacit lectori, vel auditori, quia videtur ambiguitatem verborum parere, vbi etiam propria significatio retineri poterat. Est igitur optima & rectissima responsio ea, quam habemus in textu, in quo dicitur, concurrere oportere fidem & dilectionem, seu coniungi oportere dilectionem cum fide, sed inde non sequi, nos iustos esse partim fide, partim dilectione. Et ratio est, quia conscientia non potest niti duabus anchoris, sed habet tantum vnâ sacram anchoram, videlicet Christum, vt testatur promissio, In semine, non in feminibus, quasi in multis. Est fallacia consequentis, quia plus est in consequenti, quàm in antecedenti.

Accedat]

Axioma notum & tritum. In rebus aduersis maximè cernitur, qualis sit natura dilectionis erga Deum & proximum.

Et tamen]

Aurea copulatiua: Oportet dilectionem adesse: & tamen huius copulatiuæ fundamenta extant in Scriptura. De priore dicitur Gal. 5: Nihil valet in Christo Circumcisio, nihil præputium, sed fides per dilectionem efficax. Alterius partis in hac copulatiua confirmatio, est Rom. 3.

Si

## XIIII.

Si vis]

Ambrosius Roman. 2: Qui sunt factores Legis? Qui credunt in Christum, quia Christus est finis Legis.

Lex est pædagogus ad Christum. Multa solent disputari de impletione Legis, sed tãdem est decurrendum ad hanc respon- sionem Ambrosij: Illi sunt facto-

res Legis, qui credunt in Christum. Contrã dicat aliquis: Lex non tantum fidem, sed opera postulat. Respondeo: Fides non est sine o- peribus: & qui Christum habet, habet id quod Lex postulat, & pro- mittit, id est, habet Legem impletam, habet obedientiam, quæ etiã imperfecta est per se, tamen placet Deo, quasi esset absolutissima.

Interim]

Ex vno errore multi alij se- quuntur. Quando tu semel ab-

erras à via, quò longiùs procedis, eò longiùs aberras. Ignoratio dis- criminis Legis & Euangelij est fons omnium errorum, aut certè præcipuorum in doctrina Pontificia.

Stabilitur]

Quomodo? quia primò per- sona recipitur gratis propter Me-

diatorem: deinde placet obedientia quamvis imperfecta, quia iam non sumus sub Lege, sed sub gratia.

Inferri]

Fide inferimur Christo, non alio organo.

Omnibus]

Aurea regula interpretatio- nis Scripturæ, quam confirmât

hæc dicta Pauli Rom. 10: Finis Legis est Christus. Rom. 3: Lex fide stabilitur. Lex non prodest sine fide.

Nudi]

Deuteron. vltimo extat infi- gnis historia de Moyse, quòd vi-

delicet non potuerit introducere populum Israeliticum in terram promissam, & quòd ita sit sepultus, vt eius sepulchrum ignoretur in hunc diem. Dominus enim ipse sepeliuit Moysen. Quid signifi- cat hæc historia? Moses, per quem Lex data est, significat Legem, Dominus, qui sepeliuit Moysen, est Filius Dei, per quem omnia facta sunt in Ecclesia. Vt igitur Moyses non potuit introducere po-

pulum in terram promissam: sed Iosua tranfuit per Iordanem, & occupauit terram Canaan, & singulis tribubus ratam partem assignauit: Ita non Lex, non opera nostra, sed solus Iosua Iesus Christus traducit nos per miseras huius vitæ ærumnosas in vitam æternam. Deinde liberat nos à Mose, id est, à Legis maledictione & damnatione. Nemo sepelit Moysen, nisi ipse Dominus, qui factus est pro nobis maledictum. Gal. 3, vt benedictionem Abraham fam fide consequeremur. Qui enim ex fide sunt, hi sunt filij Abrahamæ.

Christus]

Matth. 5.

Sex rebus]

Propone tibi exempla contraria, in quibus, tanquam in

speculo cernitur discrimen iustitiæ piorum, & hypocritarum. Saul est hypocrita, Dauid est vir pius, & verè renatus. Quibus igitur rebus antecellit Dauid Sauli? primò, pœnitentia. Quia Saul est securus sine agnitione suorum peccatorum, & sine vero timore Dei. Deinde, fide: quia Saul ne micam aut scintillam fidei circumfert in suo corde. Tertio, nouitate Spiritus, de qua dicitur psal. 51: Cor mundum crea in me, Deus. Quarto, vera inuocatione, Ad Dominum clamaui, & exaudiuit me. Quintò, successibus in uocatione, seu fœlitate rerum gerendarum, Saul est infœlix. E contra Dauid est fœlix bellator & gubernator. Postremò differunt represseione Diaboli. Saul vincitur à Diabolo, & impellitur ad desperationem. Contra Dauid deformatus in gentibus scandalis peccatorum & ærumnarum, tamen non desperat, non frangitur animo, non succumbit, sed tanquam generosus equus erigitur, superat Diabolum, & reducitur diuinitus in regnum. Wo die Huchler gehen/da schlegt der hazz geldrein.

Vita æterna]

Vita æterna est conformitas cum Lege Dei.

Sicut inquit Augustinus: In vita æterna, sine fine videbimus Deum, &amp; sine fastidio amabi-

mus, & sine defatigatione laudabimus. Hæc erunt opera vitæ æternæ: primò agnosceremus eum, sicut est, teste Iohan. 3. Nunc cernimus Deum per Verbum, tunc à facie ad faciem, id est, coram cernimus Deum. Deinde amabimus eum, sine fastidio, peccato, & sordibus. Tertio laudabimus Deum sine defatigatione, semper canemus,

Te

Te Deum laudamus. Hæc erunt opera & actiones vitæ æternæ, hoc erit æternum sabbatum, de quo Paulus dicit: Deus erit omnia in omnibus.

Dabo Legem]

Loquitur ibi Ieremias de cō-  
summatione iustitiæ, qualis erit

in vitæ æterna. Tunc cessabit ministerium, nullæ erunt scholæ, nulli congressus in templis, sed vnusquisque erit doctus à Deo.

## X V.

Remittite]

Luc. 7.

Coccinum]

In ilice nascitur hoc granum  
tinctorium.

Nostram cōdemnationem]

Prosper in Epigramm.

*Det peccatori veniam peccator, & aqua*

*Conciliet Dominum conditione sibi.*

*Cuius iudicium de nostro examine pendet.*

*Quod serimus, metimus: quod damus, accipimus.*

In eandem sententiam dixit Seneca: Dat veniam facile aliis, cui venia opus est. Nos omnes sumus miseri peccatores. Cur igitur vnus aliquis effert sese supra reliquos peccatores, quasi ipse sit angelus? deinde indiges tu aliorum remissione, & Dei in primis. Cur igitur tu es tam durus, vt non remittas aliquid de summo iure? Et quanquam semper manet memoria, & cicatrix iniuriæ in nostra mente: tamen placent Deo conatus sanctorum, qui reprimunt odia propter mandatum Dei, propter conscientiam, & propter publicam tranquillitatem. Nam si vnusquisque persequi vellet iniurias, quid futurum esset? nullus esset finis, nec modus contentionum, rixarum, calumniarum, odiorum.

Danielis]

4. Der ist ein Hofprediger  
gewesen/der hats dörfen den  
grossen Herren sagen.

Non flagitat]

Lex tantum obligat eos, qui-  
bus lata est. Lex huius Acade-

miae non pertinet ad studiosos VVitebergensis Academiae: & vicis-

sim leges VVitebergéses non obligant studiosos huius Academiae. Circumcisio verò, & alia ceremoniæ Leuiticæ tantum præceptæ erant Israelitis, ideo solos Israelitas obligabant. Multi Ethnici fuerunt conuerſi ad Deum, ſtante politiâ Moſaica, ſine Circumciſione, ſacrificiis Leuiticis, quia illæ leges tantum ad vnum populum pertinebant, non ad omnes homines, ſicut lex moralis.

Nec vtor]

Multæ viæ ducunt ad vnâ  
metam: & tamen alia via eſt me-  
lior & compendioſior, quàm alia.

Morte]

In libro Thobiz.

### XVI.

Fallacia plurium propoſitionum eſt, quando alius loquitur de capis, alius de aliis. Sicut prouerbio dicitur, Interrogatus de aliis, reſpondes de capis. Ita aliud eſt loqui de reconciliatiõne, aliud de collatiõne virtutum.

Summam]

Vulgò dicitur: Bonum eſt vi-  
num, ſi quis habet vinum. Ita  
bona eſt dilectio, beatus autem qui habet eam: Im Maul hat ſie  
mancher/aber nicht in der that.

Quietans]

Veteres dixerunt, Fides eſt  
virtus apprehenſiua & quietati-  
ua, id eſt, pacans cor, afferens ei quietem & tranquillitatem. In do-  
cendo interdum eſt vtendum verbo minùs vſitato.

Gloria]

Gloria eſt ex animo tribue-  
re Deo laudem ſapientiæ, po-  
tentia, iuſtitia, miſericordiæ.

In quo prædicamento eſt glo-  
ria? In Relatione. Fundamen-  
tum veræ gloriæ eſt virtus in  
Deo & creaturis rationalibus.

Terminus eſt agnitio & celebratio virtutis. Inter hæc duo extre-  
ma eſt gloria, videlicet applicatio notiæ & virtutis. Epicurus non  
tribuit Deo gloriam, quia negat eſſe Deum. Saul fatetur Deum eſſe  
iuſtum, ſed negat eſſe miſericordem. Ideo non tribuit integram glo-  
riam Deo. Dauid fatetur, Deum eſſe, & eſſe iuſtum & miſericor-  
dem,

dem, iuxta Euangelium, hic tribuit Deo integram gloriam.

Pax est tranquillitas cordis  
orta à fide, (pe, & bona consciē-  
tia]

quia viderunt oculi mei salutare  
tuum, id est, Christum promif-  
sum Saluatorem.

Lætitia est obedire Deo in se-  
cundis & aduersis rebus.

etiã in aduersis rebus Deo obedire. Psal. 126: Euntes ibant portantes  
femen, & fundentes lachrymas. Ieremias obediuit Deo, non tan-  
tùm in secundis rebus, sed etiam in aduersis, sed interdum non sine  
lachrymis.

Hæc est dilectio]

Applicat]

Iuxta dictum Rom. 5: Iustifi-  
cati fide, pacem habemus cum  
Deo: & Simeon inquit, Nunc di-  
mittis seruum tuum in pace,

Gaudete, inquit Paulus, &  
sempèr gaudete. Id verò est non  
tantùm in florente fortuna, sed  
Euntes ibant portantes  
femen, & fundentes lachrymas.

1 Iohan. 3.

Mediatorem, & omnia eius  
beneficia, meritum & efficaciam.

## XVII.

Hoc argumentum sumtum est ex historia de muliere peccatrice  
apud Lucam cap. 7. Cùm enim quidam Phariseus inuitasset ad se  
Saluatorem, interuenit mulier peccatrix, & amaris lachrymis de-  
plorauit præterita delicta, & capillis suis terfit pedes Christi. Is ad  
Phariseum primùm inquit, Remittuntur ei peccata multa, quia di-  
lexit multùm. Postea conuersus ad mulierem, vitur hac forma  
verborum: Fides tua saluam te fecit. Iam quæritur, quomodo hæc  
membra inter se congruant, cùm prius membrum videatur tribue-  
re remissionem peccatorum dilectioni, posterius verò membrum  
asfermet, fide nos iustificari & saluari. Non est difficilis concilia-  
tio, considerata hac distinctione. Duplex est absolutio, publica & pri-  
uata. Publica fit coram Ecclesia, seu coram aliis hominibus: priuata  
fit in cuiusque conscientia. In publica absolutione requiruntur o-  
pera, tanquam fructus conuersionis. Fides enim non potest cerni  
oculis hominum. Ideo oportet coram hominibus allegari signa in-  
currentia in oculos: Sicut fiet in postrema mundi die: Esuriui, & de-  
ditis cibum &c. Ibi Christus non allegat fidem, sed opera, quia o-  
pera sunt testimonia incurrentia in oculos, & discernunt pios ab

Hypocritis. Fides autem quæ est lux in corde, soli Deo nota est, qui est scrutator cordium & renum. Ideo Christus inquit, Remittuntur ei peccata multa, scilicet coram Ecclesia, quia officiis dilectionis declarauit, suam conuersionem non esse simulatam. In priuata absolute allegatur fides, quæ est consolatio conscientiarum, vt Paulus inquit, Fide iustificati, pacem habemus. Et mox addit Dominus, Vade in pace: quasi dicat, Nunc habes pacatam & tranquillam conscientiam, quæ tranquillitas oritur à fide &c.

Fides tua]

Sic argumentor: Fides est donum Dei. Ergo non est nostra si-

des. Vel, Ergo nos non credimus, sed Spiritus sanctus. Sic argumentantur Flaciani. Eò vsque sunt progressi, vt dicant nos non credere, sed Spiritum sanctum in nobis credere. Annon sunt hæc portenta & prodigia? quid tandem sequetur in Ecclesia, si recipiantur talia monstra? Hoc igitur quæritur, An rectè Christus dicat: Fides tua te saluam fecit. Et Propheta Abacuc, Iustus fide sua uiuet. Pugnântne hæc inter se, Fides est nostra, & fides est Dei donum? Non, nos sumus, qui assentimur verbo, non Deus, aut Spiritus sanctus. Sic enim dicimus in Symbolo: Credo in Deum. Non dicimus, Spiritus sanctus credit in Deum, aut Filium Dei, aut Spiritum sanctum. Sic Ioh. 1 dicitur: Quotquot receperunt eum &c. Nos recipimus Christum, non Spiritus sanctus: & tamen vera est propositio, quod non assentiamur nostris viribus Euangelio, sed efficacia Dei trahentis, ducentis, mouentis nos.

Fides tua]

Bernhard. de gratia & libero arbitrio: Fides tam absque consensu esse non potest accipientis, quàm absque gratia dantis. Nazianzenus: Omnis virtus à Deo est. Datur autem vocatis & annuentibus. Ambrosius lib. 2 de uocatione gentium cap. 9.

Nemo potest credere, nisi dicat Amen.

enarrans illud Matth. 19: Non omnes possunt capere.

Flaciani dicunt, Quid nos curamus Patres? Ego habeo Scripturam. Respondeo: Non est lis

de Scriptura, sed est controuersia de sententia Scripturæ. Hoc quæritur, an Flacius rectè intelligat Scripturam, an verò detorqueat eam

eam à natiaua sententia ad peregrinam, quam ipse fingit. In hac controuersia de scripto & sententia audienda est Ecclesia & ministeriū, & si homines cum hominibus sunt conferendi, certè plūris facio Augustinum, Ambrosium, Nazianzenum, Bernhardum, quàm omnes Flacianos in vnum congregatos, & in vnam massam conflatos.

Virtus nolētium nulla est, nec potest asseri, vel fidem, vel spem, vel charitatem eis inesse, quorū ab his bonis consensus alienus est.

Summa hæc est: Paulus dicit  
2 Cor. 11, Despondi vos vni Christo. Verbo despondendi significat,

quomodo fiat conuersio. Sicut enim in sponsalibus requiritur mutuus consensus sponsi & sponsæ, sine quo nullum constituitur coniugium. Quia non copulatio carnalis, sed consensus facit matrimonium. Ideo Ioseph fuit maritus Mariæ, etiam si nunquam cognouit eam. Sic etiam in spiritualibus nuptiis, quas celebrat Christus cum sua Ecclesia, requiritur cōsensus. Neque hoc dicitur, quòd propriis viribus credamus, sed efficacia est Dei, & tamen hanc oportet sequi nostrum consensum & nutum: sicut verecundè loquitur Nazianzenus. Hæc sunt vera, & habent testem omnium piorum experientiam.

Actota historia]

Sequitur dulcis allegoria de duobus cœtibus, quorum alius

est hypocritarum, alius Ecclesiæ. Fratres Cain & Abel sunt typi totius generis humani: sicut enim Cain efferebat se supra Abelè propter prærogatiuam ætatis & primogenituræ, & putabat, se ideo esse acceptum Deo, quòd esset primogenitus filius Adæ, & quòd offerret Deo sumtuosas & magnificas hostias: Ita omnium temporum hypocritæ gloriantur de successione ordinaria, & de aliis prærogatiuis, & de multitudine suorum operum. Abel verò est imago veræ Ecclesiæ: & sicut Abel interficitur à Cain crudeli hypocrita, sic omnes operarij persequuntur membra veræ Ecclesiæ.

Ofculari pedes]

Pedes, vsitata metaphora Scripturæ significant ministerium Euangelij, vt Esaiæ 52: Quàm speciosi pedes euangelizantiū pacem. Mulier, id est, Ecclesia fouet & tuetur ministros Euangelij, & ministerium ac studia doctrinæ cælestis.

Visitatz sunt Synecdochæ]

Quare facienda est Synecdoche in locis de bonis operibus, & non in locis de fide? Respondeo. Locj de fide nullam admittunt Synecdochen, quia Paulus vrget particulam Gratis, & Sins operibus, & vrget pondera verborum in promissione Abrahamæ: vel, vt brauiter dicam, quia fides non potest niti duabus anchoris. Locj verd de bonis operibus, qualis est hic: Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit &c. requirunt Synecdochen. Primò, quia opera sine fide non placent, iuxta hæc dicta: Quicquid non est ex fide, peccatum est. Et Hebr. 11, Impossibile est sine fide Deo placere. Altera ratio est, quia non potest inchoari noua obedientia iuxta Legem sine fide, Quia Lex stabilitur per fidē. Et, Legis finis est Christus. Rom. 3 & 10.

Gratis]

Particula exclusiua Gratis nõ concedit, nec patitur synecdochen.

### XVIII.

Paulus Rom. 8 inquit, Non sunt dignæ afflictiones huius vitæ ea gloria, quæ est manifestanda in nobis. Hunc locum enarrans Marius, præclare scripsit: Si vnus aliquis in genere humano posset sustinere omnes afflictiones ab Adam vsque ad finem mundi: tamen hic cumulus afflictionum nihil esset ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in filiis Dei. Sed nobis omnia breuia & fugacia videntur longissima.

Aliam caussam]

Propter procreationem carnalem, quia es natus ex semine tuorum parentum. Ergo beneficio generationis datur tibi hæreditas. Meritum de congruo vocatur à Monachis præparatio ad iustificationem per bona opera, vt Cornelius, sicut ipsi fingunt, fecit bona opera, dedit elemosynas ante conuersionem: ita enim ipsi loquuntur. Postea verd opera, quæ sequuntur conuersionē ad Deum, vocant Monachi merita de condigno. Est igitur meritum de congruo, opus antecedens conuersionem. Meritum de condigno est opus sequens conuersionem, secundum Papistas. Extruunt autem hæc somnia præcipuè ex parabola Matth. 20 de vinea. Interpretantur enim denarium de vita æterna, quod longè secus est. Denarius non significat vitam æternam, sed alia præmia nostrorum laborum &

& carumnarū corporalia & spiritualia. Dominus sibi irascitur illi, cui dat mercedem, certè Deus nemini beatorum irascitur in vita æterna. Sunt igitur fabulæ Papistarum, & Aristoteles in 2 de anima inquit: Intus existens prohibet extranea. Quando aliquis laborat morbo oculorum, etiam ea, quæ ante pedes sunt, non videt, sic fascino aus alienis opinionibus non potest cernere veritatem.

*Orta est ex]*

Quidam Monachus moriens Argentinæ ante annos circiter 30 exclamauit, Redde mihi ò Deus, quod debes.

Non est fabula, sed vera historia. Audiui eam ex fide dignis hominibus, qui vixerunt Argentinæ, & nouerunt personas, qui reprehenderunt Monachum talia dicentem. Nam cum astarent ei, & interrogarent, cur ita loqueretur: An postulas debitum? dicebant. Ibi respondit ille miser, Quid mihi narratis de vestro Euangelio? Ego tot annos vixi in Monachatu, non comedi carnes, non fui indutus vestibus vsitatis, affixi corpus meum noctes & dies variis exercitiis, cur igitur Deus non daret mihi plus quàm vobis, qui viuitis in otio, luxu & voluptatibus?

*Sufficit]*

Hoc est dissoluere nodū Gordium vno ictu. Cùm venisset Alexander ad templum in Asia, in quo erat nodus quidam ita nexus, vt à nemine solui posset: Alexander eum gladio dissecuit. Ita dictum illud vnicum Bernhaldi dissecat nodum illum de congruo & condigno. Sufficit ad meritum scire, quòd non sit meritum.

*Illud verò]*

Instantia opponens aliud fortius.

*Exposui]*

Epilogus.

*Cogita]*

David illustre exemplum iustificationis.

Exempla magis illustrent doctrinam, ideo assuefacite vos, vbicunque docetis, vt regulas propositis exemplis illustretis.

*Irrefragabilis]*

Cicero pro Quintio: Est quæ-

Ad talem veritatem vos as-

dam ita perspicua veritas, vt  
eam infirmare nulla res possit.

siue facite, vt possitis stare contra  
insultus Diaboli in vita & mor-  
te, in rebus secundis & aduersis,  
inter hostes & amicos.

Nulla]


Non potes Deum inuocare,  
nisi rectè intelligas articulum de

Iustificatione. Si autem pius es, non fines abire vnum diem sine in-  
uocatione Dei. Sit hic finis huius bene longi car-  
minis de Iustificatione, & bo-  
nis operibus.



FINIS SECUNDAE PARTIS LO-  
CORVM THEOLOGICORVM  
VICTORINI STRIGELII.








et illud est in fine

in fine in fine

in fine in fine





ligatura 12<sup>a</sup> ff. fortis 129

ap: ex omibz. <sup>et</sup> unum est  
em alia p: <sup>et</sup> obliqua. <sup>et</sup> ipm  
indicare <sup>et</sup> obliqua. <sup>et</sup> ipm  
ipm obliqua cognoscimus

sa similis p: <sup>et</sup> aut no e m  
q: p: omil. <sup>et</sup> uice e g. <sup>et</sup> ajame  
A: <sup>et</sup> obliqua q: <sup>et</sup> uice cognoscere  
meti acume. <sup>et</sup> ipm q: d' e r. <sup>et</sup> e lio

l' alia aut ut <sup>et</sup> obliqua <sup>et</sup> ipm  
q: p: omil. <sup>et</sup> uice e g. <sup>et</sup> ajame  
A: <sup>et</sup> obliqua q: <sup>et</sup> uice cognoscere  
meti acume. <sup>et</sup> ipm q: d' e r. <sup>et</sup> e lio

q: <sup>et</sup> uice e g. <sup>et</sup> ajame  
A: <sup>et</sup> obliqua q: <sup>et</sup> uice cognoscere  
meti acume. <sup>et</sup> ipm q: d' e r. <sup>et</sup> e lio

q: <sup>et</sup> uice e g. <sup>et</sup> ajame  
A: <sup>et</sup> obliqua q: <sup>et</sup> uice cognoscere  
meti acume. <sup>et</sup> ipm q: d' e r. <sup>et</sup> e lio

2027

